*Italica?* que tuvieſſe el *Jus Italicum* como otras muchas nombradas en el titulo *De cenſibus* de los Digeſtos?

A. No eſtan alli nombrados de Eſpaña ſino los *Pacenſes*, y *Emeritenſes* de Luſitania, y los *Valentinos*, y los *Ilicitanos*, y los *Barcinonenſes*, à los quales llama *Immunes*. Pero por Plinio ſabemos que todos los ſobredichos ſon de colonias: ſeria meneſter hallar quando ſe le dieſſe à Bilbilis aquel privilegio, que eſſe ſobrenombre quiça mueſtra ſer muy favorable à los de Italia, ahunque no niego que tambien recibe eſſa interpretacion. Otra Italica hai en el Andaluzia, de la qual eran Trajano, y Hadriano.

B. Que entiende V. S. por el *Jus Italicum?*

A. Tener el privilegio que tenian los de Italia differente de las otras provincias.

B. En que coſas?

A. V. m. las vea en los libros de Carlos Sigonio *de jure Italiæ, & provinciarum*. Noſotros bolvamos à las otras medallas de Bilbilis, ò Bambola. Hai otra medalla de Auguſto Ceſar, en la qual ni ſe llama Italica, ni municipio, y eſta la miſma eſtatua equeſtre, y en la cara que es con la cabeça de Auguſto, hai eſtas letras AVGVSTVS. DIVI. F. y donde eſta el cavallero ſolamente dize BILBILIS: es medalla de cobre de peſo de cerca de media onça. En otra de cobre del miſmo peſo eſta la cara de Auguſto con corona de laurel, y eſtas letras, AVGVSTVS. DIVI. F. PATER. PATRIÆ. En el roverſo hai una corona civica, ò graminea, ò de laurel, con letras en medio que dizen, II. VIR. y al derredor, MV. AVGVSTA. BILBILIS. M. SEMP. TIBERI. L. LICI. VARO.

B. Como ſe han de dezir eſſos nombres?

A. *Marco Sempronio Tiberino, Lucio Licinio Varo.* Ganaſe con eſta medalla, que Bilbilis ſe dezia Auguſta por ſobrenombre, y era municipio ſegun ſe cree por beneficio de Auguſto. Valerio Martial Poeta famoſo por ſus epigramas era natural deſta ciudad, y en cierta parte llama à Bilbilis Auguſta:

*Municipes Auguſta mihi, quos Bilbilis acri*
*Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.*

Hazen mal dos que eſcriven *Anguſta* por *Auguſta*, y peor los que ponen en el titulo, *Ad Bilbilitanos agros*, haviendoſe de poner *Ad Bilbitanos* ſolamente, y ſemejante yerro era el eſcrivir *Bilbilis agri* por *Bilbilis acri*, que ſe refiere al monte, como en Eſtacio,

*Acri ſubnixam ſcopulo* ——.

Otra medalla ni mas ni menos tiene otros nombres de Duumviros, L. COR. C A, IDO. L. SEMPR. R V ILOS. II. VIR. Otras medallas hai de Caligula, en las quales eſta la cara del Emperador coronado de laurel, y hai eſtas letras, C. CÆSAR. AVG GERMANICVS. IMP. y de la otra parte eſta la corona de laurel como en las de arriba, con eſtas letras, MV AVG. BILBIL. G. CORN. REFEC. M. HE V. FRONT. II. VIR.

quod jure Italico uteretur, ut aliæ complures urbes in Pandectis, Tit. De cenſibus recenſitæ?

A. Nullæ ibi Hiſpanicæ nominantur urbes; præter *Pacenſes*, & *Emeritanos* in Luſitania, & *Valentinos* atque *Illicitanos*, ac *Barcinonenſes*, quos *Immunes* nominat. Verum e Plinio cognoſcimus Colonias has fuiſſe. De *Bilbili* autem quærendum eſſet, quando jus illi Italicum attributum. Forte datus ei titulus, quod Italiæ admodum faveret: etſi non nego altero interpretari poſſe modo. *Italica* urbs quædam fuit & in Bætica, unde originem traxere Trajanus, & Hadrianus Auguſti.

B. Quid vocas *Jus Italicum?*

A. Prærogativam, qua Italia longe ab aliarum Provinciarum diverſa, utebatur.

B. Quanam potiſſimum in re?

A. Si plene cognoſcere vis, & accurate perſpicere a capite arceſſendo libet, legito aureos Caroli Sigonii libros *De Jure Italiæ, & Provinciarum*. Nos ad inſtitutum redeamus Bilbilitanorum Nomiſmatum ſeu Bambolæ. Aliud habeo nunc Auguſti Cæſaris, cui neque *Italica*, nec municipium inſcriptum, ineſt tamen eadem ſtatua equeſtris, & juxta Auguſti faciem lego: AVGVSTVS. DIVI. F. Et juxta equitem adſcriptum BILBILIS. Nummus eſt ſemunciæ magnitudine. In altero æreo, ponderis æqualis, caput Auguſti eſt lauro redimitum, cum titulo: AVGVSTVS. DIVI. F. PATER. PATRIÆ. In averſa eſt parte corona civica, ſeu graminea, ſeu laurea, in cujus umbilico inſcriptum: II. VIR. In ambitu vero: MV. AVGVSTA BILBILIS. M. SEMP. TIBERI. L. LICI. VARO. (*)

*Car. Sigonii ſumma in Hiſtoria accuratio.*

(*) *Tab. LVI.* 14. 15.

B. Hæc nomina ut legenda ſunt?

A. *Marco Sempronio Tiberino, Lucio Licinio Varo.* Quo ex nummo diſcimus *Auguſtæ* cognomento fuiſſe Bilbilim, ac *Municipium* olim, beneficio, ut arbitror, Auguſti. Certe Valerius Martialis Epigrammatis poeta clarus, Bilbilitanus fuit, & alibi *Bilbilim Auguſtam* ſic nominat:

*Municipes Auguſta mihi, quos Bilbilis acri*
*Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.*

*Lib. X. extremo.*

Errant enim qui hic *Anguſta* legunt, pro *Auguſta*: & amplius, qui lemma præfixerint *Ad Bilbilitanos agros*: cum ſcribendum eſſet dumtaxat *Ad Bilbilitanos*. Peccant quoque, qui *Bilbilis agri*, pro *acri* evulgarunt. Hoc enim Epitheton montis eſt, (*ut Paulinus eandem Bilbilim* acutis Pendentem ſcopulis dixit: Atque ut apud Statium Papinium legitur:

—— *Et Hyampolin acri*
*Subnixam ſcopulo* ——

*Ex Homeri Boetia Iliad.* β. *verſ.* 521. ὑάμπολιν ἀμφινέμον.) Nummus alter eſt Dummviris ſimiliter ſignatus L. COR. CALIDO. L. SEMPR. RVTILOS. II. VIR. Sunt & Caligulæ nummi, capite ejus lauro coronato impreſſi, appoſitumque C. CÆSAR AVG. GERMANICVS IMP. In averſa parte laurea ſimiliter corona cum litteris: MV. AVG. BIL-

S 2 BIL.

BIL. C. CORN. REFEC. M. HEL. FRONT. II. VIR. hoc eſt : *Municipium Auguſta Bilbilis Cajo Cornelio Refecto, Marco Helvio Frontone Duumviris.*

B. Cognovi nuper amicorum litteris *Bambolæ*, ubi olim Bilbilis apparent hodie veſtigia ac ruinæ, nummum repertum Tiberii Cæſaris, ſic inſcriptum : TI. CÆSAR. DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. Lauri corolla in averſa eſt parte, inſcriptumque COS. In orbem vero hinc MV. AVGVSTA BILBILIS : illinc autem: TI. CÆSARE. V. L. ÆLIO SEIANO.

A. Rarum mihi & inauditum Conſulum nomina in nummis reperiri : verum cum ſint illuſtrium perſonarum, venia eſt danda. Sejanus enim Tiberii illa tempeſtate non minoris fuit auctoritatis, quam apud Auguſtum M. Agrippa, qui & nomen & imaginem ſuam nummis Romæ extraque Romam imprimeret. Conſules autem iſti fuere biennio ante mortem Tiberii Cæſaris. Hactenus de Bilbilitanis ſatis ſuperque.

B. Quod oppidum eſt *Ergavica?*

A. Sane ignoro. Sunt qui putent *Alcanizium* vulgo eſſe, utque littera vel una juventur

ERGAVICA. *Erganica* legunt, repugnantibus antiquis nummis. C. Plinius Ergavicenſes in iis numerat, qui ad conventum Cæſarauguſtam venirent, ac vetere Latii jure uterentur, nummique *Ergavicam Municipium* faciunt. Spectatur Auguſti Cæſaris caput coronatum, adſcriptumque AVGVSTVS DIVI F. Parte altera taurus eſt, cum litteris : MVN. ERCAVICA ærea eſt, & ponderis ſe-

[*] *Tab. LVI.*16.17. munciæ (*).

B. Scribendumne ac pronunciandum *Ercavica*, an *Ergavica?*

G. *littera.* A. G. littera ſerius Romanos uti cœpiſſe apparet poſt alias repertas litteras : *primumque ea uſum fuiſſe putant Spurium Carbilium, libertum, ut puto, Carbilii Rugæ, ejus, qui primus Romæ divortium fecit, quod ſterilis eſſet uxor, quam liberorum ducendorum gratia duxiſſet, ut in Problematis Rom. Plutarchus commemorat, anno poſt Romam conditam fere ſexcenteſimo, & quod in A. Gellio docti corrigunt.* C. itaque pro G. adhibebant, ut K pro C. vel Q ſcribentes *Cajus* & *Cnæus* : efferebant autem *Gajus* & *Gnæus*. Hinc & in Bilbilitano quodam nummo C pro G reperi. Clarum id quoque ex ordine litterarum. Tertia enim Hebræis & Græcis G ſonum habet, pro his Latinis C eſt. In Ergavica autem G ſcribendum arbitror, & etymo Vici, & *Erga*, quod Græce ſonat *opera*: etſi aliam eſſe vocis originationem opinor, & vitioſe conflari Græcas, Latinaſque in unum voces auctor eſt M. Fabius. In dubiis autem nummos ſequi malim & ſcribere, ut inſculptum video, *Ercavica*: etſi in membraneis libris eſt *Ergavica*, euphoniæ forte gratia. Juxta Ercavicam collocat

*Lib. IV. Noct. Attic. cap.* 3. *& Tertull. lib. de Monogamia, & in Apolog. Val. Max. lib.* 2. *cap.* 1. *Jac. Cujacius Obſervat. lib.* 1. *cap.* 39.

SEGOBRICA. Ptolemæus in Celtiberis *Segobricam*, quam Celtiberiæ caput Plinius facit, ut Carpetanorum *Toletum* utramque ſtipendiariam facit, & conventus Carthaginienſis.

C.

VIR. que ſera *Municipium Auguſta Bilbilis, Cajo Cornelio Refecto, Marco Helvio Frontone Duumviris.*

B. Por una carta que he recebido entiendo que en Bambola ſe ha hallado una medalla de Tiberio Ceſar con las letras de ſu nombre, TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI. F. AVGVSTVS, y en el roverſo hai una corona de laurel, y en medio eſtas letras COS. al derredor por la una parte MV. AGVSTA BILBILIS: y por la otra, TI. CÆSARE V. L. ÆLIO SEIANO.

A. Nueva coſa es para mi que haya Conſules en las medallas, pero ſiendo de perſonas tan ſeñaladas, y poderoſas en aquellos tiempos, puedeſeles perdonar : porque eſſe Seiano no podia menos en tiempo de Tiberio que Marco Agripa en tiempo de Auguſto, del qual ſavemos que ponian ſu nombre, y figura en medallas en Roma, y fuera della : y fueron los dos deſſa medalla Conſules dos años antes que murieſſe Tiberio Ceſar, y con eſta ſe acaban las de Bilbilis.

B. Que lugar es *Ergavica?*

A. Yo no lo ſabre dezir à v. m. ſoſpechan algunos que ſea Alcañiz, y para tener alguna letra en ſu favor dizen *Erganica*, pero las medallas no lo conſienten. Plinio pone los Ergavicenſes entre los que vienen al convento de Zaragoça, y los haze del privilegio de Latinos viejos, y las medallas llaman à Ergavica municipio. Eſta en la medalla la cabeça de Auguſto Ceſar con corona con eſtas letras, AVGVSTVS. DIVI. F. De la otra parte hai un toro con eſtas letras, MVN. ERCAVICA. Son medallas de cobre de cerca de media onça de peſo.

B. Haſe de dezir *Ercavica*, ò *Ergavica?*

A. Los Latinos parece que uſaron de la G mas tarde que de las otras letras : y ſerviales la C de G, y la K de C con la Q. Aſſi eſcrivian *Cajus*, y pronunciavan *Gajus* : y por eſto en una medalla de Bilbilis hai C y G por un miſmo nombre. Veeſe tambien por el orden de las letras que los Hebreos, y los Griegos tienen la tercera letra la que tiene el ſonido de G, y los Latinos la C. En Ergavica yo creo que es G conforme à la etimologia de Vico, y Erga que en Griego ſon obras : pero bien puede ſer que no ſea eſta la etymologia, y parece ſiempre mal el mezclar las lenguas Latina, y Griega en una miſma palabra : y en duda havemos de conformar con las medallas y eſcrivir como eſta en ellas Ercavica, ahunque en los libros eſte Ergavica, ſegun creo por la pronunciacion. Junto à Ercavica pone Tolomeo en los Celtiberos à Segobrica, la qual llama Plinio cabeça de Celtiberia como à Toledo de los Carpetanos, y las dos haze ſtipendiarias, ò pecheras, y del convento de Cartagena.

C.

UNED

C. No es eſſa Segorve la que eſta cerca de Valencia?

A. No es coſa cierta, ſegun dize nueſtro amigo Geronimo Zurita. Dos medallas he viſto della de cobre: la una parece de Auguſto en la cara, pero ſin letras; y eſta la cara entre un delphin, y una eſpiga, por ventura como de Señor de la mar, y de la tierra. En el roverſo hai una eſtatua equeſtre de uno que tiene una lança, como en otras muchas de Eſpaña: debaxo de la eſtatua hai eſtas letras, SEGOBRICA. La otra medalla es de Tiberio Ceſar: eſta ſu cara con eſte letrero al derredor, TI. CÆSAR. DIVI AVG. F. AVGVSTVS. En el roverſo hai una corona graminea, ò de laurel, y en medio eſtas letras, SEGOBRICA.

B. De las dos Calahorras que medallas havra?

A. Yo hallo en algunas un municipio dicho CAL. IVLIA, y yo interpreto *Calagurris Julia*: y en otra C.CA. ò C. C. A. y pienſo que ſea *Colonia Calagurris Auguſta*. Plinio tambien pone dos Calagurris que venian à Zaragoça à pleitos: los Calagurritanos Naſicas, y eſtos haze del privilegio de municipes, ò ſegun otra letura ſon de colonia: y los Calagurritanos Fibularenſes que haze eſtipendiarios, ò tributarios, creo yo que porque fueron conquiſtados con los Cantabros por Auguſto Ceſar. De manera que hagamos que la Calagurris de Aragon ſea la de los Naſicas, y ſea colonia, ò municipio: queda agora ver lo que hai en las medallas. En una de Auguſto eſta ſu cara con corona de laurel con eſtas letras: AVGVSTVS. MV. CAL. IVLIA. En el Roverſo hai un toro, y los nombres deſtos Duumviros, L. BÆB. PRISCO. C. GRAV. BROC. II. VIR. que ſon, *Lucio Bæbio Priſco Cajo Gravio* (ò *Granio*) *Brocho Duumviris*: es de cobre de peſo de cerca de media onça. En otra del miſmo peſo hai una cara de un mancebo como era Auguſto, y eſtas letras, MVN. CAL. IVL. y en el roverſo otro toro con eſtas cifras, M.P.L. ÆT. TR. AV.Q. VRSO.II. VIR.ITER. El ſobrenombre del primero es muy eſcuro de entender: pero llamemosle por agora *Marco Plætorio Tranquillo*, quitando el punto que eſta entre las dos cifras.

B. Porque ſe añade ITER. al fin, coſa no uſada en otras medallas?

A. Porque era la ſegunda vez que eſtos fueron Duumviros: como ſe dize *Conſul iterum*.

B. Que differe *Conſul bis* de *Conſul iterum*?

A. Lo que differe *Conſul ter* de *Conſul tertium*, ò *tertio*.

B. Tambien demandare otra vez eſſo, y eſſotro.

*Lib. 10.c.1.* A. Yo penſava que eſtava aſſi mas claro. Acuerdome que en Aulo Gelio eſta una gran queſtion que huvo ſobre cierta inſcricion que ſe havia de hazer en el conſulado tercero de Pompejo, ſi pondrian *Conſul tertium fecit*, ò *Conſul tertio fecit*: y demandandolo à Ciceron les aconſejo

C. An hæc urbs vulgo *Segorve* dicta eſt, non procul Valentia?

A. Incertum id, ut amicus noſter Hieronymus Zurita pronunciat. Duos hujus nummos vidimus: alter cum Auguſti capite, quantum coniicio (litteræ enim abſunt) intra delphinum & ſpicam, forte pro terræ mariſque domino. In averſa eſt equeſtris ſtatua haſtati, ut in pleriſque Hiſpaniæ nummis: infraque adſcriptum SEGOBRICA. Alter nummus Tiberii Cæſaris eſt, & faciei circumſcriptum: TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. In antica parte corona graminea, vel laurea ſpectatur, inſcriptumque SEGOBRICA (*). (*) *Tab. LVI.18,19.*

B. Utriuſque *Calagurris* quos habes nummos?

A. In quibuſdam *Municipium* vocatur, ſcriptumque CAL. IVLIA, quod equidem interpretor *Calagurris Julia*. In aliis C. CA. vel ſic C. C. A. CALAGURRIS. & lego *Colonia Calagurris Auguſta*. Plinius quoque duas ait *Calagurres* ad conventum veniſſe Cæſarauguſtam, *Calagurritano Naſicas*, quos Municipium jure uſos ait, vel *Coloniarum* ut quidam hic legunt: alteros vero *Calagurritanos Fibularenſes*, quos ſtipendiarios facit, forte quod cum Cantabris ab Auguſto victis in poteſtatem venerint. Demus itaque *Calagurrim* Aragonum eſſe eandem *Naſicarum*, ſive *Colonia* ea ſit, ſive *Municipium*. Age, nummos nunc contemplemur. En, Auguſti hic faciem agnoſco, corona laurea vinctam, adſcriptumque: AVGVSTVS. MV. CAL. IVLIA. In averſa parte, taurus eſt, cum Duumvirorum nominibus: L. BÆB. PRISCO. C. GRAV. BROC. II. VIR. hoc eſt: *Lucio Bæbio Priſco*, *Cajo Gravio* (ſeu *Granio*) *Brocho Duumviris*. Æreus eſt nummus, pondere ſemunciæ. Huic æqualis, juvenis formam continet, qualis Auguſti, adſcriptumque: MVN. CAL. IVL. In averſa parte hæ ſunt notæ: M. P. L. ÆT. TR. AN. Q. VRSO. II. VIR. ITER. Prioris cognomen ad intelligendum difficile, ſed ſit ſane *Marco Plætorio Tranquillo*, *Quinto Urſo*, ſublatis nimirum punctis notas illinc diſſecantibus (*). (*) *Tab. LVI.20. T. LVII. 21.*

B. Cur additur ITER. quod alias inuſitatum?

A. Ut bis fuiſſe Duumviros ſignificet: quomodo dicebatur *Conſul iterum*, non *Secundum*, ut *Tertium*, *Quartum*.

B. Quid differunt *Conſul bis*, & *Conſul iterum*?

A. Nimirum, ut *Conſul ter*, & *Conſul tertium*.

B. Eodem redimus, nec expedis nodum.

A. Clarius id eſſe credebam. Memini A. Gellium hanc agitare quæſtionem lib. X. *Tertium* ne Conſul an *tertio* dici oporteat, orta diſputatione, cum Cn. Pompejus in theatro, quod erat dedicaturus, honores ſuos inſcriberet: conſultuſque M. Cicero ſuaſit TERT. ſcriberent, additque *A. Gell. Lib.X. c. 1.*

que Gellius ſua ætate ſcriptum fuiſſe COS. III. Ex his efficitur aliiſque ſcriptoribus, cum quid in tertio geſtum eſſet Conſulatu narrarent, dicere ſolitos: *Conſul tertium*, *vel tertio*, *fecit*. Sin numerum inirent Magiſtratuum, rerumque geſtarum, ita fere uſurpabant; *Conſul ter poſt biennium mortuus eſt.* Idem de reliquis ſentiendum eſt numeris, bis, quater, quinquies; & quod de tertium, idem eſt de *Iterum*, (non ſecundo) quartum, & quinctum, ac deinceps. Alius eſt nummus Auguſti Cæſaris cum litteris: IMP. AVGVST. PATER. PATRIÆ, in averſa eſt taurus cum his litteris: M. CAL. I.

*Infra Dial. X.*

B. Si hæ ſolæ litteræ eſſent poſitæ ægre quis divinet, nunc e ſuperioribus legerem: *Municipium Calagurris Julia.*

A. Duumvirorũ vero nomina lego: L. VALENTINO. L. NOVO. II. VIR. Qui nummus probat, ut M. *Municipium*, ſic I. ſola *Julia* deſignat, quod Epitheton & in Tarraconenſibus nummis vidimus. Illud quoque hinc diſcimus, Duumvirorum nomina auferendi caſu ut & Conſulum eſſe legenda, etſi compendio notetur: II. VIR. in nummis Coloniarum, pro Duumviris. Tranſeo ad alios nummos Calagurritanos, qui *Calagurrim* Coloniam deſignant, ut in uno Auguſti Cæſaris lauro coronati, cum litteris AVGVSTVS. DIVI. F. Illinc autem taurus eſt, & hæc adſcripta: C. C. A. TIB. CLOD. FLAVO. PRÆF. GERMAN. L. IVVENT. LVPERCO. II. VIR.

B. Hæc quid ſignificant?

A. *Colonia*, *Calagurris*, *Auguſta*, *Tiberio Clodio Flavo Præfecto Germanorum*, *Lucio Juventio Luperco*, *Duumviris.*

B. An legi poſſet *Colonia Cæſarea Auguſta?*

A. Poſſet quidem, ſi ita Cæſarauguſta fuiſſet appellata, etſi poeta quis, ſive Paulinus, ſive Auſonius vocem disjunxerit, quæ una eſt in nummis, *Cæſarauguſta.*

B. Quid illud eſt *Præfecto Germanorum?*

A. Ducem fuiſſe apparet Germanorum militum.

C. An legi poſſet *Præfecto Germaniæ?*

A. Minime vero: non enim pro Præſide aut Proconſule aut Magiſtratu hac formula utebantur. Abſurdum quoque fuerit Germaniæ Præfectum credere in Hiſpaniæ Coloniam commigraſſe. Alter eſt *M. Agrippæ* nummus omneſque adeo, etiam quos deinceps nominabo ex ære, & ſemunciæ ſunt pondere. Caput eſt Agrippæ cum corona roſtrata, ut alias ſæpe ſculptum vidimus, adſcriptumque: M. AGRIPPA. L. F. COS. III. etſi quædam hic litteræ vetuſtate fugerunt. In averſa eſt parte taurus ſtolatus, ac Duumviri aliorum quoque nomiſmatum: SCIPIONE ET MONTANO II. VIR. qui & ipſi in nummis leguntur Agrippinæ, matris Caligulæ, cum capite ejuſdem, ac titulo: AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CÆSARIS. AVGVSTI. In parte altera præter Duumviros leguntur, & hæc: C. CA. quas ſic interpretor *Colonia*

Ca-

ſejo que eſcrivieſſen TERT. y dize Gelio que eſtava en ſu tiempo COS. III. ſacaſe de ſus palabras, y del uſo de otros eſcritores, que quando ſe hablava de lo que hizo uno en ſu conſulado tercero ſe ponia *Conſul tertium*, *vel Conſul tertio fecit*. Si ſe decia, Hulano fue Conſul tres vezes, y murio dos años deſpues, dezian: *Conſul ter poſt biennium mortuus eſt.* Lo que digo de *ter* entiendo de *bis*, y de *quater*, y de los otros numeros: y lo que digo de *tertium* entiendo de *iterum*, y de *quartum*, y de los demàs. Otra medalla hai del Emperador Auguſto con eſtas letras IMP. AVGVST. PATER. PATRIÆ. De la otra parte hai un toro, y eſta eſcritura, M. CAL. I.

B. Si eſſa ſe hallara ſola ſin las dichas, muy mal ſe entendiera: pero agora dira lo miſmo que las demàs *Municipium Calagurris Julia.*

A. Los nombres de los Duumviros ſon, L. VALENTINO. L. NOVO. II. VIR. Por eſta medalla ſe ſaca que como la M. ſola dize *municipium*, aſſi la I. ſola dize *Julia*: lo qual ſirve para las de Tarragona, y otras tambien ſe ſaca que los nombres de los Duumviros ſe han de leer en ablativo como los de los Conſules, ahunque, eſten abreviados: y aquella abreviacion II. VIR. en medallas quiere dezir II. VIRIS. Vengamos à las otras medallas que hazen colonia à Calahorra: y eſtas he viſto ſiempre muy abreviadas: y en una de Auguſto Ceſar eſta la cara del Emperador coronado de laurel, y tiene eſtas letras AVGVSTVS. DIVI. F. En el roverſo eſta un toro con eſtas letras, C. C. A. TIB. CLOD. FLAVO PRÆF. GERMAN. L. IVVENT. LVPERCO. II. VIR.

B. que quieren dezir eſtas letras?

A. *Colonia Calagurris Auguſta Tiberio Clodio Flavo Præfecto Germanorum*, *Lucio Juventio Luperco Duumviris.*

B. No podria dezir *Colonia Cæſarea Auguſta?*

A. Bien podria, ſi aſſi ſe dixeſſe Zaragoça, como algun Poeta la llama, creo que Paulino, y Auſonio: pero en medallas eſta *Cæſarauguſta* en una palabra.

B. Que quiere dezir *Præfecto Germanorum?*

A. Capitan de algunos Alemanes.

C. No podria dezir *Præfecto Germaniæ?*

A. No podria, que no es lenguage que ſe uſe por Preſide, ò Proconſul, ò magiſtrado: y ſeria inconveniente que el governador de Alemaña vinieſſe à bivir en una colonia de Eſpaña. Otra Medalla hai de Marco Agrippa: y todas eſtas medallas, y las que dixere adelante ſon de cobre de peſo de media onça: tiene la cara de Agrippa como anda en muchas medallas con ſu corona roſtrata, con ſu nombre, M. AGRIPPA. L. F. COS. III. ahunque algunas letras no ſe pueden leer. En el enues tiene el toro acoſtumbrado, y los Duumviros de otras medallas SCIPIONE. ET. MONTANO. II. VIR. los quales eſtan aſſi miſmo en medalla de Agrippina madre de Caligula, y tiene la cara della, y eſtas letras, AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CÆSARIS. AVGVSTI. En el roverſo allende de los Duumviros eſtan eſtas letras,

C. CA.

C. CA. las quales yo interpreto, *Colonia Calagurris*: y aſſimiſmo en otra del miſmo Caligula que tiene todas las miſmas letras en el roverſo, y la cara es de Caligula coronado de laurel, y tiene eſtas letras, C. CÆSAR. AVG. GERMANICVS IMP.

B. Porque en las medallas de Caligula no eſta el ſobrenombre que le dan los eſcritores?

A. Por la cauſa que tampoco en las de Antonino Caracala no ſe hallara Caracala, ni en las de Heliogabalo, ò Elagabalo hai tal nombre. Ahunque bien ſe halla SACERD. DEI. ELAGAB. parece que tenian à mengua tales ſobrenombres.

B. Y que quieren dezir Caligula, y los demas?

A. Caliga entre Romanos era calçado de ſoldados, no como agora dezimos las calças atacadas, ò Gregueſcos ſino que apenas cubrian el pie, con algunos clavos: nacio Caligula eſtando ſu padre Germanico en la guerra, y crioſe niño entre los ſoldados, y viſtieronle con aquel calçado ſiendo un niño muy bonico, y por eſto le llamavan Caligula que quiere dezir calicilla, ò çapatillo. Caracala ſe dixo porque dio unos veſtidos que aſſi ſe llamavan al pueblo: y como fue coſa nueva, puſieronle aquel nombre. El otro nombre eſta claro por aquel roverſo en que el ſe dixo ſer ſacerdote del dios Elagabalo, y como era dios barbaro nunca oido en Roma, llamavan al Emperador del nombre de ſu dios maldito. Otra medalla hai de Tiberio Ceſar con ſu cara coronada de laurel con eſte letrero, TI. CÆSAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS. En el roverſo hai dos bueyes con un hombre detras con un açote, y hai eſtas letras, C. CA. M. CATO. L. VETTIAC.... II. VIR. En otra del miſmo no hai ſino un toro en el roverſo, y eſtas letras gaſtadas... SCLIO. LEPIDO. G. AVFIDIO GEMINO. C. CA. Tambien hai otra de Caligula con los dos bueyes, y el hombre detras con el açote. Las letras de la cara dizen lo que en la otra del miſmo Emperador; y las del roverſo, C. CA. LICINIANO. ET. GERMANO. II. VIR.

B. Quien pudieſſe ſaber quien fueron todos eſtos Aragoneſes, y los demàs Eſpañoles que eſtan nombrados en medallas.

A. Bien me holgara yo que ſe hallaran muchas coſas eſcritas dellos.

B. Quedan otras medallas de otros lugares de Aragon?

A. De la ciudad de Hueſca he viſto una del Emperador Auguſto, donde eſta ſu cara con corona de laurel, y eſtas letras, AVGVSTVS. DIVI. F. En el roverſo hai un hombre à cavallo con una lança que puede ſer eſtatua equeſtre dedicada al Emperador con eſtas letras V. V. OSCA. las quales ſe entienden por otra medalla de Tiberio Ceſar, que tiene de la una parte ſu roſtro con corona de laurel, y eſtas letras algo gaſtadas, TI. CÆSAR. AVGVST.... de la otra parte hai el miſmo roverſo del hombre a cavallo con eſtas letras VRBS. VIC. OSCA.

*Calagurris*, & ejuſdem etiam Caligulæ nummus eſt iiſdem litteris in averſa; & Caligulæ facie lauro coronata, adſcriptumque: C. CÆSAR. AVG. GERMANICVS. IMP.

B. Cur in Caligulæ nummis non illi hoc nomen tribuitur?

A. Quia nec Antonino *Caracallæ* cognomen cuditur, ut nec in *Heliogabali*, ſeu *Elagabali* nomen tribuitur, tametſi cuſum videas SACERD. DEI. ELAGAB. ut cognomina iſthæc probro duxiſſe videantur (*). (*) *Tab. LVII.* 22. 23. 24.

B. Sed quid Caligulæ, ceterorumque nomina ſonant?

A. Caliga Romanis calceamentum erat militare, non ut hodie tibialia ad genu uſque protenſa, ſed vix pedem tegebant, ut ſandalia, clavis ornata. Natus Caligula in caſtris, patre Germanico bellum gerente, educatuſque apud milites, & calceatus caligis militaribus, venuſtus puer; hinc *Caligulæ* nomen induit, quaſi *Calceolos* dixeris. *Caracallæ* vero nomen veſtium de genere, quod populo diſtribuit, nomen præbuit, ab inuſitato nimirum indumento. *Elagabali* vero cognomentum in averſa nummi parte viſitur, quod ejus eſſet Dei ſacerdos, Dei inquam Barbari, & inauditi Romanis auribus. Tiberii Cæſaris alius eſt nummus, capite ejus lauro vincto his additis: TI. CÆSAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS. In altera eſt jugum boum, pone ſequente agricola, cum ſcutica, & litteris: C. CA. M. CATO. L. VETTIAC.... II. VIR. In altero ejuſdem nummo hinc taurus dumtaxat, illinc exeſis nonnihil litteris .... SCLIO. LEPIDO. G. AVFIDIO. GEMINO C. CA. Alius quoque Caligulæ, cum boum jugo, & colono cum flagello. Hinc quidem alterius nummi adſcriptum elogium; illinc vero: C. CA. LICINIANO. ET. GERMANO II. VIR. (*). (*) *Tab. LVII.* 25. 26. 27.

B. Optandum ſane Aragonios iſtos cognoſci poſſe, ceteroſque e nummis claros Hiſpanos.

A. Utinam ſcripta quædam de iiſdem exſtarent.

B. Aragoniæ ne plures nummi reperiuntur?

A. Oſcæ civitatis unum vidimus Auguſti Cæſaris, capite lauro coronato, adſcriptumque: AVGVSTVS. DIVI. F. In averſa parte eques eſt, haſtam geſtans, ut Cæſari equeſtris ſtatua poſita repræſentari videatur, cũ his litteris: V. V. OSCA. *(a)* quas litteras interpreter ex alio Tiberii Cæſaris nummo: hinc faciem lauro coronatam geſtantem, cum litteris TI. CÆSAR. AVGVST.... Illinc vero eadem imago equitantis, adjectis litteris: VRBS. VIC. OSCA. D. D. hoc eſt, *Urbs Victrix Oſca*, *Decreto Decurionum*. OSCA.

B.

*a Hæc habet Octavianus Sada*: Le quali s'intendono per altre Medaglie di eſſa Città, nelle quali ſono i due VV con più lettere. Ed io ne ho una, in cui è l'effigie di un giovane ſimile ad Auguſto, e credo che ſia eſſo, e non vi è Inſcrizione, ma ſolo la teſta da una banda ſenza corona, con queſte lettere VRB. VICT. e dall'altra vi è l'uomo a cavallo con la lancia, e con il nome della Città OSCA.

B. *Urbem* cur nominat, cum aliæ municipia vocentur, aut Coloniæ?

A. Plinius *civium Romanorum* appellat, ut alias urbes, quæ in nummis Municipia dicta, & ingens hæc Municipii prærogativa, ut & Urbis nomen includere queat, adjuncta præſertim voce *Oſca* cum *Urbe*, quod *veterem Civitatem* deſignat, ut non raro apud Livium *pecunia Oſca*, non pro moneta Oſcæ, ut quidam putarunt, ſed pro antiqua moneta (*a*).

*A. Gell. lib. II. cap. XXXV. & lib. XVII. cap. XVII.*

Alterius oppidi ſive Aragoniæ, ſive Navarræ Plinius meminit, *civium*, ut ait, *Latinorum*: & in duobus Tiberii Cæſaris nummis Municipium vocatur, his ad oram circumſcriptis: TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. Illinc taurus cuditur cum litteris: MVNIC. CASCANTVM (*): & in altero nummo: MVNICIP. CASCANTVM.

CASCANTUM. (*) *Tab. LVII.* 33.

VALENTIA.

Tranſeo ad nomiſmata *Valentiæ*, *Sagunti*, & *Sætabis*. Valentinos quidem paucos vidimus: unum habeo argenteum, cum virginis hinc imagine;

(*a*) *Addit ea quæ ſequuntur Andreas Schottus ex Octaviano Sada.*

B. Imo legitur in Livio non *Pecunia Oſca*, ſed *argentum Oſcenſe*, *aurum Oſcenſe*, quod ſine dubio ad hanc urbem, non antiquitatem pertinet: quæ nil mirum eſt, cur *Urbs* ſit dicta, quod inter principes Hiſpaniæ urbes exſtiterit.

A. *Urbs* univerſe dicitur non uni proprium oppido vocabulum, ſed compluribus commune. Alioqui non dixiſſet Maro:

*Urbem, quam dicunt Romam.* ——

Satis enim foret *Urbem* nominaſſe, quod ſibi Roma nomen vindicavit: cum vero ſubjungit:

*Huic noſtræ ſimilem.* ——

Mantuam quoque *Urbem* dictam oſtendit. De hac fides abroganda fabulis, ac nugis Floriani Docampii.

B. Fidem equidem numquam habui, ſed Oſcæ nobilitatis teſtes abunde ſunt nummi, ſcriptoreſque longe antiquiſſ. quæ referre nunc quidem, ne patientia abutar Tua, non libet. Uno Plutarchi loco ſcriptoris egregii in Sertorii vita contenti erimus. Sic enim ille: Μάλιστα δε εἷλεν αὐτὺς τὰ τῶν παίδων. Τὺς γὰρ εὐγενεστάτυς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγαγὼν εἰς Οσκαν πόλιν μεγάλην διδασκάλυς ἐπιστήσας Ἑλληνικῶν, καὶ Ρομαϊκῶν μαθημάτων, ἔργῳ μὲν ἐξωμηρεύσατο, λόγῳ δε ἐπαίδευεν, ὡς ἀνδράσι γενομένοις πολιτείας τε μεταδώσων καὶ ὀρχῆς. οἱ δε πατέρες ἥδοντο θαυμαστῶς, τὺς παῖδας ἐν περιπορφύροις ὁρῶντες μάλα κοσμίως φοιτῶντας εἰς τὰ διδασκαλεῖα, καὶ τὸν Σερτώριον ὑπὲρ αὐτῶν μισθὺς τελῦντα, καὶ πολλάκις ἀποδείξεις λαμβάνοντα, καὶ γέρα τοῖς ἀξίοις νέμοντα, καὶ τὰ χρυσᾶ περιδέραια δωρύμενον, ἃ Ρωμαῖοι Βύλλας καλῦσιν. „ Liberos ipſorum ſuſtulit, eorumque nobiliſſimos in „ Oſca magna urbe præceptoribus tradidit, cum „ Græcis, tum Romanis litteris imbuendos: „ verbo quidem ut diſcerent; re autem, ut obſides haberet, utque grandiores Magiſtratus „ gererent, omniaque eſſent civili diſciplina imbuti. Qua ex re magnam parentes voluptatem „ ceperunt, filios animadvertentes prætexta indutos, doctrinaque decenter inſtitutos, ut pro „ Sertorio ſalaria penderent, ſæpe etiam ſuorum in ſtudiis proceſſum periclitarentur: diſtributis etiam præmiis iis, qui digni eſſent, „ ut torques etiam aureos, & ornamenta, quæ „ Bullas Romani nominabant, interdum donarent". Vides *Oſcæ* μεγάλης πόλεως epitheton tribui, quod dat Athenis Pindarus, & *ludum artium bonarum* fuiſſe, ut hodieque Gymnaſium eſt.

A. Addam, quando bene erga illam animatus es, encomium Petri primi Aragonum Regis e Donationis, quam penes me ſervo, formula: *Devicto namque Cæſaraugustano Rege cum innumerabili Sarracenorum, falſorumque Chriſtianorum multitudine, ac ferme quadraginta millibus cæſis, inclytam ac famoſiſſimam urbem* OSCAM *cepimus, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo ſexto: in qua ad reſtituendum antiquum Pontificatus apicem Petro Aragonenſi Epiſcopo omnium Hiſpaniarum urbium Mezquitam contuli excellentiorem.* Ut nihil interim dicam, natum hic fortiſſimum par Martyrum, *Laurentium & Vincentium.* Sed an inſtitutum revertamur. *Ann.* 1096.

B. Duo alii Oſcenſes nummi occurrunt. Unus juvenis barbati facie impreſſa, additis litteris: OSCA. In altera parte ſacrorum inſtrumenta ſunt Pontificalium, cum litteris: DOM. COS. ITER. IMP. Alter hinc quidem adſcriptum præfert: C. CÆSAR. AVG. GERM. P. M. TR. POT. COS. ad Caligulæ lauro coronatum caput. In averſa autem, equo ſedens cum haſta, & in ambitu: C. TARRACINA. P. PRISCO. II. VIR. & ſub equi pedibus, V. V. OSCA. hoc eſt, *Urbs Victrix Oſca* (*).

(*) *Tab. LVII.* 28. 29. 30. 31. 32.

OSCA. D. D. que quierem dezir, *Urbs Victrix Oſca Decreta Decurionum.*

B. Porque ſe llama *urbs* pues las otras ſe dizen *municipios*, ò *colonias*?

A. *Civium Romanorum* la llama Plinio como à otras que en las medallas ſe dizen municipios, y eſte privilegio de municipio es tan grande que bien puede cauſar eſte titulo de *Urbs*, eſpecialmente que la palabra *Oſca* juntada con la palabra *Urbs* quiere dezir ciudad antigua, como en Tito Livio eſta algunas vezes *Pecunia Oſca* por moneda antigua, y no por moneda de Hueſca, como algunos pienſan.

De otro lugar que no ſe ſi eſta en Aragon, ò en Navarra, Plinio dize que era *Latinorum civium*, y en dos medallas de Tiberio Ceſar ſe llama *Municipium*, de la parte de la cara hai eſtas letras, TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. En el roverſo hai un toro, y eſte letrero, MVNIC. CASCANTVM, y en la otra medalla, MVNICIP. CASCANTVM. Paſſemos agora à las de Valencia, Sagunto, Alicante, y Xativa. De Valencia no he viſto medallas, ahunque tengo unas

unas de plata en las quales eſta una cara de donzella en la una parte, y en la otra un cornucopia, y unas letras que dizen VALENTIA. y es de peſo de mas de una drachma.

C. Pues porque no ſera moneda de Valencia?

A. Porque hai en Italia otra ciudad que ſe dize en Latin *Vibo Valentia*, y agora ſino me engaño *Vibona*; y la medalla es de muy buen maeſtro, y no como de los que hizieron las que tenemos de Eſpaña. En otra medalla de cobre me acuerdo haver viſto de la una parte un mancebo con celada, y con eſtas letras, L. TRINI. L. F. Q. y hazia otra parte eſtas, T. ANITEI. ahunque las tres poſtreras, TEI no ſe veen bien. En el roverſo hai un cornupia, y un rayo, y eſtas letras, VALENTIA. no ſoy cierto ſi es medalla de Eſpaña, ò de Italia: mas por tener el miſmo cornucopia que eſta en la medalla de plata, creo que ſea de las de Italia.

C. Porque ſe pone eiſe cuerno, y el rayo?

A. Yo creo que por declarar la abundancia, y fortaleza, y aſſi miſmo la celada de la figura reſponde à la miſma virtud de Valentia, ò fortaleza, y otro tanto quiere dezir Roma en Griego: y aſſi creo que eſta en un Romance: *O Valencia, ò Valencia Roma primero nombrada.*

C. Que quieren dezir las letras L. F. Q?

A. *Lucii Filii Quæſtoris.*

B. Querria que de Sagunto ſe hallaſſen muchas medallas, por la memoria que hai de lo que padecieron por la confederacion que tenian con los Romanos.

A. En una medalla de cobre del Emperador Tiberio Ceſar de la una parre eſta ſu roſtro con eſtas letras, TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. AVG. En el roverſo hai una galera con eſtas letras, SAG. L. VAL. SVRA. L. SEMP. GEMIN. II. VIR. D. D.

B. Como ſe han de leer eſtas letras?

A. *Saguntum*, ò *Saguntus Lucio Valeri Sura*, *Lucio Sempronio Gemino Duumviris Decreto Decurionum.*

C. Era Sagunto colonia, ò municipio?

A. La medalla no lo dize: mas Plinio la pone entre los treze municipios de ciudadanos Romanos.

C. Porque tiene la galera de roverſo?

A. Porque vinieron de una isla de Grecia dicha Zacyntho, ſegun Eſtrabon, y Silio Italico, y creo que Polybio: y por eſto pienſa un hombre doto amigo mio que ſe ha de eſcrivir *Saguntus* como *Zacynthus*, y no *Saguntum*. De Illici, ò Alicante pienſo tener dos maneras de medallas, en la una eſta una cabeça de donzella con una palma que ſe puede creer que es la Vitoria, y de la otra parte un toro: hai eſtas letras, C. BALBO. L. PORCIO. PR. II. VIR. C. V. IL. que pienſo diga: *Cajo Balbo*, *Lucio Porcio Primis Duumviris Colonia Victrix Illice.* En la otra medalla eſta la cara de Tiberio Ceſar con eſtas letras, TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. P. M.

B. Que es P. M?

gine; illinc vero cornucopia ac titulo, VALENTIA (*): eſtque drachmæ amplius pondere.

(*) *Tab. LVII.* 34.

C. Sed cur non ſit noſtræ *Valentiæ* moneta?

A. Quia eſt alia civitas Italiæ Latinis *Vibovalentia* dicta, & vulgo *Vibona*. Sculptus affabre ſupra quam Hiſpanici reliqui quos vidimus: in æreo altero juvenem galeatum videre memini, adſcriptumque: L. TRINI. L. F. Q. (*) illinc vero T. ANITEI, etſi ſyllaba TEI pene vetuſtate evanuit. In averſa parte cornucopia eſt, & radius cum litteris: VALENTIA: valde ut dubitem, Hiſpanicus ne an Italicus ſit nummus. Sed ob idem cornucopiæ utrobique impreſſum ſignum, Italicum eſſe magis inclinat animus.

(*) *Tab. LVIII.* 35. 36.

C. Quid cornua & radius ſignificant?

A. Ubertatem credo ac fortitudinem: galea quoque Virtutis ſymbolum eſt, unde *Valentiæ* nomen; ut inde quoque ſit a Græcis *Roma*, ut urbs viciſſim *Valentia* aliquando ſit nominata.

Ut in verſu quodam Hiſpanico canitur: *O Valencia o Valencia Roma primero nombrada.*

C. Ut legendæ litteræ ſunt L. F. Q?

A. Lege *Lucii Filii Quæſtoris.*

SAGUNTUS.

B. Sagunti multos exſtare nummos exoptem, ob multa quæ paſſi ſunt, & ob ſingularem erga populum Romanum fidem.

A. In æreo nummo Tiberii Cæſaris hinc ejus viſitur facies cum litteris: TI. CÆSAR. DIVI AVG. F. AVG. In averſa triremis eſt cum litteris SAG. L. VAL. SVRA. L. SEMP. GEMIN. II. VIR. D. D. (*)

(*) *Tab. LVIII.* 37.

B. Hæc ut legenda videntur?

A. *Saguntum* vel *Saguntus*, *Lucio Valerio Sura*, *Lucio Sempronio Gemino*, *Duumviris Decreto Decurionum.*

C. Colonia ne an Municipium *Saguntus* fuit?

A. Nummus non indicat, at Plinius in tredecim Municipiis civium Romanorum numerat.

C. Cur in averſa triremis eſt?

A. Quod ex inſula Græciæ Zacyntho deducta eo Colonia ſit, ſi Straboni, Silio Italico, & quantum memini, Polybio credimus; unde & pereruditus amicus Gelaſius ſcribendum opinabatur *Saguntus*, ut Zacynthus, non *Saguntum*. De *Illice*, quæ hodie *Alicante* nominatur, duplices habeo nummos. In altero Virginis eſt facies, cum palma, ut Victoriæ eſſe typum exiſtimem. In averſa taurus eſt cum litteris: C. BALBO. L. PORCIO. PR. II. VIR. C. V. IL. (*) quod ita legendum cenſeo: *Cajo Balbo*, *Lucio Porcio*, *Primis Duumviris*, *Colonia Victrix Illice.* In altero nummo Tiberii Cæſaris facies, cum litteris: TI. CÆSAR. DIVI AVG. F. AVGVSTVS. P. M.

ILLICE.

(*) *Tab. LVIII.* 38.

B. Quid ſingulares litteræ P. M. deſignant?

A. *Pontifex Maximus.*

B. Exciderat id mihi. Sed quid in averſa ſpecto?

A. Aram vides, adſcriptumque SAL. AVG. hoc eſt, *Saluti Auguſti*: & juxta aram quattuor litteræ ſingulares C. I. I. A.

C. Si puncta tollas *Ciia* erit, ſed cum punctis, quid ſignificant?

A. *Colonia*, *Immunis*, *Illice*, *Auguſta.*

C. Quidni integre ſcribebant? ut quid notis opus erat?

A. Res tum quidem nota erat, uſuque recepta. C. Plinius *Coloniam* vocat *immunem*, meminitque, ut diximus, Paulus Jureconſultus, Tit. *De Cenſibus*, ut probe noviſti. Duumviri autem hic nominantur M. IVLIVS. SETTAL. L. SES. CELER. II. VIR. hoc eſt, *M. Julius Settalus* (*), *Lucius Seſtius Celer*, *Duumviri.*

(*) *Tab. LVIII.* 39.

C. Hi non auferendi caſu, ut reliqui, ſed nominandi, ſunt poſiti. Quomodo ergo legendi?

A. Nulla regula eſt ſine exceptione. In eo ipſo Valentino regno oppidum eſt percelebre *Sætabis* olim, nunc *Xativa* dictum, ubi linum optimum, celebratum etiam a Valerio Catullo:

SÆTABIS.

*Epigramm. XII. & XXV.*

*Nam ſudaria Sætaba ex Hiberis*
*Miſerunt mihi muneri Fabullus,*
*Et Veranius* ——

Hujus oppidi nummum vidimus viri promiſſa barba, & coma, neſcio cujus, adſcriptumque, unde veram hujus vocis diſcimus orthographiam, *Sætabi.* In averſa parte mas, ſeu femina equo inſidens, palmam tenens: impreſſæ quoque Hiſpanicæ hæ ſunt litteræ: MÞNᛚ.

B. Nummum hunc adjunge cum *Celſa*, & *Ilerda*, qui bilingues continent titulos.

A. Recte mones: verum in illis quod ſimiles eſſent characteres, divinare quædam licuit: hi nimium quantum diſcrepant! prima tantum nota ſi invertas Σ erit Græcorum; quæ prima etiam littera eſt in *Sætabi*: ceteras non aſſequor. Hinc tamen licuit ſimilem componere ejuſdem oppidi, cum facie juvenis coronati, & Herculis clava a tergo poſita, cujus etiam gratia cuſum nummum arbitror. In altera autem parte miles eſt in equo haſtatus, & infra eædem notæ: NÞMᛚ. Ultima non recte eſt depicta. Atque hæc de Valentinis nummis ſufficiant. *Cantabrorum* enim, *Aſturum & Galæciæ* nullum equidem poſſideo nummum. Caſtellæ vero habeo *Segobiæ*, *Cluniæ*, (quæ vulgo *Corunna* eſt & *Graccuris*, (quæ haud ſcio an hodie *Grajal*) & *Toleti*, quam primo nominaſſe oportuit urbem; ac denique *Emeritæ*, Luſitaniæ oppidi. Bæticæ vero habeo *Cordubenſes*, *Italicenſes*, alioſque nummos. Tu vide unde auſpicari me jubeas.

TOLETUM.

B. *Toleto* mallem. Fuit enim diu Regum ſedes.

A. Toletanum nummum æreum vidi Latinis inſcriptum litteris: plurimos vero aureos Regum Gothorum. In æreo facies eſt hominis denſa barba,

A. *Pontifex Maximus.*

B. No me acordava: que hai en el roverſo?

A. Hai una ara, y en ella eſtas letras SAL. AVG. que es *Saluti Auguſti*: junto à la ara hai quatro letras C. I. I. A.

C. Quitando los puntos dira *Ciia*, con ellos que dize?

A. *Colonia Immunis Illice Auguſta.*

C. No pudieran eſcrevirlo à la larga? de que ſirven tantas cifras?

A. En a quel tiempo ſe entendian deſta manera. A eſta colonia llama immune Plinio, y della habla Paulo en el titulo *de cenſibus* como ya diximos. Los Duumviros ſon M. IVLIVS SETTAL. L. SES. CELER. II. VIR.

C. Eſſos no eſtan en ablativo, como ſe leeran?

A. No hai regla ſin ececion. *M Julius Settalus*, *Lucius Seſtius Celer Duumviri.* En el miſmo reyno hai un lugar muy nombrado que ſe dize agora *Xativa*, y antiguamente *Sætabis*: del qual lugar eran los lienços muy alabados, como eſta en Catullo:

*Nam ſudaria Sætaba ex Hiberis*
*Miſerunt mihi muneri Fabullus,*
*Et Veranius* ——.

Deſte lugar he viſto una medalla con una cabeça de un hombre de larga barba, y cabello, que no ſabre dezir quien ſea, y hai eſtas letras, las quales confirman la verdadera orthographia deſte nombre, SÆTABI. De la otra parte hai un hombre, ò muger à cavallo con una palma. Hai alli unas letras Eſpañolas deſta manera, MÞNᛋ.

B. Eſta medalla ſe pudiera poner con las de Celſa, y de Lerida que tienen letras de dos lenguages.

A. Ya lo veo: pero en aquellas ſe atinava à la conformidad dellas eſtas ſon muy differentes: ſolamente la primera pueſta de lado ſeria Σ Griega que es la primera de *Sætabi*: las otras no las entiendo. Por eſta medalla he atinado que otra mia del miſmo lugar cuya cara es de un mancebo con corona, y con una clava de Hercules detras, y creo que ſe hizo por el: y en el roverſo hai un ſoldado à cavallo con una lança, y debaxo eſtan las miſmas letras MÞNU. la poſtrera no eſta bien formada, y con eſto queda acabado lo de Valencia: de Vizcaya, y Aſturias, y Galicia no tengo medalla alguna: de Caſtilla tengo de Segovia, y Clunia, ò Coruña, y de Graccuris, que no ſe ſi es Grajal, y de Toledo que havia de dezir antes: y de Merida que era de Luſitania: y del Andaluzia tengo de Cordova, y de Italica, y algunas otras, v. m. eſcoja por donde quiere que comenzemos.

B. Por Toledo que ha ſido mucho tiempo aſſiento de los Reyes.

A. De Toledo he viſto una medalla de cobre con letras Latinas, y muchas de oro de diverſos Reyes Godos. En la de cobre hai una cara de un hom-

hombre bien barbado, y muchas letras de las quales ſolamente ſe conocen EX Ƨ COL. De la otra parte hai lo que en muchas de Eſpaña, un hombre à cavallo con una lança en la mano, y de baxo hai quatro letras TOLE principio del nombre de aquella ciudad.

B. Que ſe entiende por las primeras?

A. Yo no lo ſe; pero digamos *Ex Senatus conſulto*, ò *Ex conſenſu Coloniæ*; ahunque es verdad que yo no he viſto memoria de que aquella ciudad fueſſe colonia en algun tiempo, y tambien el llamarſe Senatuſconſulto fuera de Roma, y Conſtantinopla es coſa muy nueva para mi, y ſi eſta fuera medalla de algun Emperador, eſtuviera alli ſu nombre: eſperaremos otras que ſe lean mejor. De las de oro que fueron del maeſtro Alvar Gomez hai muchas, y ſera bien hablar dellas por el orden de ſus tiempos, y el mas antiguo de los Reyes Godos que hizieron eſtas medallas de Toledo es Livua, al qual comunmente llaman Luiba, y hazen dos; al uno hermano del Rey Leovigildo con el qual reyno dos años, y otro año mas antes ſolo: el otro fue el hijo del Rey Recaredo hijo del dicho Leovigildo, el qual reyno dos años: yo pienſo que el de las medallas ſea el mas antiguo, y el que reyno mas tiempo. El debuxo de ſu medalla es de una cara de cada parte, y eſte letrero † D N LIVVA REX. Eſte poner D N por *Dominus noſter*, no es de otras medallas, ſalvo ſino le falta una I antes de la D porque diria, I. D. N. *In Dei nomine*. De la otra parte dize aſſi † TOLETO. PIVS.

A. Livua ſucedio ſu hermano de Leovigildo perſeguidor de los catholicos, y padre de aquel ſanto martir Ermenegildo. El debuxo de ſus medallas es como del paſſado, y las letras ſon eſtas, † LEOVIGILDVS REX. De la otra parte dize, † TOLETO. IVSTVS.

B. Hombre tan injuſto no merece tal titulo. Pero que me dira V. S. de la medalla que alaba tanto Ambroſio de Morales perſona tan leida, y eſtimada, que como reliquia nos ha quedado deſſe ſanto Principe Ermenegildo?

A. Yo no he viſto medalla donde eſten las coſas que el dize, ni el roverſo de la Vitoria, ni aquellas letras de tanto miſterio, REGEM DEVITA.

B. Pues no deve de ſer eſſa la medalla, y que coſas hai en la que V. S. ha viſto?

A. La que el dize que es Vitoria, à mi me parece cien coſas otras, como una langoſta, ò grillo, ò una celada; y ſi dixeſſemo que es otro hombre como el de la otra parte, no lo tendria por mal dicho.

C. Buen maeſtro debio de ſer el que ſupo hazer un hombre que precieſſe langoſta, ò grillo, ò celada: deviera añadirle palabras con que nos quitara la difficultad, diziendo eſte es hombre, y no grillo.

A. Yo he viſto en Venecia edificios antiguos con pinturas, ò relievos de animales, y frutas, que declaravan lo que en el debuxo faltava, diziendo eſte es melon, eſtas ſon uvas, eſte es perro, eſta es liebre: lo qual tambien Eliano dize que acaecio à los primeros pintores.

*Æl. de varia hiſt. lib.* 10. *cap.* 10.



ba, cum multis, ſolis his tantum, quæ legi quidem poſſint, litteris: EX Ƨ COL. (*) In averſa, ut ſæpe in Hiſpanicis nummis, eques viſitur haſtatus, & quattuor infra litteræ: TOLE, quæ primæ ſunt nominis civitatis *Toleti*.

[*] *Tab. LVIII.* 40.

B. Sed priores litteræ quid ſignificant?

A. Non facile dixero. Sed demus legendum: *Ex Senatus conſulto*, vel *Ex conſenſu Coloniæ*: etſi non memini alibi *Coloniam* hanc urbem unquam vocitatam: & *Senatuſconſulti* vox extra Romam & Conſtantinopolim, mihi quidem, res eſt inaudita: & ſi nomen eſſet alicujus Cæſaris, nomen utique illius apponeretur: expectandus itaque alius ad legendum facilis nummus: Aureorum quidem nummorum, quos Alvarus Gometius Toleti Græcarum litterarum doctor ad me miſit, complures ſunt; & temporum ſerie de his agere pretium operæ fuerit. Gothorum quidem Regum antiquior, qui Toleti nummos cudendos curavit, *Livua* eſt, quem vulgo *Luibam* nominamus. Suntque eo nomine bini: unus Regis Leovigildi frater, cum quo biennium regnavit, & antea uno anno ſolus. Alter filius eſt Recaredi Regis, qui dicti Leovigildi filius fuit, qui regnum biennio tenuit. Equidem arbitror priorem eſſe cujus hi nummi ſunt, quod regnarit diutius. Utrimque faciem video, adſcriptumque: † D. N. LIVVA. REX. Hæ litteræ D. & N. pro *Dominus noſter*, non eſt in aliis nummis legere, niſi præmiſſa I. littera I. D. N. pro *In Dei nomine*. In averſa parte eſt: † TOLETO. PIVS.

A. Livuæ frater in regno ſucceſſit *Leovigildus*, Catholicorum hoſtis acerrimus, parenſque S. Ermenegildi Martyris. Imago hic eadem quæ alterius, adſcriptum tamen: † LEOVIGILDVS REX: illinc vero: † TOLETO. IVSTVS.

B. Certe tam iniquus Rex tali indignus titulo. Sed dic, quæſo, quid cenſes de nummo adeo laudato ab Ambroſio Morali viro docto ac diligenti, quæ velut Lipſana reſtant S. illius Principis Hermenegildi?

*Lib. XI. Annal. Hiſp. cap.* 65.

A. Nummum illius ſic impreſſum nunquam videre contigit: nec Victoriæ ſignum adcuſum, neque litteras tanti myſterii: REGEM. DEVITA.

B. Non erit igitur hic nummus, quem vidiſti: ſed tuus quid continebat?

A. Quam ille Victoriam facit, mihi longe alia forma videtur, vel locuſtæ, aut cicadæ, aut galeæ. Imo ſi hominem eſſe dixeris, qualis in averſa ſpectatur parte, non repugnem ſane.

C. Summum narras artificem, qui hominem depingeret, quem locuſtam, cicadam, aut galeam faceres. Addere oportuit ambiguitati tollendæ, hominem eſſe, non cicadam.

A. Vidi olim Venetiis vetera ædificia cum picturis animalium, ac frugum, addita ſcriptura, quid eſſent ſignificante. Verbi gratia: melones ſunt iſti, aut uvæ. Hic canis eſt, hic lupus: quod de antiquis pictoribus Ælianus commemorat.

*Ælian. Variæ Hiſt. lib.* 10. *c.* 10.

B. Tuus nummus quas his litteras præfert?

A. Legi ægre poſſunt: ſed hoc fuiſſe opinor: REGNM. BONOOVITA.

B. Hæc quid, amabo, ſignificant?

A. Ignoro equidem.

B. Quid ſi, *Regnum bono vitandum?*

A. Non eſt hic ſane nomiſmatum ſermo, ac ne ille quidem, quem Ambroſius attulit: *Regem devita.*

B. Quis igitur nummorum ſermo?

A. Hic forte, quantum coniicio: I. D. NM. OSSONOBA. VICTOR.

B. Næ tu commenta facile diſſipas! ſed REGNM propius accedit ad *Regnum* vel *Regem*, quam ad I. D. NM. hoc eſt: *In Dei nomine*, ſi recte commemini.

A. Ita eſt, ſed R. conjungo cum VITA fietque VITAR, quod fere eſt VITOR, aut VICTOR, quod excepta R, nihil commune habet cum Rege, aut Regno.

C. Sed *Oſſonoba* ubi gentium oppidum fuit?

A. Neſcio profecto, niſi quod in Bætica (quæ nunc *Andaluzia* a noſtris vocatur) a Plinio collocatur (*a*) ad Oceanum, & ad dictam nomine *Luſturiam.*

C. Accedet hoc oppidum ceteris Bæticæ nummis.

A. Somnia hæc ſunt, & conjecturæ rei inanis, quibus niti nullo modo debemus.

B. Quid inſcriptum huic nummo, & adpictum præter ea quæ dicta ſunt?

A. Adſcriptum ERMENEGILDI, ſculptuſque vir inguium tenus ſine brachiis, quomodo *Terminus* Deus, aut Hermiæ pingebantur. Ejus in pectore crux apparet.

B. Anne thronus hic eſt, ut Morali viſum?

A. Mihi utique non apparet. Tranſeamus ad *Recaredum* Regem probum, qui Toleti tertium indixit Concilium, ubi fidem eſt Catholicam profeſſus, pulſaque eſt ex Hiſpania, qua infecti pridem Gothi erant, Ariana hæreſis, anno regni ipſius quarto, Chriſti autem Salvatoris quingenteſimo octogeſimo nono. Nummo ejus impreſſum: † RECCAREDVS. REX: illinc vero: † TOLETO PIVS.

B. Merito hic Princeps *Pii* eſt cognomento donatus: ſed cur *Toleto* ſcribitur, non *Toleti*, aut *Toletum?*

A. Interdum ponitur nominandi caſus in nummis, ut *Tarraco*, & *Fecit* exaudiendum. In aliis incertum primus ne an ſextus ſit caſus, ut *Emerita*, *Elbora*, *Corduba*, *vel Bracara*: & hic intelligendum *Fecit* vel *miſſus eſt nummus.* Cum *Toleto* ponitur, ſextum eſſe opinor caſum. Alias cuditur *Iſpali*, *Tucci*, *Eliberri*, ut aptata videantur, ut *Tucci*: vel tertius eſt caſus a nominativis *Iſpalis*, & *Eliberris*, pro Hiſpali aut Granatæ, & exaudi *Signatus eſt nummus.* Qui igitur *Toleto*, pro *Toleti* interpretatur, non recte judicat, quod *Toleti* dixiſſe oportuit, ut *Tuſculi.*

B.

B. Que letras hai en la medalla que V. S. ha viſto?

A. Muy mal ſe leen: pero creo que ſon deſta manera, REGNM. BONOOVITA.

B. Que pueden dezir?

A. Yo no lo ſe.

B. Quien dixeſſe, *Regnum bono vitandum?*

A. De nummis aureis ab Alvaro Gometio ad me miſſis unus eſt Regis Vambæ, quem *Vuambam* olim vocatum nuper diximus. Hinc caput eſt rudi artificis manu cum litteris: † IND. IN. M. VVAMBA. ℞. Illinc vero Crux alta ſpectatur cum gradibus. Unde diſcas perveterem eſſe ritum adorandi Crucem Dominicam; fremant licet noſtræ tempeſtatis impii Hæretici. Adſcriptum præterea: † CORDOBA PATRICIA.

Dial. VII.

*Crux adorata.*

C. Prior titulus ut legi debet?

A. *In Dei nomine Vuamba Rex.*

C. At litteræ non reſpondent, ac ne nomiſmatis quidem interpunctio.

A. Ita eſt, ut dicis, ſed nummos invicem componendo, in quibus multa tribus his vocibus peccantur, ut & in punctis; ita legendum exſculpſimus. Etenim pro IN ſæpenumero ſola I. ponitur,

tur, & pro DEI, D. tantum vel D. I. junctim, aut punctis diviſa. Rurſum pro NOMINE tres collocant conſonantes NMN ſimul; aut punctis ſic diſtinctas: N. M. N. Interdum etiam geminas NM, vel N. M. punctis diviſa. In hoc itaque nummo, quo de ſermo eſt, pro IN. DI. NM. cuſum video: IND. IN. M. idque barbarorum more, quales Gothi erant. In altero argenteo nomiſmate *Svinthilæ* Regis, quem Scintillam alii nominant, eædem apparent imagines, non tamen manu cuſæ Fr. Sebaſtiani Plumbi ſummi artificis. Litteræ hic uſu pene attritæ ſunt. Lego tamen: † SVINTHILA. REX. In averſa parte: CORDOBA. TOPRM. Suſpicor ſcribere *Patriciam* conatos rudes opifices. In altero Regis ERVIGII facies eſt, ſed adeo informis, ut urnam verius dixeris: adjectis litteris: † ID. INM. ERVIGIVS. ℞. In altera parte Crux eſt, ut in Gothicis ſolet, cum litteris CORDOBA PATRICIA.

C. Ergo *Cordoba* dicendum ac ſcribendum, an *Corduba?*

A. Gothicis ſane nummis minime fidendum cenſeo: Græcos ſcripſiſſe arbitror ΚΟΡΔΥΒΗ quare *Corduba* ſcribi malim (*a*).

Venio ad Hiſpalenſes nummos, & Italicenſes. *VI. Italica.* Illam urbem hodie *Sevillam* vocant. Italicam vero *Sevillam veterem*, vel, ut aliis placet, *Trianam*. Hujus æreum nummum vidi impreſſa Tiberii Cæſaris facie cum litteris: TI. CÆSAR. AVGVSTVS PONT. M. In averſa parte ara eſt, ſic inſcripta: PROVIDENTIÆ AVGVSTI, itemque DIVI AVG..... NIC. ITALIC. ex quo nomiſmate non conſtat, Colonia ne an Municipium fuerit Italica, *ſi lacunam e ſimilibus expleas nummis ni legas Munic. Italic.* Probat id A. Gellii ſententia, Italicam referentis ab Hadriano Imp. (ibidem nato, ut &, qui anteceſſit Trajano) petiiſſe, ut e Municipio Coloniam faceret. Reſpondit ille, deteriori tum quam antea conditione futuros, ut ſupra Dial. VI. expoſui (*b*). *A. Gell. lib. XVI Noct. Attic. c. XIII.* *Dial. VI.*

Hi-

ſola, ò D. I. juntas, ò apartadas con puntos, y por NOMINE ponen tres conſonantes NMN. juntas, ò apartadas con puntos N. M. N. otras vezes las dos dellas NM. ò N. M. con puntos, y aſſi en eſta de que hablamos por eſcrivir IN. DI. NM. puſieron, IND. IN. M. como barbaros. En otra medalla de plata del Rey Svinthila, que otros dizen Scintilla, eſtan los miſmos debuxos, de mano que no parece à la de Fray Sebaſtian del Piombo. Las letras eſtan muy gaſtadas, pero leerſe † SVINTHILA REX, y de la otra parte, CORDOVA TOPRM. ſoſpecho que quiſieron dezir Patricia. En otra del Rey Ervigio eſta una cara tan mal formada que mas parece un vaſo de agua, y hai eſtas letras, † ID. INM. ERVIGIVS ℞. En el roverſo eſta la cruz como en las otras, y las letras, CORDOBA. PATRICIA.

C. Haſe de dezir *Cordoba*, ò *Corduba?*

A. No nos podemos fiar deſtas medallas de los Godos, y yo creo que los Griegos eſcrivieron ΚΟΡΔΥΒΗ, y aſſi yo diria Corduba.

Vengamos à las medallas, de Hiſpalis, y de Italica, de las quales à la una llaman agora Sevilla, y à la otra Sevilla la vieja, ò ſegun otros Triana. Deſta poſtrera he viſto una medalla de cobre maltratada, en la qual hai la cara de Tiberio Ceſar con eſtas letras, TI. CÆSAR. AVGVSTVS. PONT. M. En el roverſo hai una ara, y en ella eſcrito, PROVIDENTIÆ. AVGVSTI. y otras letras, DIVI. AVG... NIC. ITALIC. Por eſta medalla no parece ſi era entonces municipio, ò colonia Italica, ſalvo ſino dixeſſemos que ſe huvieſſe de leer *Munic. Italic.* Confirmarſe ha eſta opinion con lo que dize Aulo Gellio, que *Lib. 16. c. 13.* los de Italica pedian al Emperador Hadriano que era natural de alli, como tambien lo fue ſu predeceſſor Traiano, que de municipio los paſſaſſe à hazer colonia: y el les reſpondio, que ſeria baxarlo de ſu condicion, como antes queda dicho.

De

(*a*) *Ex Octaviano Sada addit ea quæ ſequuntur Andreas Schottus.*

Vidi nummum hinc rudi facie Virginis, & ramo; in averſa vero parte, tribus oleæ ramuſculis, quorum in medio VLIA cuſum cernitur, quem eſſe vicum arbitror, qui vulgo *mons major*, quinto a Corduba lapide diſtans, nuncupatur, meminitque præter varias Inſcriptiones ac nomiſmata ſcriptor antiquus.

A. Hirtius poſt Cæſaris Commentarios, Ptolemæus in Geographicis, Antoninus Aug. in Itinerario: etſi in pleriſque Cæſaris editionibus, Veneta ac Lugdunenſi, in Hirtio pro VLIA, (quomodo legendum) VLLA corrigere quidam ſint auſi. Fidem etiam faciente vetere Inſcriptione columnæ Montis majoris:

*Ambr. Moral. Cron. Hiſp. lib. IX.*

IMP. CÆS. DIVI. SEPTIMII. SEVERI.
PII. PERTINACIS. AVG. ARABICI.
ADIABENICI. PARTHICI. MAX. BRITANNICI.
MAX. FILIO. M. AVRELIO.
DIVI. M. ANTONINI. PII. GERMANICI.
SARMATICI. NEPOTI.
DIVI. ANTONINI. PII. PRONEPOTI.
DIVI. HADRIANI. ANTONINI. ABNEPOTI.
DIVI. TRAIANI. ET. DIVI. NERVÆ. ADNEPOTI.
ANTONINO. AVG. TRIB. POT. VIII. COS. VI.
SPLENDIDISSIMVS. ORDO. REIP. VLIENSIVM.
STATVAM. DEDICANTE. MARCO. MANIO.
CORNELIANO. CVRATORE. ANNONÆ. CIVILIS.
DIVI. ANTONINI.

VLIAM autem Hirtius monti impoſitam ait, ideoque loci natura munitam. Alibi vero populi Rom. ſtudioſiſſimam prædicat. Rami autem oleæ olei copiam ejus ſoli deſignat (*). *Lib. I. de bello Alex. & de bello Hiſpan.* *(*) Tab. LIX. 8.*

(*b*) *Adduntur hæc ab Andrea Schotto ex Octaviano Sada.*

C. Hiſpali accepi nummos quattuor, qui lacunæ illi explendæ ſerviant.

En

De Sevilla no he viſto ſino medallas de oro Godos, y en ellas eſta eſcrito el nombre *Iſpali* ſin H, y en muchos libros antiguos los concilios Hiſpalenſes ſe dizen *Spalenſes*, y aſſi tambien la provincia de Eſpaña ſe dize *Spania*, como ſe vee en las epiſtolas de S. Pablo eſcrita: y hoy en Italia la llaman *Spagna*, y *Spagnuolo* al natural della: y no falta quien diga que los Griegos la llamavan aſſi ΣΠΑΝΙΑ por ſer mal poblada, y hallarſe raros edificios, y poca gente en ella: pero yo creo que eſte nombre no venga de ninguna palabra Griega, ni Latina. De las medallas de oro hai una del Rey Ervigio, que donde eſta ſu cara hai eſtas letras, ò cifras, † IAINM ERVIGIVS. ℞.

B. Como ſe han de leer?

A. *In Dei Nomine Ervigius Rex.* Eſta la ſegunda letra Griega por Latina como en otra parte havemos viſto Θ por TH. En el roverſo hai una cruz con gradas, y eſtas letras, † ISPALI. PIVS. En otra medalla de Vuitterico hai una cara de cada parte, y eſtas letras, † VVITTERICVS RE, y de la otra parte, † PIVS. ISPALI. La palabra RE ſe ſalva con la cruz con la qual ſe ſalvo todo el linage humano, porque eſtan las letras en circulo, y tras la E ſe ſigue la cruz que tiene alguna ſemejança à la X. En otra del Rey Vuamba donde eſtà la cara no ſe leen bien las primeras letras, ſino VVAMBA ℞. De la otra parte hai un ramo pequeño, y una cruz, y una eſtrella de ſiete rayos como la nueſtra, y eſtas letras, ISPALI PIVS. En otra del buen Rey Recaredo hai dos cabeças una de cada parte; y eſtas letras † RECCAREPVS REX. errando en la P por D, y en el roverſo † PIVS ISPALI. Otra hai de Siſebuto con las miſmas dos caras, y con eſtas letras, † SISEBVTVS RE, y de la otra parte, † ISPALI. PIVS. y eſto baſte deſta ciudad.

De

Hiſpalis unum vidi Gothicum nummum aureum, urbiſque nomen *Iſpali*: & in multis Conciliorum Hiſpalenſium libris antiquis ſcriptum *Spalenſes*, atque adeo ipſa Provincia Hiſpania a Græcis ΣΠΑΝΙΑ, ut in Pauli ad Romanos epiſtola. Quomodo fere ab Italis hodieque *Spagna*, *Spagnuolo* nominatur. Nec deſunt qui ſic a Græcis rentur nuncupatum, quod raro habitetur, & rari pagi ſint, & incolæ pauciores. Verum mea quidem ſententia, nec Græca vox eſt, nec Latina *Hiſpania*. Aureorum nummorum unus eſt *Hervigii*, & ad faciem ejus adſcriptum † IAINM ERVIGIVS. ℞.

*Hiſpania unde dicta.* *Ad R. XV. verſ.* 24. & 28.

B. Hæc ut legenda ſunt?

A. *In Dei nomine Ervigius Rex.* Vides ſecundam litteram Græcam eſſe pro Latina, ut alias de Θ pro TH. dicere memini. In averſa rurſum parte Crux cum gradibus ac litteris: † ISPALI PIVS. In altero Vuitterici nummo utrimque facies apparet, cum litteris: † VVITTERICVS. RE: illinc vero: † PIVS ISPALI. Vox RE Cruce terminatur, qua & humanum genus ſervatur. Litteris enim in orbem collocatis poſt E, Crux ſequitur, quæ ſimilis eſt X litteræ. In altero Regis Vuambæ, ad imaginem primæ litteræ, ſed ægre leguntur: VVAMBA ℞. In averſa eſt pàrte ramuſculus, & Crux, & aſtrum ſeptem radiorum; quot & in gentilitiis noſtris Auguſtinorum inſignibus ſpectantur, additis litteris: ISPALI PIVS. In Recaredi Regis nummo geminum utrimque caput, adſcriptumque: † RECCAREPVS REX, ſed vitioſe P. pro D. poſitum. In averſa: † PIVS ISPALI. Siſebuti alter eſt, cum gemina quoque facie, ac litteris: † SISEBVTVS RE. Illinc vero: † ISPALI. PIVS. Sed hæc de Hiſpali ſatis (*a*).

*Dial. VII.*

Al-

En tibi ſunt enim ad manum, legoque: TI. CÆSAR. AVGVSTVS. PONT. MAX. IMP. In averſa, PROVIDENTIÆ AVGVSTI aræ inſcriptum eſt. In ambitu vero PERM. DIVI. AVG. MVNIC. ITALIC.

A. Gaudeo ſane tam opportune opem abs te allatam nummis: illud aveo ſcire, an quis acceſſerit cum titulo *Hiſpalis*, aut *Colonia Romulenſis*, ut C. Plinius nominat.

C. Hi duo nummi acceſſerant, quos tu melius quam ego expoſueris (*).

(*) *Tab. LIX.* 9. 10.

A. Ipſi ſunt quales optaram. Hinc enim Auguſti Cæſaris lauro coronati caput eſt, & aſtrum ſex radiorum capiti impoſitum, & ante faciem radius cum litteris: PERM. DIVI. AVG. COL. ROM. hoc eſt, *Permiſſione Divi Auguſti Colonia Romulenſis*, ſeu *Romulea*, ut alibi marmori inſcriptum videre memini. In averſa eſt matronæ facies, cum Lunæ cornibus decreſcentibus, in capite *Liviæ* Auguſtæ, quantum coniicio, tametſi inſcriptum lego, IVLIA. Suetonius enim Tranquillus, & Tacitus, *Juliæ* nomen ſumpſiſſe, Auguſti Cæſaris juſſu, poſt mortem illius referunt: quo tempore cuſum nummum apparet. Impreſſum enim, DIVO AVGVSTO. Recte itaque hic poſitum video: IVLIA AVGVSTA: additque grande epithetum GENETRIX ORBIS. Tu vide an id ex Hiſtoricis comprobari queat.

B. *Genetrix* in aliis etiam nummis per ſecundam vocalem viſitur, a priſca deductum voce GENO, pro *Gigno*, ut alias ex te audire memini: exſtatque ſcriptum in Pandectis Florentinis.

(*a*) *Hæc ex Octaviano Sada addit Andreas Schottus.*

Carmonæ alter nummus eſt, quæ urbs *Carmo* olim dicta, & a Ptolemæo *Charmonia*, cujus & Julius Cæſar meminit, & Bæticæ munitiſſimam appellat: in qua & rupes fortiſſima. Nominat eandem Strabo, & in Itinerario Antoninus. *Monti eſt* urbs impoſita, rupemque habet altiſſimam ſtructuræ veteris. Abeſt Hiſpali ſex leucis, hoc eſt, quattuor & viginti paſſuum millibus, quot Hiſpali fere diſtare Antoninus ait *Carmonam*: planiciem habet agrumque fertiliſſimum, vulgo dictum *Vega de Carmona*. Quamobrem merito in hujus oppidi nummo frumenti ſpicam cuderunt, in altera vero parte caput galeatum, circumque corolla eſt, ut Martis Dei eſſe poſſet, niſi forte Duumviri eſt cujuſdam, qui cudendum curarit (*).

*Carmona, urbs Bæticæ.*

(*) *Tab. LIX.* 11.

UNED

Alterius Coloniæ *Tucci* dictæ, ſeu *Auguſtæ gemellæ* (quam quidem ex vetere Inſcriptione ad rupem vulgo *Martos* dictam ſitam arbitrentur) nummus eſt aureus Svinthilæ Regis, duplici utrimque capite, litteriſque: † SVINTHIL. RE. In altera parte, † IVSTVS TV:CI. quæ gemina puncta nunc A nunc C locum ſupplet (*a*).

B. Granatæ nummi ne reperiuntur?

A. Inter aureos Gothorum nummos inſcripti quidam ELIBERRI: quo antiquitus appellatam nomine *Granatam* affirmant, indeque Concilium *Eliberritanum* dictum; etſi alii in cognomine oppido Catalauniæ juxta Colibram habitũ opinentur: & *Iliberi* nominant nonnulli, quando & Plinius in Bæticis Liberinos vocat: & Granatæ Titulos veteres marmorum ſpectari ferunt ita inſcriptos: *Ordo Iliberitanor.* & Concilium profecto Bæticæ potius eſſe vincunt ſubſcriptiones presbyterorum illius Provinciæ, qui interfuerunt; neque in editis in vulgus libris Conciliorum leguntur. Eſtque Granatæ porta *Elvira* dicta, qua in montem via ducit, in quo veteris oppidi veſtigia viſuntur, *Elviræ* nomine. In regis Svinthilæ nummo duplex utrimque caput eſt, adſcriptumque: † SVINTHILA RE. duabus litteris deficientibus, quæ in aliis regis illius nummis leguntur, ſcribiturque *Svinthila Rex.* Unus autem de quinque nummis H. ſpiritu carebat.

B. Quid in averſa ſpectatur parte?

A. Hæc: † PIVS. ELIBER. In alio Siſebuti Regis hinc facies eadem, illinc adſcriptum: † SISEBVTVS RE. illinc vero: † PIVS ELIBERRI. (*b*)

OBULCO *cognomento Pontificia.* C. Oppidi alterius, hodie *Porcuna* dicti, olim vero *Obulco* cognomento *Pontificiæ* in æreo ſpectavi nummo mentionem: hinc facie virginis rudi

(*a*) *Hæc addita ſunt ab Andrea Schotto, & Octaviano Sada.*

URSO. Coloniæ URSO cognomento dictæ Gemina urbanorum (etſi in Plinii quibuſdam editionibus *Gemia*, pro *Gemina* legatur) nummum vidimus hinc facie juvenis, quaſi vitta coronati caput, & ante faciem adſcriptum: VRSONE. In averſa autem Sphinx viſitur, quæ, ut alias diximus, facie erat virginis, pedibus & cauda leonis: in medio alis extenſis (*): ut Auſonius in Ternarii gripho deſcribit: [*] *Tab. LIX. 12.*

*H. Iunius in XLII. Emblem.*

> *Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.*

Quale & illud de Chimæra Lucretii lib. V. ex Homero Iliad. ζ. & Heſiodo in Theogonia:

> *Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimera.*

Sub pedibus litteræ ægre legi queant. Apparent tamen A. CICO. ad quas explanandas Œdipo, ſi ab inferis queat revocari, ſit opus. Nummus eſt æreus ſemunciæ pondere. Vidi & non diſſimili

De la otra colonia dicha *Tucci*, ò *Auguſta Gemella*, que por ciertas inſcriciones creen algunos que eſtaba cerca de la peña de *Martos*, hai una medalla de oro del Rey Svinthila que tiene dos caras una de cada parte, y eſtas letras, † SVINTHIL. RE, y de la otra parte † IVSTVS TV:CI, parece que los dos puntos ſirven en la una parte de A, y en la otra de C.

B. De Granada hai alguna medalla?

A. En eſtas de oro de Godos hai algunas con eſte nombre ELIBERRI: el qual dizen que era el nombre antiguo de Granada, y por el ſe dixo el concilio Eliberritano; ahunque algunos pienſan que ſe tuvieſſe en otro lugar del miſmo nombre en Cataluña cerca de donde dizen agora Colibre, y algunos eſcritores le llaman *Iliberi*, y aſſi parece que llama Plinio al lugar del Andalucia con ſobrenombre *Liberni*; y en Granada me dizen que ſe hallan inſcriciones con eſte nombre, *Ordo Iliberitanor.* y es cierto que el concilio es de aquella provincia ſegun las firmas de muchos *Presbyteros* de aquellas partes, las quales firmas no andan en los libros de molde: y en Granada hai hoi una puerta que ſe dize la puerta *Elvira*, y por alli entiendo que ſe va à un monte donde hai ſeñales de la ciudad vieja que ſe llamava *Elvira.* En una medalla del Rey Svinthila en la qual eſta el debuxo de las dos caras una de cada parte, y eſtas letras † SVINTILA RE, faltan dos letras conforme à otras medallas del miſmo Rey en que ſe dize *Svinthila Rex*: y de cinco medallas que he viſto las quatro tiene H.

B. Que letras hai en el roverſo?

A. Hai eſtas † PIVS ELIBER. En otra del Rey Siſebuto hai el miſmo debuxo, y eſtas letras, † SISEBVTVS. RE; y de la otra parte, † PIVS ELIBERRI.

C. De otro lugar que agora dizen *Porcuna*, y otro tiempo *Obulco* con ſobrenombre *Pontificienſe*, he viſto una medalla de cobre donde hai una

parte averſa alios, ſine titulo ad faciem, aliiſque ſub ſphingis pede litteris, ſed ignotis pariter. Sunt qui *Oſſunam* hodie arbitrentur eſſe *Urſonem* veterum, ibidemque Inſcriptiones extare opinor, ſic notatis lapidibus: eſtque florens etiamnum ſtudiis Gymnaſium, beneficientia Comitum Urenæ, atque Oſſunæ.

(*b*) *Addit hæc Andreas Schottus ex Sada.*

C. Accepi e Bætica nummum æreum, veterem, ut apparet, ejus oppidi, quem Tu melius explanabis.

A. Piſcis conſpicitur, forte thynnus, qui in Oceano ad illam capitur oram: inſcriptumque lego ILIBENA: in altera video M. loco A. In averſa parte tritici ſpica eſt, fertilitatem regionis demonſtrans, & maritimam eſſe piſcibus abundantem, qualis Bætica eſt, regnumque Granatæ (*). Nomiſma eſt unciæ pondere: quodque aperte non concludat litteris, non auſim hinc nomen loci temere aſſerere. (*) *Tab. LIX. 13.*

una cara mal debuxada de una muger, y eſtas letras OBVLCO; y de la otra parte hai una eſpiga de trigo, y un grano grande de cevada, y eſtas letras, L. AIMIL. M. IVNI. y en otra parte AIP. las quales tres letras no entiendo; las otras dizen *Lucio Aimilio*, *Marco Junio*: falta *Duumviris.*

B. Como ſe ſaca ſer el miſmo lugar *Porcuna*, y *Obulco?*

A. Por una inſcricion donde eſta eſte nombre OBVLCO, y ſe haze mencion de una puerca parida que havia alli de piedra, de la qual es de creer que ha quedado el nombre.

B. Porque eſta la eſpiga, y el grano?

A. Por ſeñalar la abundancia del trigo, y cevada de aquellas partes. En otra medalla las letras, y la cara de la una parte ſon de la miſma manera, mas en el roverſo hai un aradro, y una gran eſpiga, y una culebra, y unas letras muy gaſtadas.

B. Porque eſta la culebra?

A. Ya ſe dixo otra vez como à Ceres llevaron dos culebras, ò ſerpientes con un carro buſcando à ſu hija Proſerpina.

B. Agora me acuerdo que el meaſtro Juan Batiſta Perez Canonigo de Toledo me dio un papel con muchas letras eſtrañas ſacadas de diverſas medallas: alli hai eſta palabra OBVLCO, y deſpues eſtos dos renglones .

A. Bien tienen algun parenteſco eſſas letras con las Latinas eſpecialmente la B, y las VV.

B. Hai medallas de otro lugar del Andalucia que no eſte dicho?

A. El maeſtro Alvar Gomez me embio una medalla de cobre que dezia que ſe havia hallado en Caliz, en la qual eſtava de la una

*Tom. VIII.* par-

rudi artificis manu, litteriſque adjectis: OBVLCO; illinc vero ſpica frumenti, granumque hordei, adjectumque: L. AIMIL. M. IVNI. In orbe vero: FORT. VIR. litteris inverſis, quod eſt ex II. VIR. reliquum. AIP, *vel* AVX. quæ non aſſequor, illa vero ſic lego: *Lucio Aimilio*, *Marco Junio*: deeſt, *Duumviris.*

B. Unde colligis *Porcunam & Obulco* idem eſſe?

A. Ex Inſcriptione quæ ibidem legitur cum OBVLCI nomine, eſtque mentio ſcrophæ e lapide: unde non abſimile vero *Porcunæ* inditam appellationem a *Porca*, quam & *Scrofam*, teſte M. Varrone, Romani appellarunt. Adſcribere illam non gravabor, ut Porcunæ exſtare ferunt. Fides ſit penes illos, non enim vidimus: *M. Verro lib. I. de re ruſt.*

C. CORNELIVS C. F. C. N. GAL.
CÆSO ÆD. FLAMEN II. VIR.
MVNICIPI PONTIF.
C. CORNEL. CÆSO F.
SACERDOS GEN†. MVNICIPI.
SCROFAM CVM PORCIS XXX.
IMPENSA IPSORVM D. D.

B. Sed cur hic tritici ſpicam, & hordei ſpecto?

A. Frumenti deſignat copiam, atque avenæ ſoli illius. In alio nomiſmate & imago, & litteræ pares, ſed in averſa parte aratrum; ſpica item ingens & ſerpens, litteræque evanidæ vetuſtate.

B. Cur anguis hic?

A. Cereris, ut alias dicere memini, currum ſerpentes traxiſſe Poetæ fabulantur, quo vecta raptam a Plutone filiam Proſerpinam inveſtigarit.

B. Memoria nunc repeto Joannem Bapt. Pereſium, Toletanum Canonicum, qui poſt Segobrigenſis Epiſcopus fuit, papyro a ſe notatas peregrinas litteras mihi tradidiſſe, e variis nummis inſcriptis OBVLCO(*): & hæc ſubjecta verſibus duobus . *(*) Tab. LIX. 14.*

A. Affines hæ litteræ, ſi litteræ appellandæ, cum Romanorum B. præſertim & V.

B. Exſtantne penes te alterius oppidi Bæticæ nummi?

A. Alvarus Gometius nummos ad me binos æreos Toleto miſit, repertos, ut ajebat, Gadibus (*a*)***. Venio nunc ad alterum ipſius num-

X mum

B. Videſne hic ſcapham inſculptam?

A. Equidem nunquam vidi. Sed cur interrogas?

B. Quia legi id alicubi de *Carteiæ* nummis.

A. Legiſti fortaſſe, & illud, *Tarteſſum* dictam: eidemque Regem imperaſſe Arganthonium, qui annos vixerit centum & quinquaginta, ut Strabo refert, teſtimonio uſus Anacreontis Poetæ, & hiſtoriæ ac mendacii parentis Herodoti. Addit idem Geographus *Bætin*, (quem nunc fluvium *Guadalquivir* nominamus) *Tarteſſum* antiquitus nominatum, idque Steſichori *Tarteſſus lib. III. Geogr.*

Poe-

(*a*) *Duos nummos ab Alvaro Gometio miſſos refert ex Octaviano Sada Andreas Schottus, atque his verbis priorem nummum deſcribit:*

Alter puſillus eſt: hinc matronæ caput capite turrita, quomodo Cybele mater Deum inanium pingi ſolet: ut eandem deſignari arbitrer, adſcriptumque: CARTEIA, qui vicus non procul a freto diſtat Gaditano: puta, quem alii *Algeziram* hodie, alii *Tariſam* rentur appellari. In averſa ſpectatur parte Neptunus, ut alias in nummis, terram pede contingens, & continenti inſiſtens; altera vero manu tenens tridentem. CARTEJA.

mum, qui hic hominis caput, & clavam præfert, ut Herculis eſſe appareat, quem Gadibus templum habuiſſe notiſſimum eſt, multaque idem Strabo aliique referunt. Illinc vero piſces gemini grandiores veluti thynni, & ejus generis piſcium: oſtendere credo volens piſcoſum id mare. Eadem in aliis nummis æreis obſervavi, caput pelle tectum leonis, ut Alexander Magnus in nummis quandoque ſpectatur. In aliis clava Herculis ſpectatur, ac litteræ nimium quantum a Latinis Græciſque differentes.

GADES. *Sup. Dial. VI.* B. Forte Phœnicum erant litteræ, quos Gades incoluiſſe (vulgo *Calis* dicimus) fama non obſcura eſt.

A. Equidem non facile dixero: illud tantum, Phœnices cum Pœnis confundi, reſque Carthaginienſium, ceterorumque Afrorum Phœnicibus a quibuſdam attribui; & ſane facile ad credendum adducor Afros ad Gades trajeciſſe potius, quam Tyrios, aut Sidones. Cumque *Carthago* Colonia ſit Phœnicum, nominibus invicem confundi nihil mirandum.

B. Herculis hi nummi quibus inſcripti litteris?

A. In quibuſdam averſa parte piſces luna eſt, & aſtrum, cum peregrinis litteris, ita formatis . Priora poſita arbitror pro

parte una cabeça de un hombre, y una maça que podria paſſar por Hercules con ſu clava, el qual tuvo un templo muy nombrado en Caliz, y de ſu antiguedad dizen muchas coſas Eſtrabon, y otros: de la otra parte hai dos peſcados grandes como atunes, creo que por moſtrar la peſca de aquellos mares. Otras muchas medallas he viſto de bronze con eſte roverſo, y al cara tiene un pellej de leon como las de Alexandre, y en algunas hai la maça, ò clava de Hercules, y hai unas letras muy differentes de las Latinas, y Griegas.

B. Seran de los de Phenicia que dizen que poblaron la Isla de Gades, que agora dizen *Caliz?*

A. Yo no lo ſabre dezir: bien ſe que confunden los Phenices con los Pœnos, y algunas coſas que ſon de Carthagineſes, ò de otros de Africa los eſcritores las atribuyen à los de Phenicia: y para mi mas es de creer que paſſaſſen los de Africa à Caliz que los de Tyro, y Sidon: ahunque ſiendo los Carthagineſes colonia de Phenicia no es mucho llamarlos de un miſmo nombre.

B. Que letras hai an eſſas medallas de Hercules?

A. En una dellas hai en el roverſo allende de los peſcados una luna, y una eſtrella, y eſtas letras en dos renglones . He imagi-

Poetæ auctoritate, cum de Gervonis armento agit, & ad duo fluminis illius oſtia *Tarteſſum* oppidum fuiſſe. Hunc *Arganthonium* Plinius quoque auctor eſt *Tarteſſium* nominatum ex eodem Anacreonte: totidemque annos centum & quinquaginta attribuit; mox Gaditanum eſſe ait; regnaſſeque a quadrageſimo ætatis anno uſque ad octogeſimum: tametſi idem auctor alibi *Cartejam Tarteſſum* dictam a Græcis ait; quod Pomponius Mela non aſſeruit, addit tantum nonnullos ita cenſuiſſe.

*Plin. lib. Hiſt. Nat. VII. cap. 45.*

*Plin. lib. III. cap. 1.*

*J. Caſaub. in Strabonen.*

B. Quando *Melæ* facta mentio eſt, an patria ejus *Corteja* eſt, vel *Mellaria*; aliudve ignotum oppidum?

A. Patria illi *Cingenteratum*, vel, ut alii volunt, *Tingentera*, loca, ut opinor, tam fabuloſa, quam Geryon, & Argantonius Reges. Petrus Ciaconius, Toletanus, homo doctiſſimus, *Carteja* potius oriundum exiſtimat, non *Mellaria*, quaſi nomen hinc Melæ traxiſſet. Cujus viri emendationem leges in Pomponii Melæ editione ab *Andrea Schotto* nuper in Belgio adornatam, cum Hermolai Barbari, & Ferdinandi Nonii, Græcarum litterarum Salmanticæ Doctoris eruditis in Melam notis.

C. Quid de illis Juſtini, ejus qui Trogum Pompejum compendio tranſcripſit, hiſce verbis dicemus? *Saltus Tarteſſiorum, in quibus Titanas bellum adverſus Deos geſſiſſe proditur, incoluere Curetes, quorum Rex vetuſtiſſimus Gargoris, mellis colligendi uſum primus invenit, &c.*

A. Illud nimirum, fabulas eſſe bellorum cum Titanibus & Gigantibus geſtorum Cretenſium proprias, ubi natus Juppiter crederetur, ac fato functus: ob quæ mendacia verus ille Epimenidis verſus fuit, a B. Paulo laudatus, quem ſic amicus meus e Græco convertit: *Ad Titum 1. verſ. 12.*

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

*Semper iners venter Cres eſt, mala beſtia, mendax.*

De *Curetis*, unde *Cretenſes* dicti putentur, multa Strabo lib. X. Geographiæ commemorat, quorum pars ad hanc Deæ imaginem nummo inſculptam forte pertineat. Superſedebo tamen ne otio abutar. Averſæ autem partis Neptunus ideo cuditur, ut alias ſæpe, quod ad fretum ſit oppidum, ac mari vicinum, cujus ſit Neptunus Deus. Freti autem Herculei verſus exſtat Ciceronis elegantiſſimus omnium, antequam Virgilius uſurparet: *Cic. de Nat. Deor. lib. III.*

*Europam Libyamque rapax ubi dividit unda.*

De Carteja & Tarteſſo ita Silius Italicus, lib. III. Punici belli:

*Argantoniacos armat Carteja nepotes,*
*Rex proavis fuit humani ditiſſimus ævi:*
*Terdenos decies emenſus belliger annos,*
*Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo.* (*)

(*) *Tab. LIX. 15.*

ginado que en lo alto dize COL. ò COLONIA : leyendo al reves, y en lo baxo dize ΓΑΔΡ por GADIR.

B. Un garavato ſe dexa V. S. por interpretar: y ſi le hazemos que ſea R podremos dezir *Romana colonia*, ò *Romanorum*.

C. Y ſi fueſſe F, ò PH, diria *Phœnicum*.

B. Lo que V. S. llamava eſtrella ſe parece mucho con el principio del nombre de *Gadir*, y la luna el principio de la palabra *Colonia*.

A. En todas eſtas coſas ſe va muy à eſcuras: mas ſi dieſſemos credito à lo que dize Platon en el dialogo *Critias*, diriamos ſer el mas antiguo nombre de lugar de Eſpaña, porque donde habla de aquella gran isla Atlantica que era tan grande ò mayor que Aſia, y Africa, y que fue antes del mayor diluvio univerſal, alli nombra una parte de aquella isla *Gadir*, y dize que eſtava cerca de donde llamavan las colunas de Hercules.

B. Es eſſa isla la que creen algunos que eſcrivio por moſtrar las Indias del Occidente?

A. Eſta es: pero yo no creo que tal imaginacion tuvo el que invento aquella fabula hallada en Egito por Solon legislador de Athenas, y deſpues acabada, y añadida por otros, y à mi parecer ſe començo con el deſcubrimiento de la isla de Gades, y con el de Eſpaña, que eſtava alli cerca, y por otra parte eſtava el monte *Atlas*: y como eſtos dos nombres *Atlas*, y *Gadir* en Platon ſon verdaderos, aſſi todo lo demas tengo por invencion.

B. Que quiere dezir eſſe nombre *Gadir*, que me parece fue el antiguo deſſa ciudad, ò isla?

A. Platon dize que lo miſmo que en Griego ΕΥΜΗΛΟϹ, que es de buenas mançanas, ò ovejas: y concuerda con lo que dizen de las mançanas, ò membrillos de oro de los huertos Atlanticos, ò Heſpericos que gano Hercules. Fue Caliz, ſegun dize Eſtrabon, colonia de Tyrios de Sidonia: y por ventura los peces deſtas medallas repreſentan eſte nombre Sidon, que quiere dezir peſcado, ſegun Juſtino, y S. Iſidro, mas otros autores dizen que quiera dezir caça, y caçadores: fue deſpues colonia de Garthagineſes, y al fin de Romanos: y crecio tanto que en ſu tiempo dize Eſtrabon que havia quinientos Equites Romanos Gaditanos, lo que no havia de ningun lugar de Italia, ſino era de Padua. De la tercera parte de Eſpaña dicha en tiempo antiguo Luſitania, no tengo medalla antigua ſino de la ciudad de Merida: pero de Reyes Godos tengo medallas de oro de las ciudades de Ebora, y de Braga, que agora ſon del Reyno de Portugal, ahunque Plinio llama à los de Braga convento de la Eſpaña citerior, ò Tarraconenſe, y un tiempo ha ſido cabeça de las Igleſias de Galicia. En las de Braga hai una cara de hombre con barba, y cabellos largos, y parece que trae un caſco por celada con eſtas letras, † RECCESVINΘVS ℞. por *Receſvinthus Rex*: de la otra parte hai una cruz

con

pro COL. vel COLONIA præpoſtere legendo, & infra ΓΑΔΡ pro GADIR. (*a*)

B. Omittis uncinum, qui fortaſſe R. eſſe queat, ut ſit *Romana Colonia*, vel *Romanorum*.

C. Si eſſet F. vel PH, *Phœnicum* repræſentaret.

B. Quod aſtrum nominas, non abſimile eſt primæ litteræ *Gadir*, ut Luna primæ reſpondet litteræ in *Colonia*.

A. Obſcura hæc, tenebriſque impedita: ſed ſi Platoni fides habenda, in Dialogo, qui *Critias* inſcribitur, antiquiſſimum eſſe hoc Hiſpaniæ urbis nomen dicemus. Cum enim de vaſta illa inſula Atlantica verba facit, quæ major eſſet Aſia & Africa, & ante univerſi inundationem, partem ibi inſulæ *Gadir* nominat, ſitamque ait non procul ab Herculis columnis.

B. Hæcne inſula eſt, qua putant nonnulli Occidentis ſolis Indias deſignari?

A. Ipſa eſt; verum non credo in mentem id illi veniſſe Soloni Athenienſium Legislatori, fabulæ illius Ægyptiacæ architecto, & poſt ab aliis auctæ. Puto enim repertis Gadibus, ac poſt Hiſpania finitima inventa, cui altera ex parte reſpondeat, *Atlas* excogitatam primum fabulam: utque *Atlas & Gadir* vera quidem in Platone, ſic conficta reliqua arbitror.

B. Quid *Gadir*, unde inſulæ & urbi nomen eſt, ſignificat?

A. Platoni idem quod Græcis ΕΥΜΗΛΟϹ, quaſi *bonorum pomorum*, *vel ovium* dixeris: quadrat id cum aureis malis Atlantici horti, ſeu Heſperidum, quæ meruit Hercules. Gades autem, ut Strabo ait, Tyriorum colonia fuit, e Sidonia: & forte an piſces in his nummis *Sidonem* deſignant, quæ vox *piſcem* ſignificat, Juſtini & Iſidori auctoritate. Alii enim *venatum*, aut *venatores* ſignificare affirmant. Poſt a Carthaginienſibus eo deducta Colonia eſt; denique & a Romanis. Et uſque eo crevit, ut Strabo ſua etiamnum ætate quingentos Romanos equites Gaditanos fuiſſe prædicet, plures quam in omnibus Italiæ oppidis, dempto Patavio. Tertiæ Hiſpaniæ partis, quæ Luſitania olim dicta, nummis careo, excepta *Emerita*. Gothicos tamen ſervo aureos *Eboræ*, & *Bracaræ*, quæ urbes ad Portugalliæ regnum hodie pertinent, etſi Plinius *Bracaram* conventum facit Hiſpaniæ citerioris, ſeu Tarraconenſis, & fuit aliquando Metropolis Galæciæ. In Bracarenſibus nummis barbati viri effigies, coma longa, & galeam geſtare videtur, cum litteris: † RECCESVINΘVS ℞. pro *Receſvinthus Rex*. In averſa parte Crux cum gradibus, adſcriptumque: † BRACARA. PIVS. In altero Egizæ Regis caput eſt ita ſculptum, ut hydriam eſſe dixeris, aut vas antiquum; parte vero altera cum litteris prioris

LVSITANIA.

BRACARA.

X 2 num-

(*) *Tab. LIX. 16.*

*a Addit Octavianus Sada:* In altre ho vedute diverſe lettere. (*)

nummi. Ut vero titulum alterius partis capiti annexum intelligas, ſudabis profecto: † I. DIMN. EGICA. ℞. VCTR.

B Cedo equidem: Tu interpretare.

A. *In Dei nomine Egica Rex Victor.* Luſitaniæ C. Plinius tres Conventus tribuit: *Emeritenſem*, *Pacenſem*, & *Scalabitanum*: oppida vero quadraginta quinque, quorum quinque Coloniæ erant: *Auguſta*, *Emerita*, *Pacenſis*, ſeu *Pax Julia*: (quam nunc *Badajoz* eſſe quidam opinantur) & *Scalabis*, cognomento *Præſidium Julium*, *Metallinenſis*, & *Norbenſis Cæſariana*; *Oliſiponem* vero municipium facit civium Romanorum, cognomine *Felicitas Julia. Eboram* autem oppidum veteris Latii, cognomento *Liberalitas Julia.* Paulus quoque Juriſconſultus: *Pacenſes* ait, & *Emeritenſes* in Luſitania Juris Italici uſos prærogativa. De *Emeritenſibus* autem refert Dion, Auguſto Cæſare nonum Conſule, cum M. Silano, Cantabris repellantibus & Aſturibus, veniſſe in Hiſpaniam Auguſtum, cumque Tarracone in morbum incidiſſet, ducem contra illos Antiſtium miſiſſe; ac bello demum confecto, veteranos in Luſitaniam miſiſſe, & emeritis ſeu exauctoratis locum ibi aſſignaſſe, ac novæ illi Coloniæ *Emeritæ Auguſtæ* nomen dediſſe, anno poſt Romam conditam DCCXXVIII. ante Chriſtum natum tertio & viceſimo. Nummi ſunt argentei, Auguſti Cæſaris facie, cum litteris: IMP. CÆSAR. AVGVST. Et hinc quidem ædificium murorum, portarumque, medioque inſcriptum: EMERITA. illinc vero P. CARISIVS. LEG. PR. PR. hoc eſt, *Publius Cariſius Legatus pro Prætore* (*a*) (*).

L. fin. D. De Cenſor. Lib. LIII.

EMERITA.

(*) Tab. LIX. 17. 18.

B. Quis eſt *Legatus pro Prætore?*

A. Prætoris abſentis vices gerens, cum ſit Legatus.

C. Et Legatus, hic ne eſt Orator, aliquo miſſus, quem *Ambaſſadorem* vulgo nominamus?

A. Minime. Sed locum tenens Prætoris, qualis eſt vulgo Epiſcopi officialis. Quomodo in titulo Pandectarum accipitur, *De officio Proconſulis & Legati.* (*b*)

In alio nummo æreo, Auguſti facies, cum litteris: CÆSAR. AVGVSTVS. PONT. MAX. IMP. In averſa parte murus, & portæ, ut antea, inſcriptumque AVGVSTA EMERITA. COL. In altero metalli ſimilis, eadem imago, ſed abeſt vox *Emerita*, legiturque COL. AVGVSTA, & locus aliis relictus litteris. Cuſus hic nummus ab exceſſu Au-

(*a*) *Addit hæc ex Sada Andreas Schottus:* Alterum quoque vidi facie impreſſa cum litteris in orbem: PERMISSV. CÆSARIS. AVG. In averſa vero, jugum boum, pone ſequente colono cum ſcutica, & infra ſcriptum: EMERITA.

(*b*) *Hæc addunt Andreas Schottus, & Sada:*

con gradas, y eſte letrero, † BRACARA PIVS. En otra del Rey Egiza hai una cara de tan buen talle que mas parece hydria antigua: en el reverſo eſta la cruz, y letras de la paſſada. En el letrero de la cara tendra v. m. en que entender, † I. DINM. EGICA. ℞. VCTR.

B. Yo me rendire preſto, V. S. lo declare.

A. *In Dei Nomine Egica Rex victor.* En la Luſitania dize Plinio que havia tres conventos, *Emeritenſe*, *Pacenſe*, *Scalabitano.* Havia quarenta y cinco pueblos: dellos eran cinco colonias, *Auguſta*, *Emerita*, *Pacenſis*, ò *Pax Julia*, que algunos pienſan que es *Badajoz*; y *Scalabis* por ſobrenombre *Præſidium Julium*, *Metallinenſis*, y *Norbenſis Cæſariana.* Lisboa haze municipio de ciudadanos Romanos con ſobrenombre *Felicitas Julia*, y à Evora llama oppido de Latinos viejos con ſobrenombre *Liberalitas Julia.* Paulo Juriſconſulto dize que los Pacenſes, y los Emeritenſes tenian en la Luſitania el privilegio que llamavan *Jus Italicum.* De Merida dize Dion en libro 53. que ſiendo Auguſto Ceſar Conſul la novena vez con Marco Silano ſe rebelaron los Cantabros, y los de Aſturias, y que vino à Eſpaña, y eſtando el enfermo en Tarragona embio contra ellos un Capitan dicho Antiſtio, y acabada eſta guerra hizo que en la Luſitania ſe hicieſſe un lugar donde eſtuvieſſen ſus ſoldados viejos, los que llamavan Emeritos por haver ſervido mucho tiempo, ya deſpedidos, y puſo por nombre à la nueva colonia *Emerita Auguſta.* Eſto fue el año de Roma 728. antes del nacimiento de Chriſtos veintitres años. Hallanſe medallas de plata con el roſtro de Auguſto Ceſar con eſtas letras, IMP. CAESAR. AVGVST. y de la otra parte hai un edificio de muralla, y puertas, y en medio eſta el nombre EMERITA, y en otra parte, P. CARISIVS. LEG. PR. PR. que quieren dezir *Publius Cariſius Legatus pro Prætore.*

B. Que coſa es Legado *pro Prætore?*

A. Tener las vezes del Pretor en ſu auſencia, ſiendo Legado.

C. Y Legado es ſer Embaxador como algunos dizen?

A. No, ſino como Teniente de Corregidor, ò como Official de un Obiſpo, como eſta en los Digeſtos en el titulo *De officio Proconſulis, & Legati.*

En otra medalla de cobre hai la cara de Auguſto, y eſte letrero, CAESAR. AVGVSTVS. PONT. MAX. IMP. en el roverſo la muralla, y puertas ya dichas, y eſtas letras, AVGVSTA EMERITA. COL. En otra de cobre hai el miſmo roverſo, ſino que la palabra *Emerita* no ſe lee, y queda COL. AVGVSTA. ſolamente y lugar para otras

*Cariſii* autem nomine alios habeo nummos æreos, qui hinc Auguſti faciem præferunt, cum litteris CÆSAR. AVG. TRIB. POTEST. & in altera parte tribus verſibus P. CARISIVS. LEG. AVGVSTI. (*)

(*) Tab. LIX. 19.

otras letras. Fue hecha eſtas medalla muerto Auguſto Ceſar, y ſu cara eſta con corona de rayos, ò puntas, y delante la cara tiene un gran rayo debuxado, y el letrero dize, DIVVS. AVGVSTVS. PATER.

En las de Godos de oro ſe hallan algunos de diverſos Reyes. La primera ſea la del catholico Rey Recaredo, con una cara de cada parte, y eſtas letras, † RECCAREDVS. REX. y en el roverſo, † EMERITA. VICTOR. Hai otra del Rey Siſebuto con el miſmo debuxo, y con letras, † SISEBVTVS RE, y de la otra parte, † EMERETA PIVS poniendo la E por I. En otra del Rey Receſvintho hai una cara de la una parte, y de la otra una cruz con gradas, las letras de la cara dizen, † RECCESVINOVS ℞. las del roverſo, † EMERITA PIVS. En otra de Ervigio hai el miſmo roverſo, y letras, mas el roſtro es de los que parecen urnas, ò hydrias, y tiene eſte letrero, I. DINMN. ERVIGIVS. ℞. que es *In Dei nomine Ervigius Rex.* En otra de Vuittiza hai el miſmo roverſo, y la cara menos mala con eſtas letras, † I ND N. M. VVITTIZA. ℞. por *In Dei nomine Vuittiza Rex.* Vengamos à las de Evora de las quales no tengo ſino de Reyes Godos, y en ellas eſta ELVORA, no ſe ſi es error ò eſcritura antigua. En una del Rey Leovigildo eſta el debuxo de otras de dos caras una de cada parte, y eſte letrero † LEOVIGILDVS REX, y de la otra parte † TOS ELVORA IVS partiendo el nombre IVSTOS, y poniendo O por V. Aſſi tambien en otra de Recaredo eſta el miſmo debuxo de entrambas partes, y eſtas letras † RECCAREPVS RE poniendo P por D. como en otras havemos dicho, y de la otra parte † TOS ELVOIAIVS.

B. No adevinara yo eſſo jamas: mas deſſeo mucho que V. S. me dixeſſe los tiempos, y orden de todos los Reyes Godos, y ſi hai algunas medallas dellos de buenos maeſtros.

A. Ya he dicho muchas vezes à v. m. como todas eſtas medallas no ſon de mano de Frai Sebaſtian del Plomo, ni de Valerio Vicentino, ni de Jacomo de Trezzo, que v. m. conoce.

C. Quien ſon eſſos que V. S. alaba?

A. Los mas ecelentes maeſtros que en nueſtros tiempos ſe han viſto: y el Frai Sebaſtian allende del cargo que tania de los plomos de las bulas en tiempo de Papa Paulo III. era ſingular en pintura. Del Valerio ſe hallan muchas tablas de plomo, y de otros metales de diverſas hiſtorias de devocion, y de algunas coſas profanas; y hai algunas medallas fingidas por el que no pueden ſer mas lindas.

C.

Auguſti Cæſaris. Caput enim radiis cinctum, & ante faciem magnus apparet radius, adſcriptumque DIVVS AVGVSTVS PATER. (a)

De Gothicis nummis aureis diverſorum Regum primus ſit Catholici Regis Recaredi cum facie hinc, & litteris: † RECAREDVS REX. & in averſa: † EMERITA VICTOR. Siſebuti quoque Regis ſimilis imago, adſcriptumque: SISEBVTVS. RE. Ia altera parte: † EMERETA. PIVS. ubi E pro I poſitum. In altero Regis Recceſvinthi hinc facies; illinc Crux cum gradibus. Ibi adſcriptum: † RECCESVINOVS ℞. hic vero legitur: † EMERITA PIVS. In Ervigii eædem litteræ, & imago, ſed urnæ potius aut hydriæ, quam viri cum litteris: I. DINMN. ERVIGIVS. ℞. hoc eſt, *In Dei nomine, Ervigius Rex.* In Vuittizæ nummis averſa pars ſimilis, & facies paulo venuſtior cum litteris: † IND. N. M. VVITTIZA. ℞. hoc eſt: *In Dei nomine Vuittiza Rex.* Veniamus ad Eborenſes (b). Gothicos quoſdam nummos ſervo, ſed ELVORA impreſſum video: haud ſcio an per errorem artificis, an ex vetere ſcriptura. In Leovigildi nummis duæ utrimque facies, ut alias ſæpe, inſcriptumque: † LEOVIGILDVS REX. In averſa autem parte: † TOS ELVORA IVS, diviſa hinc inde dictione IVSTOS, O ubi pro V ſculptum. Ad eundem modum in Reccaredi nummo, cum litteris utrimque: † RECCAREPVS RE. ubi P pro D poſitum, ut ſupra monere memini: & in parte altera: † TOS ELVOIAIVS.

EBORA. *De* ELBORA *quæ hodie in Carpetanis in Talavera eſt patria Joann. Mariana, diſputat Annal. Hiſp. lib. IV. c. 13.*

B. Certe hæc numquam divinando fuiſſem conſecutus. Sed aveo ex Te cognoſcere tempora, ac feriem Gothorum Regum, an nummi eorum exſtent, a peritis ſculpti artificibus.

A. Dixi alias ſæpius hæcce Nomiſmata non eſſe fuſa manu Fratris Sebaſtiani Plumbi, nec Valerii Vicentini, ac ne Jacobi quidem Trezzii, tui quondam familiaris.

C. Quinam hi ſunt, a te laudati?

A. Excellentes opifices ævi noſtri Frater Sebaſtianus, qui Bullas plumbeas Pauli tertii conficiebat, ſummus etiam pingendi arte exſtitit. Valerii autem multæ tabulæ plumbeæ, alteriuſque metalli, piarum hiſtoriarum, etiam profanarum. Nummi etiam ab eo conficti, quibus nihil venuſtius cudi potuit.

C.

(a) *Addunt hæc pauca Schottus & Sada:* Similem vidimus cum Tiberii facie, ac litteris: TI. CÆSAR. AVGVSTVS. PONT. MAX. IMP. cum eadem averſa parte ædificii, ac litteris: AVGVSTA EMERITA (*), ſed abeſt COL.

(*) *Tab. LX. 20.*

(b) *Ea quæ ſequuntur interſerit Andreas Schottus ex Sada:* Quorum unum dumtaxat vidi ante Reges Gothos cuſum, æreum, & ſemunciæ pondere: hinc quidem, cum Auguſti capite ac litteris: PERM. CÆS. AVG. P. M. hoc eſt: *Permiſſu Cæſaris Auguſti Pontificis Maximi.* In averſa ingens corona eſt laurea cum litteris quadruplici ordine LIBERALITATIS. IVLIÆ. EBOR. Qui nummus confirmat a Plinio cognomentum huic urbi datum, *Liberalitatis Juliæ.* (*)

(*) *Tab. LX. 21.*

UNED

C. Habeſne ad manum nummos ejus, aut tabulas?

A. Reperies fortaſſe hic quaſdam, & ſat ſcio placebunt. Jacobi vero, quem tertio loco nominavi, opera dicent, qui curiam Regis frequentant, adamanti inſculptas imagines, incredibili artificio. De ſerie autem ac temporibus *Regum Gothorum* inter ſchedas reperies meas *Catalogum* Romam nuper miſſum a Joanne Baptiſta Pareſio Valentino Congregationi Decretorum, cujus exemplar nactus ſum. Sed Hiſpanicos prius nummos abſolvamus. Tres enim, aut ſummum quattuor, incerti reſtant. En tibi *Hiberæ*, videturque addere nomen *Setiæ*, etſi hæc obſcurata vox eſt nihil ut certi de ea pronunciem, ſcapha utrimque ſculpta eſt cum litteris: MVN. HIBERA SETIA. aliæque litteræ, ſed evanidæ. Hic quærendum, ubinam gentium *Hibera* eſt, *Tit. Liv. lib.23. Dial. III.* cujus meminit T. Livius, & *Hibero* flumini apponit, de bello agens Scipionum Patris, & patrui Africani majoris; & quantum coniicio juxta *Flix* & *Cantam* veterem ſitus ejus fuit, quam veterem Carthaginem quidam nominant. *Setiæ* autem nomen in Vaſconibus Ptolemæus nominat, & longius hinc, ut apparet, niſi ſi dixeris *Hiberam Setiam* dictam ad diſcrimen *Setiæ*, quæ in Italia eſt.

B. Barca nummo impreſſa locum flumini appoſitum ſatis arguit.

A. Tecum equidem ſentio.

C. Florianus Ocampius in Bætica alium fingit fluvium *Hiberum*, ac vicum *Hiberam*, quem hodie *Rio tinto* Hiſpani nominent, unde & Hiſpania *Hiberia* ſit dicta.

A. Valeat ille cum *flumine tincto* in re adeo clara, antiqua, & Græcis Latiniſque recepta. Alium habeo nummum, de quo alias egi- *Dial. IV. in fine.* mus, cum de Provinciis ac fluminibus ſermo eſſet. Hinc quidem globus, ceu orbis terrarum inſculptus cum litteris: C. LVCR. P. F. II. V. QVINQ. hoc eſt: *Cajus Lucretius Publii Filius, Duumvir Quinquennalis.* In averſa autem parte hominis facies aquam ore ſpuentis, cum litteris: (*) HIBERVS. II. V. QVINQ. quod loci nomen adſcriptum non ſit, ubi ſit cuſus ignoratur, ſuperiori tamen adjungendus erat, utque alias diximus, *Dial. III.* veram oſtendit ſcribendi rationem in *Hiberius* cum H. De alio nummo non habeo quod dicam, niſi cognoſco a me non poſſe, etſi Auguſti Cæſaris caput præfert, cum uſitato titulo: AVGVSTVS. DIVI. F. In averſa parte corona velut diadema vetus Regum, adſcriptumque: REXOTVTOL, in medio: & in orbem Q. CLACILIVS. M. ÆLIVS. II. VIR. Tu togata quid hæc notent, equidem diuturno labori, jam defeſſus, ſuperſedebo.

(*) *Tab. XL. 93.*

C. Tiene V. S. algunas medallas, o tablas ſuyas?

A. Bien topara v. m. con ellas, y le contentaran del tercero que he nombrado daran mas razon a v. m. los que han eſtado en la corte, y han viſto los milagros que haze labrando retratos en diamantes, y otros en talles, y debuxos maravilloſos. De la orden, y tiempos de los Reyes Godos ſera meneſter buſcar un papel que embio à Roma los dias paſſados el maeſtro Juan Batiſta Perez à los de la congregacion del Decreto, del qual ha venido una copia à mi poder: mas acabemos primero lo de las medallas de Eſpaña, que ya no me quedan ſino tres, ò quatro inciertas. La una es del lugar de Hibera, y parece que ſe le da otro nombre que es Setia, ahunque eſta tan mal tratada que no me fio diga aſſi: tiene una barca en las dos partes, y eſtas letras MVN. HIBERA SETIA. y ciertas otras letras conſumidas. Queda agora ſaber donde es eſte lugar Hibera, del qual ſe halla hecha mencion en Tito Livio: y dize que era junto al rio Hebro, y trata de la guerra de los dos Scipiones padre, y tio de Africano el primero; y à lo que ſe puede juzgar deve ſer no lexos de *Flix*, y *Canta* vieja la qual llaman algunos *Carthago vetus.* Pero el nombre de Setia ſe halla en los Vaſcones en Tolomeo, y parece que eſta lexos deſtas partes: ſalvo ſi dixeſſemos Hibera Setia à differencia de otra Setia que eſta en Italia.

B. La barca que eſta en la medalla mueſtra mas que ſea vezina al rio.

A. Aſſi me lo parece à mi.

C. Florian de Ocampo dize que en el Andaluzia hai otro rio *Hibero*, y otro lugar *Hibera*, y al rio dizen que llaman agora *Rio tinto*, que algunos dizen que por el ſe llamo Eſpaña *Hiberia.*

A. No me agrada eſſe rio de tinta ſobre coſas tan claras, y tan antiguamente recebidas entre Griegos y Latinos. Otra medalla hai de la qual tratamos hablando de las provincias, y rios, tiene de la una parte un globo como bola, ò mundo, y eſtas letras, C. LVCR. P. F. II.VIR. QVINQ. que dizen, *Cajus Lucretius Publii Filius Duumvir Quinquennalis*: y de la otra parte eſta una cara que echa agua, con eſtas letras, HIBERVS. II.VIR. QVINQ. Como no ſe añade nombre de lugar no ſabemos donde ſe hizo, pero bien es que ſe junte con la paſſada: y como dixe el otro dia, eſtas medallas conſervan la verdadera eſcritura de Hiberus con H. De otra medalla no ſe que dezir, ſino que no la entiendo, y es de Auguſto Ceſar, y tiene ſu cara con eſte letrero comun, AVGVSTVS. DIVI. F. y de la otra parte una corona como diadema antigua de Reyes con eſtas letras, REXOTVTOL. en medio, y en otra parte, Q. CLACILIVS. M. AELIVS. II.VIR. V. m. penſara lo que ſe pueda dezir deſtas medallas, y yo deſcanſare del trabajo que en tratar deſtas coſas tanto tiempo he tenido.



UNED

## SIGUESE LA LISTA DE LOS REYES GODOS

*Que reynaron en Eſpaña, ſacada de libros antiguos de Concilios, y del libro de S. Iſidro de los Godos, y del chronico de Vulſa Obiſpo.*

ERA de Ceſar 407. año de Chriſto 369. Athanarico y con el Fridigerno començo el año quinto del Emperador Valente, reyno treze años.

Año de Chriſto 382. Alarico, y con el Radagaiſo començo el año quatro de Theodoſio Emperador, reyno años veintiocho.

Año 411. Athaulfo començo el año 17. de Arcadio, y Honorio, y el ſeſto de Theodoſio ſegundo, reyno ſeis años.

Año 416. Segerico començo el año 22. de Honorio, y Arcadio, y poco deſpues fue muerto por los ſuyos.

El miſmo año Vuallia reyno tres años ſegun Iſidoro, y Vulſa, y no 22. ſegun Sigeberto.

Año 419. Theuderedo començo el año nueve de Theodoſio menor, reyno 33. años, murio en la batalla Catalaunica. A eſte llaman Theodorico S. Aguſtin, y Sigeberto.

Año 452. Turiſmundo començo el año primero de Marciano Emperador, y reyno un año ſegun S. Iſidro, y no tres ſegun Jornandes, y Sigeberto.

Año de 453. Theuderico començo el año ſegundo del Emperador Marciano, reyno trece años. A eſte llaman otros Theodorico.

Año 466. Eurico començo el año otavo de Leon Emperador, reyno deziſiete años ſegun Iſidro, ahunque Gregorio Turonenſe le da 27. y Sigeberto dezinueve.

Año 483. Alarico començo el año diez de Zenon Emperador, reyno veintitres años ſegun Iſidro, y en el Concilio Agathenſe ſe dize que el año 22. de Alarico era Conſul Meſſalla, y la era de Ceſar 544.

Año 506. Geſaleico començo el año 17. de Anaſtaſio Emperador, y reyno quatro años. A eſte llaman Procopio Gaſelico, y otros Geſalarico.

Año 511. Theuderico por ſu nieto Amalarico reyno en Eſpaña quince años ſiendo el Rey de Italia, començo el año 21. de Anaſtaſio Emperador ſegun Iſidro, y ſegun el Concilio Tarraconenſe, y el Gerundenſe año de 523. ò ſegun otros 526.

Amalarico començo año primero de Juſtiniano Emperador, reyno cinco años ſegun Iſidro, el qual comiença de la muerte de Theuderico: otros cuentan deſde el año que dio el govierno de Eſpaña à ſu nieto, conforme al Concilio Toledano ſegundo.

Año 531. Theudis, al qual llaman otros Theudio, començo el año ſeſto de Juſtiniano, reyno deziſiete años, y cinco meſes ſegun Iſidro.

Año

## SERIES GOTHORUM REGUM HISPANIÆ

*Ex Hiſpanicis Conciliis, & B. Iſidoro de rebus Gothicis, & Chronico Vulſæ Epiſcopi.*

Anno Chriſti

369. ÆRA autem Cæſaris 407. ATHANARICUS cum Fridigerno regnare cœpit in Hiſpania anno V. Valentis Imperatoris Rom. Regnavit annis XIII.

382. ALARICUS cum Radagaiſo anno IV. Theodoſii Imp. regnum inchoavit. Annis regnavit XXVIII.

411. ATHAULFUS, auſpicatus regnum anno XVII. Arcadii & Honorii, & ſexto Theodoſii II. Regnavit annis VI.

416. SEGERICUS ab anno XXII. Honorii & Arcadii Augg. cœpit, moxque a ſuis occiſus interiit. Quo mortuo regnavit Vualia annos III. ſecundum Iſidorum, & Vulſam: non autem annos XXII. ut Sigebertus vult.

419. THEUDEREDUS inchoavit regnum anno IX. Theodoſii minoris. Annis XXXIII. regnavit, cecidit prælio Catalaunico. *Theodoricum* hunc nominat B. Auguſtinus, & Sigebertus in Chronico.

452. TURISMUNDUS incœpit ab anno I. Marciani Auguſti, regnavit, ut ait Iſidorus, I. annum: non tres, ſecundum Jornandem, & Sigebertum.

453. THEUDERICUS, ab anno ſecundo Imperii Marciani, regnavit annis XIII. Hunc alii *Theodericum* nominant.

466. EURICUS regnare cœpit ab anno octavo Leonis Cæſaris. Regnavit ann. XVII. ſecundum Iſidorum. Etſi XXVII. Gregorius Turonenſis, XIX. Sigebertus tribuant.

483. ALARICUS ab anno X. Zenonis Imp. regnavit, ſecundum Iſidorum, annos XXIII. Et in Agathenſi Synodo anno XXII. *Alarici* Conſul nominatur Meſſalla, & Cæſaris æra 544.

506. GESALEICUS ab anno XVII. Anaſtaſii Aug. regnavit annos IV. Hunc GASELICUM nominat Procopius, GESALARICUM alii.

511. THEUDERICUS pro cognato AMALARICO regnavit in Hiſpania ann. XV. cum hic Italiæ Rex eſſet. Cœpit ab anno XXI. Anaſtaſii Imp. juxta Iſidorum, & ſecundum Concilia Tarraconenſe, & Gerundenſe, anno 523. aliis 526.

AMALARICUS autem inchoavit regnum Juſtiniani Imp. anno I. regnavit V. annos, ſecundum Iſidorum, numerando ab anno mortis *Theuderici*. Alii enim numerant ab anno quo Theuderico nepoti (cognato) Hiſpaniæ regnum conceſſit, ut Concilium Toletanum ſecundum.

531. THEUDIS, aliis THEUDIUS ab anno VI. Juſtiniani Aug. regnavit annis XVII. & menſibus V. ſecundum Iſidorum.

548.

548. Theudiſculus, ab anno Juſtiniani XXII. regnavit ſecundum Iſidorum ann. I. Huic anno addit Vulſa menſes V. dies XIII.

549. Agila, aliis Aquila, regnum cœpit ab anno XXIII. Juſtiniano Imp. regnavit annis V. auctore B. Iſidoro, his addit Vulſa menſes III.

554. Athanagildus ab anno XXIX. Juſtiniani Cæſaris regnavit annis XIV. ſecundum Iſidorum. Vulſæ enim annis XV. menſibus VI. Addit & Iſidorus menſes V. quibus Rege Gothi caruerunt.

567. Liuva, ut in nummis ſcribitur, non Liuba, aut Luiba, ab anno II. Juſtini minoris, regnat ann. I. Cum fratre Leovigildo annis II. ut ſcribunt Iſidorus, Vulſa, & Joannes Abbas Biclarenſis.

568. Leovigildus, ut nomiſmata præferunt, non *Leovegildus*, aut *Liuvigildus*, regnum auſpicatus anno tertio Juſtini Aug. regnavit annis, ut *Iſidorus & Vulſa tradunt.* XVIII. Anno regni XVII. jugulandum curavit filium Catholicum Ermenegildum: ſic enim in iiſdem vocatur nummis, non *Hermegildus*, ex Chronico Joann. Biclaren. Abbatis.

586. Reccaredus ab anno Mauricii Imp. tertio, regnavit ſecundum Iſid. ann. XV. Vulſa adiicit menſem, & dies X.

601. Liuva, ab anno XVIII. Mauricii Aug. regnavit juxta Iſidorum annis II.

603. Vuittericus, vel *Vuittiricus*, ut in priſcis ſpectatur Nummis, non *Victericus* regnum inchoat ab anno XX. ejuſdem Mauricii. Regnat annos VI. ſecundum Iſidorum. Vulſa enim menſes X. addit.

610. Gundemarus, ut in nummis cuditur, non *Gundemirus*, anno VI. Phocæ Imp. regnare cœpit: regnavit ſecundum Iſidorum ann. II. Vulſæ enim anno I. menſibus X. diebus XIII.

612. Siſebutus regnare cœpit ab anno II. Heraclii Imp. regnavit menſibus VI. & annis VIII. auctore Iſidoro. Vulſa adiicit dies XVI. Rodericus Ximenius Archiepiſc. Tolet. refert, anno V. *Siſebuti*, Mahomam Romanos oppugnare cœpiſſe.

621. Reccaredum II. paucis regnaſſe diebus ait Iſidorus Hiſpalenſis: Tribus menſibus ſecundum Iſidorum Pacenſem: Quattuor annis, vel menſes, juxta Vulſam Epiſc.

Svinthila, ut in nummis antiquis appellatur, non Scintilla, aut Cintila, eo ipſo

Año de 548. Theudiſculo començo el año veintidos de Juſtiniano, reyno un año ſegun Iſidro, pero Vulſa le da mas cinco meſes, y trece dias.

Año de 549. Agila, al qual dizen otros Aquila, ò Aguila, començo el año 23. de Juſtiniano, reyno cinco años ſegun Iſidro, Vulſa le da tres meſes mas.

Año 554. Athanagildo començo año 29. de Juſtiniano, reyno catorce años ſegun Iſidro. Vulſa le da quince años, y ſeis meſes. Iſidro tambien añade cinco meſes que eſtuvieron ſin Rey los Godos.

Año de 567. Liuva ſegun las medallas, no Liuba, ni Luiba, començo el año ſegundo de Juſtino menor, reyno un año ſolo, y dos años con ſu hermano Leovigildo, ſegun Iſidro, y Vulſa, y Juan Biclarenſe.

Año 568. Leovigildo ſegun las medallas, y no Leonegildo, ni Liuvigildo, començo en el tercer año del dicho Emperador Juſtino, reyno deziocho años ſegun Iſidro, y Vulſa. El año 17. de ſu reynado mato à ſu hijo Ermenegildo, que aſſi eſta eſcrito en las medallas, y no Ermegildo. Eſte año ſe ſaca de Juan Biclarenſe.

Año de 586. Reccaredo començo el año tercero de Mauricio Emperador, reyno quince años ſegun Iſidro. Vulſa añade un mes, y diez dias.

Año de 601. Liuva començo el año deziocho de Mauricio Emperador, reyno dos años ſegun Iſidro.

Año 603. Vuitterico, ò *Vuittirico*, que aſſi eſta en las medallas, y no Victerico, començo el año 20. del dicho Emperador Mauricio, reyno ſeis años ſegun Iſidro. Vulſa añade diez meſes.

Año 610. Gundemaro ſegun las medallas, y no Gundemiro, començo el año ſeſto de Phocas Emperador, reyno dos años ſegun Iſidro. Vulſa dize un año, diez meſes, y treze dias.

Año de 612. Siſebuto començo el año ſegundo de Heraclio Emperador, reyno ocho años, y ſeis meſes ſegun Iſidro. Vulſa añade deziſeis dias. El Arçobiſpo don Rodrigo dize que el año quinto de Siſebuto començo Mahoma a rebelarſe contra los Romanos.

El año 621. Reccaredo el ſegundo reyno pocos dias ſegun Iſidro Hiſpalenſe, tres meſes ſegun Iſidro Pacenſe, quatro años, ò meſes ſegun Vulſa Obiſpo.

El miſmo año 621. Svinthila ſegun las medallas, y no Cintila, ni Scintilla, començo el año

año 10. de Heraclio ſegun Iſidro, el qual acaba ſu hiſtoria el año quinto deſte Rey: reyno diez años: fue echado en el Concilio quarto Toledano.

Año de *631*. Siſenando, y no Siſnando, reyno tres años, y onze meſes, y dezíſeis dias ſegun Vulſa.

Año *636*. Schintila ſegun medallas, y no Cintila, ni Scintila, reyno tres años, y ocho meſes, y nueve dias ſegun Vulſa: confirmaſe por el Concilio Toledano quinto que fue hecho el primer año deſte Rey, y entonces murio San Iſidro Hiſpalenſe.

Año *640*. Tulca, y no Tulcas, reyno dos años, y quatro meſes ſegun Vulſa.

Año de *642*. Chindaſvintho ſegun la inſcricion de Merida, y no Cindaſiundo, ni Ghindaſvinto, reyno ſolo ſeis años, y ocho meſes, y veinte dias: y con ſu hijo Receſvintho tres años, ocho meſes, onze dias ſegun Vulſa, el qual dize que murio en la era *691*. el primero de Otubre.

Año de *649*. Receſvintho ſegun medallas, y no Receſiundo, reyno veintitres años, y ſeis meſes, y dos dias ſegun Vulſa, el qual dize que murio el primero de Setiembrera de *710*. Sant Ildefonſo murio el año 18. deſte Rey ſegun Juliano en ſu vida.

Año *672*. Vuamba ſegun medallas, y no Bamba, començo primero de Setiembre, y reyno ocho años, y un mes, y catorce dias, haſta los catorce de Otubre de la era *718*. que dexo el reyno ſegun Vulſa. Bivio deſpues en un moneſterio ſiete años, y tres meſes ſegun el Rey don Alonſo el tercero en el chronico de Oviedo.

Año *680*. Ervigio ſegun las medallas, y no Eringio, començo deſde el dia ya dicho de catorce de Otubre, haſta que dexo el reyno à dezíſeis de Agoſto de la era *725*. haviendo reynado ſiete años, y veinticinco dias ſegun Vulſa: pero parece que eſta errada la cuenta, y que fu eron ſeis años, y diez meſes.

Año *687*. Egica ſegun las medallas, y no Egipſa, fue elegido el dicho dia dezíſeis de Agoſto, y ungido por Rey à veintiquatro de Noviembre ſegun Vulſa: reyno quinze años, los diez ſolo, y los cinco con ſu hijo Vuittiza ſegun el dicho Rey don Alonſo el tercero.

Año *701*. Vuittiza ſegun las medallas, y no Vitiza, reyno con ſu padre cinco años, y ſolo diez años, començando deſte de *701*. ſegun el Rey don Alonſo el tercero. Vulſa dize que fue ungido à dezíſiete de Noviembre era *738*. pero yo creo que ha de dezir *39*.

Año *711*. Ruderico que aſſi eſta en medallas, y no Roderico, ni Rodrigo, reyno un año mataronle Moros que ocuparon à Eſpaña.

ipſo anno regnat ab anno X. Heraclii Imp. ſecundum Iſidorum, qui anno V. hujus Regis hiſtoriam finit. Concilio IV. Toletano eiicitur, cum regnaſſet annis X.

*631*. Sisenandus, non Sisnandus, regnavit ſecundum Vulſam, ann. III. menſes XI. dies XVI.

*636*. Schintila, ut in nummis cuditur, non *Cintila*, neque *Scintila*, regnat ann. III. menſibus VIII. diebus IX. ſecundum Vulſam, probatque Concilium Toletanum V. primo hujus regni anno habitum, quo & *B. Iſidorus Hiſpalenſis vita deceſſit.*

*640*. Tulca, non Tulcas, regnat, auctore Vulſa Epiſc. menſes IV. annos vero II.

*642*. Chindasvintus, ut e vetere Inſcriptione Emeritenſi vocandus, non *Cindaſiundus* aut Ghindaſvintus, regnat ſolus annis VI. menſes VIII. dies XX. cum filio Recesvintho, III. annos, VIII. menſ. XI. dies, ut Vulſa refert; addit autem obiiſſe *Æra 691*. Calendis Octobris.

*649*. Reccesvinthus, ut in nummis cuſum vidimus, non *Reeceſjundus*, regnavit annis XXIII. menſ. VI. & biduo, ſecundum Vulſam: aitque obiiſſe Cal. Septembr. *Æra* 710. Hujus regni ann. XVIII. obiit *S. Ildefonſus*, ut in ejus vita Julianus tradit.

*672*. Vuamba, ut in Nomiſmatis ſcribitur, non Bamba, regnavit annis VIII. menſe I. diebus XIV. auſpicatus Cal. Sept. regnum, finienſque XIV. Octobris die, *Æra* 718 ſeque regno abdicavit, ut Vulſa Epiſc. refert. Vixit in cœnobio annis VII. menſibus III. ut ait Alfonſus III. Rex in Chronico Ovetenſi.

*680*. Ervigius, ut in nummis impreſſum, non Eringius, cœpit regnare a XIV. Octob. uſque ad XVI. Auguſti, *Æra* 725. cum ann. VII. & dies XXV. regnaſſet, ſecundum Vulſam: ſed error in calculo apparet, reſcribendumque *annos* VI. *menſes* X.

*687*. Egica, ut in nummis conſtanter cuditur, non Egipsa, eligitur die XVI. Auguſti, Rexque inungitur XXIV. Novembris, ut refert Vulſa. Annis regnavit XV. ſolus X. cum filio Vuittiza quinque, ut idem Alfonſus III. ſcriptum in Chronico Ovetenſi reliquit.

*701*. Vuittiza, ut in nummis cuditur, non Vitiza, cum parente regnat ann. V. & ſolus annos X. regnandi jam inde ab anno 701. fecit initium, ut idem Alfonſus tertius refert. Vulſa unctum ait XVII. Novembris die, *Æra* 738. ſed reſcribendum arbitror *739*.

*711*. Rudericus, ut nomiſmata præferunt, non *Rodericus*, neque *Rodrigus* annum unum *Gothis pulſis regnavit*, quem etiam cæſum regno exuerunt Mauri, Hiſpaniamque occuparunt prope univerſam: *clade ſane ingenti, ac luctuoſa orbi Chriſtiano.*

## DIALOGUS NONUS
*De Inſcriptionum uſu, & in eam quæ Barcinone eſt ad S. Juſti: deque ſemiſſibus Uſuris.*

B. SI integrum Tibi ac placitum eſt, quemadmodum de *Nomiſmatis* hactenus egimus, ſic & de antiquis marmorum *Inſcriptionibus* hodie diſſerere, quas Tarracone multas jam inſpexi, & alibi tot, tantæque exſtant, ut ingentia etiam volumina complerint, per mihi ſane gratum feceris. Aveo enim cognoſcere melius, & hinc fructum capere non pœnitendum. Manu itaque ducas, ac veluti digito viam commonſtres, voti ut compos reddar: idemque hic noſter, cum quo de hac re egi vehementer exoptat.

A. Placet profecto veſtrum hoc ſtudium. Si enim pauca illa, quæ in nummis adhuc vidimus, verba tam multa nos docent, ut ſuperioribus jam diebus eſperti ſumus, major ſane utilitas fuerit *Inſcriptionum*, quæ multis ſæpe conſtant verſibus. Adhæc ſi e libris qua cuſis, qua calamo exaratis, ſæpe etiam mendoſis, vitas reſque geſtas omnium ætatum cognoſcimus, certiora ex ipſiſſimis eorum verbis, rebuſque hauriemus.

B. Veterem primo appellationem ex te audire cupio: mox de variis earum generibus.

*INSCRIPTIONES Epigrammata.* A. *Inſcriptiones* plerumque nominamus voce Latina, ſed quæ ſit e Græca ἐπίγραμμα deducta: quamquam etiam adhibemus pro verſibus, breviter & acute de re aliqua conſcriptis: (*qualia Valerii Martialis ſunt Epigrammata, & Græcorum in Anthologia.*) Utque in ædificiis, ſtatuis, ac ſepulcris, tituli oſtendebant, cui, aut cujus in honorem ponerentur, ſic & *Inſcriptiones*, quod litteras inſcriptas præferrent, appellari ſolent. Quod idem eſt, ut diximus, cum Epigrammate. Et, ſi *inſcriptum* dixeris, a litteris quibus conſtat, equidem non pugnabo; ſed hoc patet latius. Nam & inſignia, tapetia, ludique feſti Trojani, inſcribi etiam ſolent dicteriis, ac ſymbolis. *Titulos* quoque antiquitus appellarunt, tametſi & libri titulus ſit, & capitis cujuſque, ac Dominicæ Crucis, itemque *Tituli* templorum, quales & Cardinalium Tituli, qui extra urbis Rom. pomœria *parœciæ* dictæ.

C. An ergo Cardinales omnes *Titulos* habent & parœcias?

A. Soli presbyteri habent, funguntúrque Parochi munere: ut interdum etiam diu nimis abſentes Titulo privati fuerint. Epiſcopi Cardinales vocantur, vel Oſtienſis vel Sabinenſis, aut ſimili modo. Diaconi quoque Cardinales Titulis carent. Mortuis autem inſcripta proprie *Epitaphium* nominamus: qua etiam voce abutuntur, qui quaſvis inſcriptiones *Epitaphia* appellent.

B. Tabulæ antiquæ Legum, aut Senatuſconſulta, quæ Romæ exſtant, & qualem poſſides Præfecturæ, recte ne *Inſcriptiones* nuncupemus?

A.

## DIALOGO NOVENO
*De las Inſcriciones, y particularmente de la inſcricion de S. Juſte de Barcelona, y de las Uſuras ſemiſſes.*

B. SI V. S. ſe contentaſſe hoy de mudar la materia de las medallas en los retulos de las inſcriciones, que tantas he viſto en Tarragona, y de otras partes ſe halla tanto numero que hai libros ya dellas, recebiria mucha mercede, porque yo tengo deſſeo de enterderlas mejor, y ſaberme aprovechar dellas, y querria que V. S. me puſieſſe en el camino por donde lo pueda alcançar mas preſto, y lo miſmo deſſea el Señor C. con quien lo he comunicado.

A. No me peſa que v. m. tengan eſſa afficion: porque ſi las pocas palabras que hai en las medallas nos enſeñan tantas coſas como havemos viſto eſtos dias que ſera deſtas inſcriciones que algunas ſon de muchos renglones? y ſi con los libros eſcritos de molde, ò de mano muchas vezes mentiroſos aprendemos las vidas, y las hiſtorias de todos los tiempos paſſados, mas ciertamente ſe aprende con lo que fue parte de ſus palabras, y obras.

B. Lo premero querria ſaber como ſe dezian antiguamente, y deſpues que differencias hai dellas.

A. Comunmente à cada una llamamos inſcricion, y es palabra Latina; pero traduzida deſta Griega Epigramma que tambien eſta en uſo por los verſos dichos, ò eſcritos à algun propoſito brevemente: y como en los edificios, ò eſtatuas, ò ſepulturas ſe ponia algun letrero que declarava en honra de quien, y por quien ſe hizo aquello, aſſi ſe llama inſcricion porque ſe inſcriven aquellas letras, y lo miſmo es como dixe epigramma: y ſi le queremos dezir letrero, ò retulo no erraremos, pero es algo mas general, como es la letra de las juſtas, y empreſas, y de las medallas, y de las armas, y repoſteros. Llamavan tambien los antiguos titulos à eſtas inſcriciones, ahunque tambien ſe dize el titulo del libro, y del capitolo, y el titulo de la cruz, y ni mas ni menos el titulo deſta Igleſia, y los titulos de los Cardenales que fuera de Roma llaman parroquias.

C. Todos los Cardenales tienen parroquias?

A. Los Obiſpos Cardenales ſe llaman el Obiſpo Cardenal Oſtienſe, ò Sabinenſe, &c. los Diaconos Cardenales tampoco tienen titulos: pero los Presbiteros ſolos los tienen, y en aquellos exercitan ſu officio de Curas cumplidamente: y ſe halla haver privado un Cardenal por eſtar auſente de ſu titulo. Quando la inſcricion ſe haze à muertos ſe dize epitaphio, y aſſi abuſan del nombre los que à qualquier letrero llaman epitaphio.

B. Las tablas antiguas de leyes, ò ſenatuſconſultos que ſe hallan en Roma, ò una que tiene V. S. de una Prefetura, podranſe dezir inſcriciones?

A.

A. En ninguna manera.

B. Y algunas clauſulas de teſtamentos, ò donaciones podran tener eſte nombre?

A. Si ſolamente eſtuvieſſe un teſtamento, ò una donacion, ò qualquier otro inſtrumento, no ſeria inſcricion ſino eſcritura: mas quando ſe pone à propoſito de alguna memoria como eſtatua, ò arco, ò capilla, ò ſepultura, alguna parte de aquel inſtrumento, bien la podremos llamar inſcricion: como es la inſcricion que eſta en Barcelona junto à la Igleſia de S. Juſte, que es por ventura la mejor inſcricion, y de mayor provecho que hai en España, y no ſe ſi diga, y fuera della.

B. Tan buena coſa es?

A. Luego la buſcaremos entre mis papeles, y vera v. m. que provecho ſe ſaca della. Pero tornando à lo que v. m. pedia del nombre, ò nombres deſtas inſcriciones ya eſta dicho: y quanto à las differencias, algunas he tocado, como es dezir que ſe hazen por bivos; ò por muertos, y que ſe ponen en edificios como templos, caſas, arcos, puentes, y otras coſas tales; ò en eſtatuas, y eſtas ſe pueden partir de muchas maneras, como de Dioſes, Virtudes, Emperadores, ò de otras perſonas; y ſi queremos añadir de animales, ahunque es coſa rara, ſe puede hazer, y lo miſmo quanto à los epitaphios de muertos variando por las perſonas varones, y mugeres, libres, y eſclavos, y ſi hai algunos de cavallos, y perros, y de otros animales. Otra diviſion hai por la manera de eſcritura, como es de Lenguas Latina, Griega, Hebrea, &c. ò en verſo, ò en proſa; y ciertamente hai en verſo muy elegantes epigramas, ahunque algunos hai rudos, ò barbaros.

B. Ya es eſſa otra differencia de elegante à no elegante.

A. La differencia que yo mas buſcava era eſſa, y para ello me valia de conocer los tiempos de las inſcriciones: y todas las que eran del tiempo de Ciceron las notava, y ponia à parte, y tras ellas las que eran poco antes, ò poco deſpues, y en tercer lugar las otras mas antiguas, y en el poſtrero las demas nuevas.

B. Digame V. S. en ſuma el provecho que ſe ſaca deſte eſtudio de inſcriciones, ahunque ya de lo dicho ſabria dezir algunos.

A. Ya v. m. haura viſto como Paulo Manucio, y ſu hijo juntaron un libro entero de inſcriciones para ſolo el provecho de la orthographia: y ahunque no diſtinguieron los tiempos de las elegantes à las otras, y lo que peor es toparon con algunas falſas, y las paſſaron por verdaderas, y algunas vezes no ſe perſuaden que lo antiguo ſea lo bueno, ſino lo que en ellos imaginan que lo es: todavia el libro ayuda mucho para aquel provecho, y para otros.

C. Digame V. S. porque ſe ha de ſeguir la orthographia de las piedras, y medallas, ſiendo eſcritura de officiales que biven de ſu officio de labrar las piedras, y medallas, y no la de los libros que eſcriven hombres dotos?

A. Como es coſa cierta que Ciceron fue el



A. Minime vero.

B. Et formulæ teſtamentorum, donationumque vocari ſic poterunt?

A. Si unum tantum teſtamentum, aut donatio eſſet, non *Inſcriptio*, ſed *ſcriptura* eſſet appellanda. Verum quando certa de cauſſa ſtatua, arcus, ſacellum, vel tumulus talem continet formulam, *Inſcriptionem* dici facile patiar: qualis ea eſt, quæ Barcinone juxta S. Juſti templum, hodieque ſpectatur: optima fortaſſe Inſcriptio, & utiliſſima omnium, quas habet Hiſpania, *& forte etiam extra ejus fines cetera Europa, cum Ancyrana illa nuper bono publico evulgata a Busbequio Inſcriptione.*

B. Adeo ne elegans illa eſt Inſcriptio?

A. Mox inter ſcedas illa occurret; tum utilitatem ejus ipſe perſpicies. Sed ad inſtitutum redeamus. De nomine quidem jam vidimus, de differentiis autem Inſcriptionum quaſdam attigi, ut vivis juxta ac mortuis poni ſolere: affigi etiam ædibus, ut ſacris ſic & profanis, arcubuſque, pontibus, & id genus ædificiis. Item ſtatuis ſubſcribi, & quidem variis, ut Deorum, Dearumque, Virtutum, Imperatorum, & illuſtrium virorum: adde etiam animantium, etſi rarius. Sic & *Epitaphia* perſonis variantur, virorum, feminarum, libertorum, ac liberorum hominum: imo etiam equorum, canum, & quadrupedum. Altera rurſum varietas ſcribendi eſt, ut linguarum, Græcæ, Latinæ, Hebrææ, & ſimilium; ſoluta quoque ac vincta numeris oratione. Et certe verſus partim elegantes, partim etiam rudes ſunt, & inelegantes ævi ſequioris.

B. Alia ſane differentia hæc eſt, elegantis & non elegantis.

A. Hoc ego diſcrimen maxime notabam, colligens Inſcriptiones: adeoque tempora cujuſque obſervabam. Omneſque Inſcriptiones M. Tullii poſitas temporibus ſegregare ſolebam. Hinc, quæ vel paullo antiquitate priores, vel non longo intervallo poſteriores. Tertio, antiquiores illas: denique poſterioris ſæculi titulos collocabam.

B. Sed breviter Inſcriptionum utilitatem nobis expone, etſi quædam ex dictis mihi nunc occurrant.

A. Vidiſti haud dubie a Paulo Manutio, & Aldo ejus filio collectas Inſcriptiones, Orthographiæ confirmandæ cauſa, & quamvis temporibus non ſatis elegantium & inelegantium diſtinxerint, imo & falſas interdum obtrudi ſibi paſſi ſunt, quas pro veris venditant. Interdum etiam antiquum, etſi optimum negligunt; arripiunt vero quod ipſis placuit, utilis alioqui liber & labor eſt, ſcripturæ confirmandæ, rebuſque aliis. *Paulus & Aldus F. Manutii, Romani.*

C. Cur Orthographia lapidum ac marmorum ſit amplectenda? cum ſcalptores illi ac marmorarii rudes plerumque & illiterati fuerint. Quid ni libros potius ſequar antiquos a doctis hominibus deſcriptos? *Orthographia.*

A. Ut illud extra controverſiam eſt, M.

Tullium diſertiſſimum omnium, ut ille Poeta ait, Romuli nepotum fuiſſe:

Catullus. *Quot ſunt, quotque aliis erunt in annis:* omneſque adeo ejus ætatis ſcriptores diſertiores, quam priores, poſterioreſve exſtiterunt, ſic & ſcribendi ratio tunc optima exiſtimanda. Eſſet enim maxima reprehenſione dignum, bene dicere, ſcribere autem vitioſe. Conſtat enim, cur ſæculum M. Ciceronis, ac Julii Cæſaris, & æqualium omnium ſit habitum præſtantiſſimum, non dicendo ſolum, ſed & ſcribendo eſſe conſecutos. Quæ quidem ſcribendi ratio in libris manu ipſorum conſcriptis non perduravit, ut cum nummis, ac lapidibus conferre liceret. Si enim exſtarent ipſorum autographa, illis uterer, fatererque elegantius eos ſcripſiſſe quam prædictos artifices, & ideo ſupervacaneam eſſe omnem lapidum ac nomiſmatum inſpectionem. Verum cum illa interciderint, nec ſperari fas ſit, legamus quæ lapidi inſculpenda mandarunt, etſi libertis, aut rudibus hominibus, & in apertum ipſi protulerunt. Credibile enim eos primum titulos oculis luſtraſſe, atque emendaſſe, quam evulgarent. Suos item adhibuiſſe, qui ſculptori, ac lapicidæ adeſſent: (*qui iidem, ut Ciceroni Tiro, miniatas cerulas & inſcriberent ipſi, & intelligerent.*) Quæ tabulæ, ac membranæ temporum injuria cum interciderint, marmor, æſque fuit perennius; tabulæque æreæ, ac nomiſmata eadem, non eorum tranſcripta, ad poſteros tranſierunt, quæ illorum ipſiſſima verba repræſentant.

C. Sed Grammaticorum argumentis potius, quam librariis acquieſcendum quidam contendunt.

A. Valeant illi. Tu uſum aurei ſæculi potiſſimum ſequere; ſive dicere, ſive ſcribere illorum libeat exemplo. Neque enim analogia, aut etymologia, quibus Grammatici nituntur, uſquequaque certa eſt; neque cur hoc aut illo modo ſcribatur, certa reddi ratio poteſt, niſi ſic uſos fuiſſe, qui recte aut ſcriberent, aut uterentur illo ſermone.

B. Da quæſo alias Inſcriptionum utilitates.

A. Non minima ea eſt, qua ſcribæ, cauſidici, quique a ſecretis ſunt, aliique calamo ſibi victum quærunt, uſi formulis ad acta deſcribenda pactorum, ſtipulationum, aut Teſtamentorum.

B. Vera narras.

A. Formulam *Epitaphii* boni, aut *Inſcriptionis* egregiæ hi lapides præſtant, ut qui non admiretur & imitetur accurate, non exprimet feliciter, etſi cetera doctus ſit, multæque lectionis. Sed comparemus invicem titulos ædificiorum hujus temporis cum antiquis & Italicis, in Principum inauguratione, pompis ac feſtis, cum iis quæ extra Italiam in Gallia, Hiſpania, Germania, & Anglia, in pegmatis collocari ſolent, tunc diſcrimen apparebit: quale eſt verſuum ad antiquorum imitationem, & Tranſalpinorum hujus ævi ex præceptis ſolis. Adhæc ſunt, & alia commoda: ad certius cognoſcenda, quæ

mas elegante, y eloquente hombre que huvo entre Romanos, y que los que bivieron en ſu tiempo fueron los mas elegantes hombres deſpues del, que huvo antes ni deſpues: aſſi el eſcrivir de entonces fue el mas perfeto: porque gran yerro ſeria que uno hablaſſe bien y eſcrivieſſe mal, y es coſa clara que eſte juizio univerſal de la elegancia, y eloquencia de Ciceron, y Julio Ceſar, y de los demàs, no ſe alcanço por ſolo lo que ellos dixeron, ſino tambien por lo que eſcrivieron. Eſta eſcritura de aquel tiempo no ha quedado en ſus libros originales, para que los pudieſſemos cotejar con las medallas, y piedras, porque entonces no negaria yo que ellos eſcrivian mejor que los officiales de labrar piedras, ò monedas: pero ya que eſſo no ſe halla, lo que ellos mandaron eſcrivir ahunque fueſſe à ſus eſclavos, y à otras perſonas idiotas, y lo publicaron: es de creer que lo tornaſſen à ver, y reconocer, y que tenian hombres que miraſſen como el eſcrivano lo eſcrivia, y como el eſcultor lo labrava, ò el fundidor lo ponia en ſu forma: y los papeles, ò pergaminos, ò ceras donde ſus palabras ſe eſrivieron, las conſumio el tiempo; las piedras y tablas de bronze, y las medallas de plata, ò de cobre eſtan en pie, y ſon eſtas miſmas, y no ſus traslados de traslados, antes los miſmos originales de ſus palabras.

C. Dizen que ſe ha de eſtar mas à las razones que dan los gramaticos, que no al uſo del eſcrivir.

A. Dexeles dezir v. m. y ſiga el uſo de aquellos tiempos, ſi quiere hablar, y eſcrivir bien como ellos eſcrivieron; que ni la analogia, ni la etymologia que ſuelen ſeguir los gramaticos, es ſiempre cierta, ni ſe puede dar otra razon porque eſto ſe dize, ò eſcrive mas que aquello, ſino porque lo uſan, ò uſaron los que bien han hablado, ò eſcrito en aquella lengua.

B. Digame V. S. de otros provechos de las inſcriciones.

A. No es pequeño para los eſcrivanos, y procuradores, y para ſecretarios, y otras perſonas que ganan de comer eſcriviendo el tener libros que ellos llaman formularios, para ſaber dar forma à la eſcritura que han de hazer.

B. Coſa cierta es eſſa.

A. El formulario para hazer hoy un buen epitaphio, ò una buena inſcricion ſon eſtas antiguas: y quien no las mirare, y imitare con diligencia, no hara compoſicion buena, ahunque ſea hombre doto, y muy leido en buenos autores: ſino cotejenſe la inſcriciones de los edificios modernos con las de los antiguos, y las que ponen en Italia à las entradas de los Principes, ò en otras fieſtas principales, à las que fuera de Italia ſe componen en Francia, Eſpaña, Alemaña, ò en Inglaterra: y yeran que hai tanta differencia como de los verſos que ſe hazen à imitacion de los antiguos à los que hazen fuera de Italia con ſo-

UNED

ſolos precetos. Hai ſin eſto infinitos otros provechos para entender muchas coſas que en libros eſtan faltas, y eſcuras: como ſon los nombres, y prenombres, y familias de los Romanos, las tribus, las legiones, los magiſtrados, los ſacerdocios, y ſus miniſtros, los officios, el govierno de las provincias, el cargo de la gente de guerra, y muchas particularidades de los ſoldados, y otras coſas infinitas. Los exemplos deſtas coſas ſe veran en los libros de frai Onofrio Panvinio, y otros que ſe ſirven de inſcriciones para deſcubrir muchas coſas, con las quales ſe declaran los autores antiguos.

B. Yo me contento con lo dicho. Pero querria entender el provecho de la inſcricion de Barcelona que V. S. tanto me alaba.

A. Ya v. m. haura viſto en Leyes quantas vezes ſe haze mencion de aquella manera de uſuras que en tiempo antiguos ſe uſava: y ſe dezia uſura centeſima, y à ſu proporcion la ſemiſſe, la triente, la beſſe, y la de dos centeſimas: y ſe acordara tambien quan mala interpretacion le dava Acurſio, y los demas que fueron antes de Hermolao Barbaro, diziendo que era centeſima uſura, la que cada año igualava con la ſuerte principal, como era ciento por ciento: ſemiſſe la mitad cinquenta por ciento cada año, y aſſi las otras à eſta proporcion.

B. Muy bien me acuerdo, y que V. S. en ſus Emendaciones lo eſtiende, poniendo aquella falſa interpretacion, y deſpues la verdadera de Hermolao, y Bartolome Socino, y Budeo, y Alciato, y Leonardo Porcio, y lo confirma con lo que algunos Griegos, y Latinos han eſcrito: que es, ſino me engaño, la uſura centeſima, quando ſe paga cada mes ſu centeſima parte: y aſſi de ciento cada mes ſe paga uno, y cada año doze, y no ciento por ciento, como dezia Acurſio.

A. V. m. eſta en lo cierto: y deſſa manera la uſura ſemiſſe era quando de ciento ſe pagava cada mes medio, y cada año ſeis, y no cinquenta, como dezian nueſtra Gloſas: y la triente era quando de ciento ſe pagava un tercio, ò de trecientos uno cada mes, y en un año de ciento quatro, y de trecientos doze cada año, y no de trecientos ciento cada año: y tambien ha de tornar à la memoria el caſo de la ley tercera al fin en el titulo *Ad legem Falcidiam*. Dexa uno à ſu ciudad doze ducados cada año para pagar à unos muſicos en cierta fieſta: ſi ſe ha de ſacar la Falcidia, porque no baſta la hazienda para pagar los legados, y quiere el heredero ſacar ſu quarta parte por privilegio de la ley Falcidia; como ſe eſtimara eſte legado? y dize Paulo Juriſconſulto que Marcello declaro que ſe hizieſſe la cuenta con quanto dinero pagando el legado de los doze à razon de uſuras trientes, ſe haria la ſuerte principal, y en tanto ſe eſtimaſſe: y pues de trecientos ſe hazen los doze, eſſa ſera la eſtimacion: y no ſe eſtimara en treinta y ſeis, de los quales ſe hauria de pagar la Falcidia que ſerian nueve: y que darian veinte y ſiete, con lo qual ninguno compraria los doze de renta, ni ahun la mitad.

B.

quæ in libris obſcura ſunt, aut mendoſa, ut ſunt nomina ac prænomina, & familiæ Romanorum, Tribus, Legiones, Magiſtratus, Sacerdotia, eorumque miniſtri, officia, Præfecturæ Provinciarum, belli imperia, aliaque militum ſingularia, & id genus ſexcenta. Hujus rei exemplum præbet vel unus in ſuis Romanæ Reip. libris Onuphrius Panvinius: quique Inſcriptionibus ad res comprobandas utuntur, & ad veteres illuſtrandos auctores.

B. Satisfactum mihi abunde. Verum nunc utilitatem Barcinonenſis illius modo abs te laudatæ Inſcriptionis cognoſcere ſtudeo.

A. Meminiſti fortaſſe in Jure noſtro Civili, quoties mentio fit Uſuræ veteribus uſitatæ, quæ *centeſima* eſt dicta, vel *ſemiſſis* proportione. Triens autem, aut Beſſis: item duarum centeſimarum. Dabis etiam mihi, male Accurſium, ceteroſque ante Hermolaum Barbarum interpretatos *centeſimam uſuram*, quæ quotannis ſortem æquarit, quaſi centum pro centum; in *ſemiſſe* vero quinquaginta pro centum quotannis appenderetur, & de ceteris ad eundem modum.

*L. Nihil intereſt, D. de nautico fœnore.*

*Centeſimæ Uſuræ & Semiſſes.*

B. Memini ſane, Teque in Emendationum libris, rejecta falſa explanatione, veram confirmaſſe ſententiam Hermolai, Bartholomæi Socini, Budæi, Alciati, ac Leonardi Portii, probareque Græcorum Latinorumque ſcriptis *Centeſimam* eam eſſe *Uſuram*, cum ſingulis menſibus pars centeſima penditur. Itaque de centum unum quot menſibus ſolvit, & quotannis duodecim, non, ut putat Accurſius, centum pro centum.

*Lib. 1. c.8. & lib. 2. cap. 10.*

*Centeſimæ Uſura quæ.*

A. Recte tu quidem judicas, & acu rem tetigiſti. Erit itaque *Semiſſis uſura*, quando ex centum ſingulis menſibus dimidius nummus penditur, & quotannis ſex, non quinquaginta, ut Gloſſæ noſtræ ineptium. *Triens* adhæc erit, cum pro centum tertia unius pars penditur, aut pro trecentis ſingulis menſibus unus, & pro centum quotannis quatuor, & pro trecentis duodecim quotannis. Non autem pro trecentis centum quotannis. Præterea in mentem tibi revoca caſum Legis tertiæ in fine, Titulo, *Ad legem Falcidiam*. Legavit enim quidam patriæ duodecim aureos quotannis, ut Muſicis in quadam feſtivitate ſolvatur. Cupit vero heres quartam demere partem, Legis Falcidiæ beneficio, quandoquidem legatis ſolvendis non ſatis in bonis erat. Vult inquam heres Legis illius beneficio quartam eximere partem. Quomodo hoc igitur æſtimandum legatum? Paulus Juriſconſultus ait, Marcellum declaraſſe, numerandum, quanta pecunia legato perſoluto de duodecim ratione trientis uſuræ ſors æquaretur, tantique æſtimaretur: de trecentis itaque cum duodecim pendi ſoleant, juſta hæc erit æſtimatio, non triginta ſex æſtimanda, de quibus ſolvendum Legi Falcidiæ, hoc eſt novem, reſtabunt ſeptem & vi-

*Semiſſis Uſura.*

*Triens Uſura.*

viginti, quibus cenſum duodenarii, ac ne dimidium quidem redimat.

B. Intelligo jam diſcrimen opinionis utriuſque in hac Pauli Juriſconſulti lege. Neque dubium quin verius Græci, quam Accurſius, cæterique ejus aſſeclæ explicarint. Sed quid Inſcriptio Barcinonenſis huc pertinet?

A. Quærenda primum ea eſt, qua inventa, cum Hermolao Barbaro facere, meridiana clarius luce apparebit. Ejus hoc principium eſt: L. CÆCILIVS. L. F. PAP. OPTATVS.

B. Jam repperi. Sed hæc nonne ab Ambroſio Morali in Annalibus, & Antiquitatibus Hiſpaniæ allata eſt?

A. Eſt, & non eſt.

B. Quid fieri id poteſt?

A. Quia nec bene recitat, nec interpretatur recte, quando quidem vitioſe deſcriptam nactus eſt: ut amicus quidam tricies hic erraſſe deprehenderit.

B. Doleo ſane. Si enim in reliquis interpretandis lapſus eſt, Cyriaco eſt Anconitano comparandus.

A. Prava nimis comparatio. Hic enim Cyriacus Inſcriptiones fingendo commentus eſt, ut Jo. Annius Viterbienſis Beroſum & Metaſthenem ſuppoſuit. At non idem Morali propoſitum, imo vera narrare ſtudet, animique ſenſa pie & candide profert, faseturque vitioſe tranſcriptam habuiſſe. Eam *Inſcriptionem Barcinonenſem* primum repræſentabo: mox, ſi potero, explanabo.

*Infra Dial. X.*

B. Yo eſtoy al cabo de la differencia que hai entre las dos opiniones, quanto à eſſa ley de Paulo: y no hai duda que es mayor la equidad de los Griegos, que la de Acurſio, y los demàs que le ſiguen. Pero que dize la inſcricion à eſte propoſito?

A. Hallemosla primero, y por ella verèmos quan claramente dize lo que Hermolao, y los demas atinaron v. m. la buſque en los papeles deſſe libro, comiença L. CÆGILIVS. L. F. PAP. OPTATVS.

B. Ya creo que la tengo: pero eſta no es una que trahe Ambroſio de Morales en ſu hiſtoria, y antiguedades de Eſpaña?

A. Ella es, y no es ella.

B. Como puede ſer eſſo?

A. Porque ni la refiere bien, ni le da la interpretacion que conviene por falta de ſu mala copia: y un amigo mio le conto cerca de trienta yerros en ſola ella.

B. Peſame: porque ſi aſſi eſtan las otras, haura mas que dezir del que de Cyriaco Anconitano.

A. No es buena la comparacion, porque las inſcriciones de Cyriaco ſon fingidas adrede como los libros de Beroſo, y Metaſthenes de frai Iuan Annio de Viterbo: y Ambroſio de Morales no tiene tal intencion, antes ha trabajado mucho por eſcrivir verdad, y dize lo que ſiente con todo buen zelo, y candor; y eſta inſcricion confieſſa que la tiene errada. Veamos primero lo que dize, y deſpues tratarèmos de la interpretacion della.

L. CAECILIVS. L.[F]
P AP. OPTATVS
>. LEG. VII. G. FEL
ET >. LEG. XV. APOLL N
MISSVS HONESTA.
MISSIONE. AB. IMP. M.
AVR. ANTONINO ET AVR.
VERO AVG. ATLECTVS. AB. ANTE.
INTER. IMMVHES CoNSECvT.
INHONORES AEDILICIOS
II. VIR. III. FLAM. ROMAE
DIVORVM ET AVGVSTORvM
QVI R.P. BARC. + A. E[G]. DO LEGO.
DARIQVE VOLO ✳ VII D EX.
QVORVM VSVRIS SEMISSIBVS.
EDI VOLO QVOD ANNS SPECTAC.
PVGILVM DIE IIII. IDVVM. IVNI
VSQVE AT ✳ CCL. ET EADEM DIE
EX XCC OLEVM IN TERMS PVBLIC.
POPVLO PRAEBERI TE ECTAPRAES
TARI EA CONDICIONE VOLO VT
L BERT M EI E M L B RTORVM MEORVM
L BERTARVMQVE L BERTI QVOS <
HONOR

SEVIRATVS CoNTIGE
RIT. AB OMNIBVS MV
NERIBVS SEVIRATVS EX
CVSATI SINT QVOT SI QVIS
EORVM AT MVNERA
VOCITVS FVERIT.
TVNC EA XV II D AT.
REMPVB. TARRAC.
TRANSFERRI IVBEO
SVB EADEM FORMA
SPECTACVLoRVM QVoT
SS EST EDENDORVM
TARRACONE.

L. D. D. D. (a)

Po- Eſta

(a) *Hujuſce Inſcriptionis integram lectionem ſubiicit Andreas Schottus.*

Lucius CÆCILIVS Lucii Filius, Papiriâ, OPTATVS, Centurio Legionis Septimæ Geminæ Felicis, & Cen-

Eſta eſcritura era hecha por memoria de lo que eſte *Lucio Cæcilio Optato* dexo à la ciudad de Barcelona, y ſeria poſſible que eſtuvieſſe en la baſi de una eſtatua ſuya.

B. Hai mencion de la eſtatua?

A. Ninguna: pero quando aſſi comiençan las palabras ſin haver ningun verbo que ſe ſiga, parece que ſe entiende el verbo EST. como quien dixeſſe *Hic eſt Lucius Cæcilius.* Y ſi eſto no dezimos, en lo que abaxo dize QVI R. P. BARC. DO LEGO, la palabra QVI ſobra: y las palabras poſtreras de la piedra, L. D. D. D. es de creer que ſon mas à propoſito para la eſtatua, que para lo demas eſcrito en la baſi.

B. Que dizen eſſas letras?

A. *Locus datus decreto Decurionum.* Tanbien la piedra la qual yo he viſto mueſtra ſer baſi quadrada propia para eſtatua.

B. Digame V. S. cada parte por ſi lo que contiene.

A. En la primera parte haſta aquellas palabras QVI R. P. cuenta los nombres, y tribu, y padre que tuvo, y los cargos en la guerra, y la honra que ſe le hizo por los Emperadores Marco, y Lucio hermanos, y los magiſtrados que governo, y el ſacerdocio de Flamen. En la ſegunda pone las palabras formales de un legado que hizo en ſu teſtamento à la ciudad de Barcelona de cierta quantidad de dinero, del fruto, ò uſuras ſemiſſes, del qual ordeno ciertas coſas, y como cuenta la cantidad del dinero, y lo que ſe havia de gaſtar cada año, viene la cuenta tan juſta à la interpretacion verdadera de los Griegos de la uſura ſemiſſe, que concluye neceſſariamente ſer aſſi como ellos eſcrivieron.

B. Mucho huelgo de entender eſſo, porque las palabras de Columella donde ſe fundo Hermolao eſtavan erradas, y lo que dezia el interprete del Codigo Theodoſiano, y algunos Griegos no venia juſto. Mas V. S. trate por menudo todo lo que dize que eſtà en eſta inſcricion, porque ſervira para otras.

A. Lo primero ſe ha de notar como eſta eſcrita en dos partes, lo que llamamos en los libros en dos colunas, otro tiempo dezian paginas, y por deminucion pagellas. La ſegunda pagina comiença de la palabra SEVIRATVS.

B. Eſſa palabra no viene à propoſito con el poſtrer renglon de la primera coluna que es L. D. D. D.

A. Con eſſe renglon no ſe ha de tener cuenta

Poſita hæc Inſcriptio *L. Cæcilio Optato*, ob gratam relictæ pecuniæ Civitati Barcinonenſi memoriam, forte in baſi ſtatuæ.

B. Exſtatne ſtatuæ mentio?

A. Nulla: verum quod ita ſine verbo incipiat, exaudiendum forte τὸ EST, quaſi diceret: *Hic eſt Lucius Cæcilius*: alioqui mox in his verbis: QVI R. P. BARC. DO LEGO, redundabit pro vocabulum QVI. Extrema quoque illa marmori inſculpta L. D. D. D. ad ſtatuam magis, quam ad reliqua marmori inſcripta, pertinere videantur.

B. Quid ſibi hæ litteræ ſingulæ volunt?

A. Lego equidem *locus datus Decreto Decurionum.* Et lapis iſte quem inſpeximus, quadratam fuiſſe baſim ſtatuæ oſtendit.

B. Singula mihi, quæſo, ordine explana.

A. Mos tibi geratur: Initio ab illa uſque verba: QVI R. P. nomina, Tribum, parentem, & militiaria officia, honoremque ſibi a Marco & Lucio Antoninis Auguſtis habitum; item Magiſtratus, quos geſſit, ac ſacerdotium Flaminis recenſet. Altera vero parte legati formulam continet, teſtamento relicti Barcinonenſi urbi, certæ pecuniæ, cujus fructu, aut ſemiſſi, uſura certa quædam fieri jubet, pecuniæ numero appoſito, & quantum quotannis expendendum. Qui calculus uſquequaque reſpondet Græcorum de ſemiſſe uſura interpretationi: ut rem illos acu tetigiſſe, ac ſcopum feriiſſe neceſſario concludatur.

B. Eſt quod gaudeam. Columellæ enim verba ab Hermolao allata, depravata erant, & Codicis Theodoſiani interpretis, & Græcorum quorundam numeri non per omnia quadrabant. Verum ſingula, quæſo, Inſcriptionis, quia alibi hæc quoque ſunt aliis profutura, exponere grave ne ſit.

A. Principio illud tenendum, duo eſſe Inſcriptionis latera, quales fere in libris, quas *columnas* vulgo appellamus, olim *paginas*, vel diminute *pagellas*. Altera itaque pagina incipit SEVIRATVS.

B. Sed hæc verba, ultimo verſui primæ columnæ L. D. D. D. non adhærent.

A. Ita eſt: Sed litteræ illæ ſingulæ in fine legan-

Centurio Legionis quintædecimæ Apollinaris: miſſus honeſta miſſione ab Imperatore Marco Aurelio Antonino, & Aurelio Vero Auguſtis: adlectus ab ante inter immunes conſecutos honores Ædilicios, Duumvir ter, Flamen ROMÆ (Deæ) & Divorum Auguſtorum, qui Reipublicæ Barcinonenſi ita legavit: DO LEGO, darique volo Denaria ſeptem (millia) quingentos. Ex quorum uſuris ſemiſſibus edi volo quotannis ſpectaculum pugilum die quarto Iduum (hoc eſt 10. die) Junii, uſque ad Denarios ducentos quinquaginta: Et eadem die ex Denariis ducentis oleum in thermis publicis populo præberi, & (ſarta) tecta præſtari ea conditione volo, ut libera mei, item libertorum meorum libertarumque liberti, quos honor ſeviratus contigerit, ab omnibus muneribus ſeviratus excuſati ſint. Quod ſi quis eorum ad munera vocatus fuerit, tum ea Denariorum ſeptem millia quingenta ad Rempublicam Tarraconenſem transferri jubeo, ſub eadem forma ſpectaculorum, quod ſupraſcriptum eſt, edendorum Tarracone.

LOCUS DATUS DECRETO DECURIONUM.

gendæ, nec ſuo ſtant loco. Primo tamen ſunt lateri marmoris affixæ, ut obviæ magis ſint, cadantque citius ſub aſpectum, neve quis lapidem, ſciens decreto Decurionum ibi poſitum, movere loco auderet.

C. Geminæ litteræ DD. legi ne poſſunt *Duumvirum Decreto?*

*Duumviri.*

A. Inuſitatum eſt ita *Duumviros* ſcribere, ut e nummis Antiquis Coloniarum colligo, in quibus perpetuo II. VIR. & in uno II. V. in altero etiam D. D. ſed poſt Duumvirorum nomina. Alias ſemper II. VIR. *Duumvirum* autem *Decreto* dici non ſolet, ut *Decreto Decurionum.* Clarum id e Titulo, *De Decretis Decurionum.* Adhæc *Decreta* non Duumvirum ſunt, ſed Decurionum, ut *Senatuſconſulta* Senatus erant, non Conſulum, unde illis nomen inditum, neque dicta unquam *Conſulum*, ſed *Senatuſconſulta.*

*Decretum Decurionum.*

*Senatuſconſulta.*

B. Decuriones hi cujus erant oppidi?

BARCINO *Colonia. Dial. VII.*

A. Barcinonis urbis, quam tunc *Coloniam* nominavit Plinius, additque *Faventiæ* cognomentum, *ac Piæ.* Et ſupra docuimus, deducta recens Colonia centum ſtatim *Decuriones* legi ſolitos, qui Romanis Senatoribus pares illic auctoritate eſſent: totidem etiam Romæ initio Senatores, facta jam ex Alba Longa Colonia. Hinc Propertius:

*Lib. IV. Eleg. I.*

*Centum illi in prato ſæpe Senatus erant.*

B. Barcino, a familia Barcinonis: an Carthaginienſium fuit Colonia? ſive ab Hercule condita, cum Barca nona mari mediterraneo veheretur?

A. Quæ de *Barca nona* fabulantur ob vetuſtatem vera ne ſint, ſcire non poſſumus, Carthaginienſium potius fuiſſe credam Coloniam, a ſimilis *Barcinonis* cognomento, ducis Carthaginis, & quia *Punica Barcino* Auſonio eſt ad Paulinum Epiſtola. Verum pulſis Pœnis Romani eo Coloniam duxerunt, quo tamen anno incertum. Venio ad marmoris verba L. CÆCILIVS. L. F. PAP. OPTATVS. En tibi gentis aut familiæ *Cæciliæ* longe antiquiſſimæ, etſi Plebejæ Romæ, mentio ſtatim occurrit, quæ & a Cæculo Vulcani filio, qui Præneſte condidit, genus repetebat. De hoc ita Maro:

*Æneid. VII. verſ. 678.*

*Nec Præneſtinæ fundator defuit Urbis*
*Volcano genitum pecora inter agreſtia Regem,*
*Inventumque focis: omnis quem credidit ætas,*
*Cæculus* ——.

Et alibi:

*Lib. X. Æn. verſ. 543.*

*Inſtaurant acies Volcani ſtirpe creatus*
*Cæculus* ——.

Feſtus Pompejus duas adfert opiniones de *Cæciliæ* gentis origine, vel a Cæculo Præneſte conditore, quod oppidum hodie *Paleſtrina* eſt: vel a Cæcade Trajano comite Æneæ. Stirpis hujus fuit *Cæcilia Tanaquil*, L. Tarquinii Romanorum Regis quinti uxor, & poſt ſæculis aliquot in-

ta haſta la fin, porque eſta fuera de ſu orden: pueſto en la primera coluna, ò haz de la piedra, porque mejor ſe vieſſe, y porque ninguno quitaſſe aquella piedra de alli, ſabiendo que con decreto de los Decuriones ſe havia pueſto.

C. Las dos D. D. no podrian dezir *Duumvirum decreto?*

A. No es coſa uſada que aſſi ſe eſcrivian los Duumviros. Veeſe por las medallas donde eſta ſiempre II. VIR. y en una hallamo II. V. y en otra hallamos D. D. haviendoſe ya pueſto los nombres de los Duumviros: y aquella abreviacion II. VIR. y el dezirſe *Duumvirum decreto* no es tan uſado como *Decreto Decurionum*: veeſe por el titulo *De Decretis Decurionum*, y à mas deſto los Decretos no los hazian los Duumviros ſino los Decuriones, como los Senatuſconſultos el Senado, y no los Conſules; y aſſi ſe dezian *Senatus conſulta*, y no *Conſulum conſulta.*

B. De que lugar eran los Decuriones?

A. Eran Decuriones de Barcelona, la qual era entonces colonia, ſegun Plinio la nombra, y le da por ſobrenombre *Faventia*: y ya diximos, que haziendo una colonia ſe eſcogian ciento para Decuriones los quales eran como los Senadores de Roma, y el miſmo numero que tuvo en ſus principios Roma quando fue hecha colonia de los de Alba Longa. Por la qual dixo Propertio:

*Centum illi in prato ſæpe Senatus erant.*

B. No era colonia de Cartagineſe Barcelona dicha de la familia de Barcino? ò era fundada por Hercules quando echo la *Barca nona* por el mar Mediterraneo?

A. Eſſo de la *Barca nona* es coſa tan antigua que no ſe puede averiguar. Lo de los Cartagineſes ſe ha de creer por la ſemejança del nombre Barcino con un ſobrenombre de un Cartagines, y porque la llama *Punica Barcino* Auſonio eſcriviendo à Paulino: pero echados los Cartagineſes puſieron los Romanos alli colonia, ahunque no ſabemos en que tiempo. Vengamos à las palabras de la piedra: L. CAECILIVS. L. F. PAP. OPTATVS. A qui ſe vee el nombre de la familia, ò gente que era *Cæcilia* de las mas antiguas ahunque Plebeia de los Romanos: y pretendian venir de un Ceculo hijo de Vulcano, el qual fundo à Preneſte, y del dize Vergilio:

*Nec Præneſtinæ fundator defuit urbis,*
*Volcano genitum pecora inter agreſtia Regem,*
*Inventumque focis, omnis quem credidit ætas,*
*Cæculus* ——.

y en otra parte:

*Inſtaurant acies Volcani ſtirpe creatus*
*Cæculus* ——.

Feſto pone dos opiniones deziendo que los Cecilios vienen deſte Ceculo fundador de Preneſte, que agora llaman *Paleſtrina*; ò de Cecades Troiano compañero de Eneas. Deſte linage fue *Cæcilia Tanaquil* muger del Rey Lucio Tarquino de Roma, y deſpues de muchos centenares de años

UNED

años los Metellos familia muy noble, y otros. Eſta aqui pueſto ſu prenombre Lucio, y el de ſu padre tambien Lucio, lo qual era ſeñal que era el primogenito, y tambien era ſeñal que era ingenuo pues tenia padre con prenombre, y tenia los tres nombres honrados, y Latinos diziendoſe Lucio, y Cecilio, y Optato, y allende deſto teniendo tribu.

B. Qual es el nombre de la tribu?

A. *Papia*, ò *Papiria*.

B. Son eſſas dos tribus? ò una de dos nombres?

A. Es de la coſas que no ſabemos: ſino que es coſa cierta que hai muchos eſcritores, y piedras que nombran la Papiria tribu claramente, y algunas piedras la Papia, y aſſi la Papiria ſe tiene por tribu antigua cierta de las treinta y cinco, y la Papia por eſtraordinaria, y fuera del numero: y podria ſer nombre de curia.

B. Porque ſe pone el nombre de la tribu antes que el ſobrenombre, y deſpues de las letras L. F?

A. No ſabre dar otra razon, ſino porque era uſo general en todas las coſas publicas poner ſus titulos deſta manera: y aſſi eſtan en los ſenatuſconſultos, que refiere Marco Celio en un libro que eſta entre las Epiſtolas Familiares, que dizen de Ciceron, y en las Philipicas el miſmo Ciceron eſpecialmente donde trata que ſe de una eſtatua à nueſtro Principe de los Juriſconſultos Servio Sulpicio dize aſſi: SER. SVLPICIUS Q. F. LEMONIA. RVFVS. y en Aſconio Pediano ſobre las Verrinas ſe halla que los Romanos ſe ſolian nombrar con ſobrenombre de la tribu, ò curia que eran, y aquel nombre ſe ponia en ablativo: como tambien ſe halla en muchas inſcriciones que junta Aldo Manucio, el nombre de la ciudad, ò municipio, de donde cada uno era, como *Bononia*, *Florentia*, *Luca*, *Verona*, *Tarracone*; y hai un lugar en los Comentarios de Ceſar donde ſe nombran muchos ſoldados de eſta manera.

*Lib. 3. de bello Civili.*

B. Deſſa manera eſte Lucio Optato ſe havia de dezir Barcinone?

A. Si la inſcricion no eſtoviera en Barcelona, bien ſe pudiera poner.

B. Eſte nombre *Optatus* hallaſe en otra parte?

A. No me acuerdo ſino de un Optato Milevitano que creo ha eſcrito en el tiempo de S. Auguſtin: y en Terencio creo que eſta *Optata loqueris*, y Vergilio dize *Conjugium optatum*: lo qual mueſtra que es palabra Latina, y que ſe devio dezir haviendo nacido deſpues de mucho deſſeo de ſus padres, ſi el ſobrenombre no fue como dizen heredado de ſus paſſados, Catullo le diria *deſiderium*. Digame v. m. lo que ſe ſigue.

interjectis nobilis Metellorum familia, aliorumque hinc propagata. Prænomen huic *Lucii* datur, quod & parentis fuit. Unde efficitur natu maximum inter liberos fuiſſe, itemque ingenium, cum parens prænomen haberet, triaque nomina honeſta ac Latina habuiſſe. Dictus enim *Lucius Cæcilius Optatus*. Præterea, quia tribum habebat.

B. Dic Tribus nomen?

A. *Papia*, vel *Papiria*.

B. Suntne Tribus binæ, an unius duo nomina?

A. Incertum id, & ambiguum, ut pleraque antiqua, & a memoria remota. Illud certum, ab antiquitus ſcriptoribus, ac marmorum titulis *Papiriam* tribum diſerte nominari, in nonnullis etiam lapidibus *Papiam*. *Papiria* itaque vetus eſt Tribus, una de triginta quinque Tribubus ruſticis. *Papia* vero extra ordinem numerumque cenſetur, & forte an curiæ ſit nomen.

B. Cur Tribus nomen cognomento antecedit, ſequiturque poſt L. F?

A. Præter uſitatum priſcis morem titulos ita collocandi cauſa alia non occurrit, idemque ſervatum in Senatuſconſultis a M. Cælio allatis lib. VIII. Epiſtolarum Ciceronis ad Familiares: iterumque Philippica IX. qua ſtatuam ponendam perſuadet Juriſconſulto excellenti Servio Sulpicio. Sic enim nominat: SER. SVLPICIVS. Q. F. LEMONIA. RVFVS. Aſconius quoque Pedianus in Verrinam ſecundam, Romanos (*a*) notat nominari ſolitos Tribus, aut Curiæ cognomento, in quibus cenſerentur, idque auferendi caſu, apparetque in multis a Paulo Manutio in librum illum Epiſtolarum Cicer. octavum recitatis (*b*) Inſcriptionibus, civitatis nomen, aut Municipii, unde quis originem duceret, ut Bononia, Florentia, Luca, Verona, Tarracone. Eſtque locus inſignis Commentariorum Cæſaris belli Civilis lib. III. ubi plures ſic nominantur milites.

B. Hic itaque L. Optatus *domo Barcinone* ſcribi debuit?

A. Recte quidem, niſi Barcinone poſita Inſcriptio eſſet.

B. An alibi *Optati* cognomentum reperias?

A. Equidem non memini (*c*). Novi tantum *Optatum Milevitanum*, qui ſancti Auguſtini temporibus, *contra Hæreticum Parmenianum ſcripſit libros ſeptem*, *ad ſchiſmata Donatiſtarum. Meminit enim lib. II. Siricii Pontificis*, quæ *Damaſo ſucceſſerat*. Apud Terentium legi *Optata loqueris*, & Virgilium *Conjugium optatum*. Igitur latina vox eſt, idque forte agnomen datum, quod optando Patri ex voto natus eſt: (qualem Catullus *Deſiderium parentis* nominaſſet) niſi forte hereditate acceptum eſt cognomentum. Nunc ſequentia ordine legamus.



*a* Cicero quoque cum Arpinatibus in tribu Cornelia cenſebatur, ut ait Livius lib. XXXVIII.

*b* Tribuum quoque Rom. nomina, & Inſcriptiones attulit Did. Covarruvias lib. IV. Reſolut. Variar. cap. 1. num. 3.

A. Conſtat Romæ jam tum temporibus illis aurei Eloquentiæ ſæculi artes, atque arma ad ſummum eſſe culmen perducta, ut non Italiam modo univerſam, ſed & extra Italiam longe, lateque majorem orbis partem occuparint. Si enim cum militare robur, tum ingeniorum præſtantiam conſideres, ſuperaſſe omnes eos, etiam qui poſt ſecuti ſunt, facile animadvertas. M. enim TULLII CICERONIS ſummum ingenium cum in dicendo eluxit, tum in reliquis ejus ſcriptis cum elegantia, tum doctrina ſic eminuit, ut nemo eum ſatis pro dignitate laudarit. Omitto prudentiam, qua & Rempub. ipſe geſſit feliciter, patriamque ab interitu vindicavit. Quis vero Julium Cæſarem prædicarit, non modo fortiſſimum Imperatorem,

CICERO, *aureumque ejus ſæculum.*

## DIALOGO DEZENO

### *De las Inſcriciones antiguas del tiempo de Ciceron, y de otros buenos tiempos, y de perſonas ſeñaladas entre Romanos.*

B. CON lo que V. S. me dixo de la inſcricion de Barcelona, quede con gran deſſeo de ſaber de las demas que havia de alguna importancia; viendo quan dota coſa es tratar dellas: y porque V. S. me alabo mucho las que fueron eſcritas en tiempo de Ciceron, ò en los mas vecinos, pido à V. S. ſu palabra, para que yo pueda ſaber quales ſon de aquellos tiempos tan aventajados, y como las podre conocer.

A. Eſtuvo Roma ſin duda ninguna en la cumbre aſſi en armas como en letras en aquel tiempo, teniendo la gloria de ſer con mucha razon Señores de Italia, y fuera de Italia de la mayor parte del mundo. Y quien conſidera el valor, y ingenio de cada uno de los que entonces bivian no ſe maravillara de la ventaja que todos los que deſpues fueron les dieron. Quien puede alabar las grandes partes de Ciceron aſſi de ſu eſtremada eloquencia en ſus oraciones, como de ſu elegancia, y gracia, y dotrina en todo lo demas que eſcrivio, allende de ſu prudencia en lo que governo, ò aconſejo à ſu Republica? Quien las de Iulio Ceſar tan valeroſo Capitan que vencio los mas valientes de ſu tiempo, y ſe hizo Señor de Ro-

(*a*) *Illuſtres doctrina & eloquentia viri:* CICERO, CÆSAR, VARRO, ET SALLUSTIUS. *Poetæ quoque,* VIRGILIUS, HORATIUS, *aliique qui interciderunt. De ſæculi illius recta Orthographia.*

I. Inſcriptio Cæciliæ, Q. Cæcilii Metelli Cretici filiæ.
II. Cn. Calpurnii Piſonis.
III. C. Cæſaris Strabonis L. F.
IV. L. Cornelii Sullæ, Felicis.
V. Q. Lutatii Catuli.
VI. C. Octavii, patris Auguſti Cæſaris.
VII. Silvano ſancto poſitum. Verius Joſ. Scalig. in Feſtum, dict. *Marſpedis.*
VIII. C. Marii fragmentum ſuppletum.
IX. C. Poblicii Bibuli, Ædilis pl. monumentum.
X. Eucharitis Liciniæ libertæ. } Carm.
XI. Claudiæ matronæ honeſtæ. } Jambico.
XII. P. Valerii Poplicolæ.
XIII. Appii Claudii Cæci, elegans Titulus.
XIV. Q. Fabii Maximi Dictatoris.
XV. M. Porcii Catonis Cenſorii, e Tuſculo municipio *Cato*, a porca, non porta, *Porcius.* Dictum M. Catonis Uticenſis in Antiochenos e Plut. in vita Pompeii.
XVI. L. Aimilii Paulli.
XVII. P. Cornelii Scipionis Africani minoris.
XVIII. Coſſ. in ejus Tribunatu.
XIX. P. Cornelii Scipionis Africani majoris.
XX. Q. Servilii Cæpionis.
XXI. Sex. Atilii Serrani.
XXII. Q. Fabii Allobrogici.
XXIII. C. Cæcilii Metelli Imp.
XXIV. M. Licinii Luculli.
XXV. M. Aimilii Barbulæ, Dictatoris.
XXVI. L. Munacii Planci. Septem-Vir Epulonum. Pulvinaria Deorum. Ræti & Rauraci populi.
XXVII. M. Calpurnii Piſonis Frugi. Conſul *quinctum*, & *quinquies* differunt. Sup. Dial. VII.

*Quæ in his explanandis obſervata.*

X. De verſibus Jambicis, & Trochaicis.
In Epitaphiis *Viatores* olim, & *Hoſpites* appellari ſoliti, & in extremo adhibitum S. T. T. L. *Sit tibi terra levis.*
Titulus, pro Inſcriptione.
SCENA, an SCÆNA ſcribendum, & LETUM pro Morte.
De CHORIS in Tragœdia, & in Ariſtophanis Comœdiis.
Tibiæ } Pares, impares. Dextræ, ſiniſtræ, & Sarranæ.
XI. SEPULCRUM, haud pulcrum, ſine H. ſcrib.
Ai diphthongi uſus apud priſcos in *Aulai Terrai.*
XII. Valerii, e Sabinis.
*Poplicola*, an *Publicola* ſcribendum.
XIII. *Dictator*, & *Interrex*, quis Magiſtratus.
Augures de cælo ſervabant.
Bis Ædilem, aut Prætorem fieri, quando Romæ ſolitum.
*Tuſcus*, *Etruſcus*, *Cepit*, ſcribendum.
R. an a Claudio reperta. De G. reperta Dial. VII.
Bellona Dea.
*Duellum*, poſt Bellum dictum.
XIV. *Maxumus*, poſt Maximus ſub Cæſare.
Cos. ſine N ſcriptum, ut olim *Damnas*, *prægnas.*
*Hannibal*, *Hanno* cum ſpiritu ſcrib.
*Cunctatoris*, & *Verrucoſſi* cognom.
M. Minucius Rufus, Mag. Equitum, & Q. Fabio adæquatus.
Tribunus Celerum Lex Curiata quæ.
*Patres patriæ*, qui primi dicti.
*Emtus*, *redemtus*, & *Paullus* an ſcrib.
Tibicines, & Tubicines diſcrepant.

Roma, y del mundo, y tras eſſo fue el ſegundo en elegancia, y eloquencia? Y à Marco Varron quien le podra alabar mejor de lo que Ciceron, y otros muchos le alaban por el mas doto hombre que huvo entre Latinos? Pues Saluſtio ſingular hiſtoriador en eſſo poco que del tenemos bien vemos que es con mucha razon eſtimado tanto que no dudan de igualarle con el mejor hiſtoriador de los Griegos que fue Thucydides. Ahunque los quatro que he nombrado baſtan para moſtrar lo que merecio aquel ſiglo ſer tenido por de oro en lenguas, y hazañas, pero quedan otros muchos por nombrar que ſi tuvieramos ſus libros, ſolos llevaran ventaja à muchos otros muy eſtimados: como de Marco Caton el ſegundo; y de Marco Bruto ſu ſobrino el que mato à Ceſar, y de Aſinio Polion que pretendio ſer igual en eloquencia con Ciceron, y de Pomponio Attico el grande amigo de Ciceron, y de Cornelio Nepote à quien eſcrive Valerio Catullo alabandole de doto, y laborioſo. Pues de los que eſcrivieron en verſo en aquel ſiglo no faltara que alabar à eſſe miſmo Catullo, y à Lucrecio, y ſobre todos à Vergilio; y à los que no tenemos, Attio Poeta tragico, Pacuvio, y à Licinio Calvo Poeta, y Orador ecelente, y à Cinna, y Vario, y Valgio ſingulares Poetas. De manera que haviendo florecido entonces tan grandes ingenios, no es mucho que andemos buſcando el raſtro de ſus palabras en eſtas inſcriciones. Las ſeñales, ò pruevas de ſer deſtos tiempos que yo puedo dezir ſon porque hablan de coſas de los miſmos tiempos, como ſe vee en las medallas de Julio Ceſar, y de Marco Bruto, y los demas que mataron à Ceſar, y las de Lucio Sulla, y Neo Pompejo, y los otros de aquellos tiempos, que por las letras que tienen ſe conocen: y lo miſmo digo en las inſcriciones, que la materia de que tratan, y los nombres proprios que alli ſe hallan, y mas ſi hai Conſules nombrados que entonces fueron; eſtos ſon no digo ſeñales, ſino verdaderas pruevas que ſon de aquellos tiempos. Quando eſto no ſe halle, la orthographia lo declara muy bien. Porque ſi miramos las medallas de entonces, y las tablas de leyes, y otras antiguallas que conocidamente ſon dellos, veremos cierta orthographia particular que ſe dexo deſpues.

B. Deme V. S. algunos exemplos.

A. Soy contento. Eſta eſcrito en eſtas medallas que digo, LEIBERTAS. OPEIMIVS. SERVEILIVS. PREIMVS. FEELIX. VAALA. MVSA. Eſta en tablas de leyes IOVS. IOVDEX. MVVCIVS. QVOI. DEICO. CEIVEIS. AA. IOVSERONT. SERVOS. DIVOS. Eſta en diverſas inſcriciones CAVSSA. COERAVIT. HOC. IMPERIOSSVS. y aſſi otras coſas.

B. Pues como deſſa manera eſcrivian en tiempo de Ciceron, que V. S. tanto alaba?

A. Yo aſſi lo creo.

B. Como en los libros no ſe halla eſſa eſcritura ſino en Terencio, y Plauto, que parece tan mal que ſiendo en lo demas elegantiſſimos, echan por tierra lo bueno que dizen?

A. Ya veo que es como nadar rio arriba hablar

rem, longe æqualibus ſuperiorem, qui & urbis & orbis Imperium obtinuit. Eloquentia adhæc a Cicerone proximum? Quid? M. Varronem amplius laudare, quam Cicero ipſe in Academicis ornavit, & pro dignitate quis poſſet? utpote *togatorum* omnium Latinorumque longe doctiſſimum. Salluſtium vero, Hiſtoricum egregium, in his paucis, quæ ſuperſunt, adeo excelluiſſe obſerves, ut cum Græcorum præſtantiſſimo Thucydide componere Critici non dubitent. Quanquam autem hi quattuor, quos recenſui, ſatis ſint, ut quis jure optimo aureum vere illud ſæculum cum dicendi gloria, tum rerum geſtarum laude appellet; ſunt tamen & complures alii, quorum ſi ad nos ſcripta perveniſſent, vincerent haud dubie complures eorum, qui exſtant; ut M. Cato minor, ejuſque propinquus M. Brutus Cæſaris percuſſor, & Aſinius Pollio, qui Ciceroni ſe adæquare non dubitavit. T. adhæc *Pomponius Atticus*, Ciceroni in paucis carus, & Cornelius Nepos, quem Valerius Catullus laudans, *docta* ſcribere ait, & *laborioſa*. Adhæc, qui verſibus ea tempeſtate ſcripſerunt, laudandi ſint merito: idemque adeo Catullus, & T. Lucretius, omniumque Princeps *Virgilius Maro*: & qui temporum injuria interciderunt, *Attius*, Tragicus, *Pacuvius*, & *Licinius Calvus* Poeta & Orator excellens: *Cinna* quoque, *Varius*, & *Valgius* Poetæ inſignes, qui quidem cum hoc ſæculo maxime claruerint, quid mirum ſi formulas eorum in ævi illius Inſcriptionibus obſervemus? Unde autem potiſſimum coniiciam, quæ cujus ſint ſæculi? ex re tunc geſta, quam continent, id colligo, ut in nummis Julii Cæſaris (*). M. Bruti, ceterorumque Cæſaris percuſſorum; item e L. Sullæ, & CN. Pompeii, aliorumque ævi illius, e titulis ac litteris appoſitis agnoſco. Idem in marmoribus uſu venit: res qua de agitur & nomina inſcripta, potiſſimum vero Conſulum ac Magiſtratuum tempora arguunt, quæ non ut ſigna, ſed ut certa argumenta rem commonſtrant, cujus ſint ſæculi. Quæ ſi deficiant, Orthographia ipſa ſatis declarat, (*quæ, ut M. Fabius ait, temporibus variavit.*) Si enim nomiſmata tunc cuſa, Legum item tabulas, ceteraque vetera monumenta ejus temporis attentius inſpexeris, certam obſerves ſcripturam, poſt omiſſam.

*Poetæ veteres.*

(*) *Tab. III.*41.*Tab. LIX.*14.15.

*Ortographia vetus.*

B. Exemplo velim rem commonſtres.

A. Placet ſane. Cuditur in nummis illis (*), LEIBERTAS. OPEIMIVS. SERVEILIVS. PREIMVS. FEELIX. VAALA. MVSA. In tabulis autem legum IOVS. IOVDEX. MVVCIVS. QVOI. DEICO. CEIVEIS. AA. IOVSERONT. SERVOS. DIVOS. In variis autem Inſcriptionibus CAVSSA. COERAVIT. HOC IMPERIOSSVS: ſimiliaque.

(*) *Tab. XXIV.*254. 255. *Tab. XXXIV.* 394.

B. Itane Ciceronis ævo, adeo abs Te laudato, ſcribere ſoliti?

A. Credo equidem.

B. Cur igitur non apparet ea ſcriptura, præterquam in Plauto, & Terentio? quæ ita in eis fœda apparent, ut cetera elegantiſſimi Comici his deformari videantur?

A. Fateor equidem, contra communem dicen-

cendi uſum loqui id demum eſſe, quod ajunt, *ſurſum flumina.* Verum non id nunc ago, ut ad eam ſcribendi formam revocare ſtudeam noſtram, quomodo tunc nomiſmata, tabulæ, & Tituli præferebant: Sed illud propoſitum, quæ cujus ſint ætatis Inſcriptiones oſtendere. Qua in re ejus ævi Orthographiam a poſteriore ſæculo diverſam notando obſervo, ut quæ in Terentio & Plauto damnanda cenſes, ſi Ciceronis quoque ac Cæſaris fuiſſe cognoſcas, etiam complectaris. M. Fabii Quintiliani, & A. Gellii teſtimonio confirmare poſſum, ceterorumque verbis docere queam, Ciceronis ævo & ſcripſiſſe, & pronuntiaſſe EI pro I longa. Tunc enim viguit. P. Nigidius, Figuli cognomento, Philoſophiæ ceterarumque peritus artium, rationem ille exponit quando EI & quando I ſit ſcribendum. Ad hunc, ni fallor, Nigidium Ciceronis extat * epiſtola. Ante Nigidii tempora eadem Lucilius normam dederat: & Plautinarum argumenta Comœdiarum, quæ ſingulis initio verſuum litteris ἀκροστίχως oſtenduntur, idem comprobant. In *Captivis* enim novem hiſce litteris ſcriptum videas: CAPTEIVEI: quomodo Nigidius, & Lucilius nominandi caſum ſcribi ſolitum ferunt numero multitudinis PUEREI: at in gignendi caſu ſingulari PUERI. Alibi meminerunt quidam viſa a ſe autographa Ciceronis manu, ac Virgilii conſcripta, quibus princeps in ſuo quiſque genere cum Orator, tum Poeta ſcriptum reliquit: CAUSSA. CASSUS. AIIO, & AIIAM.

*Cur Figuli cognomentum ſic additum refert B. Auguſt. lib. V. De civitate Dei cap. 3.*

* *Cic. lib. IV. ad Famil. Epiſt.* 13.

*Quintil. lib. I. c.* 6. & 13.

B. Magnum id in his vocibus teſtimonium.

A. Equidem plus fidei nummis, tabulis ac marmoribus tribuerim, quam Grammaticorum verbis: ſed innumerabilia video mutaſſe, quibus illi ſint uſi; nos vero minime, ut majuſculis ſemper uſos litteris, nos vero minimis, adeoque ſcriptura variantibus. Pronuntiabant & illi verba aliter atque nos hodie, potiſſimum vero vocales. Nam pronunciando apparebat facile audienti, breviſne an longa eſſet vocalis, & quo tono ſeu accentu acuto, gravi, flexove notanda eſſet. Tu vide, an quis hodie ſic pronunciarit?

B. Nemo ſane, ut equidem exiſtimo.

A. Jam illud cognoſcas, hac ſcribendi ratione rectius ſyllabarum modulum (quem Quantitatem in Scholis appellant) cognoſci potuiſſe. Conſtat enim Grammaticorum veterum teſtimoniis longas vocales geminatis ſcriptas litteris, ut FEELIX. VAALA. AA. MVVCIVS, pro *Felix*, *Vala*, & *A* longo, & *Mucius*. Scribebant EI pro I longo, ut diximus, & OV pro V longa: ut IOVS. FOVRIVS, ceteraque paulo ante recenſita. Hoc igitur compendium OVF. quid in lapidibus legitur pro tribu *Uſentina*, Feſtus Pompejus in ſerie vocum collocat, quæ ab O inchoantur. Quare hæc ſcriptura pronunciationem ſatis oſtendit.

B. Quid ſignant accentus inſcripti vocibus *Muſa*, & pro vocabulo *Hoc*?

A. Idem nimirum præſtant, quod O & V longas eſſe oſtendant ſyllabas. Quintilianus hoc api-

blar contra lo que eſta en uſo: pero yo no trato agora ſi havemos de tornar à uſar eſſo miſmo que digo ſe halla en medallas, y en tablas, y en inſcriciones, ſino trato de conocer las inſcriciones de aquellos tiempos: y para ello me valgo de lo que hai en las eſcrituras de entonces differente de lo que deſpues ſe uſo: y lo que à v. m. parece mal en Terencio, y Plauto, no le pareciera mal ſi ſupiera que Ciceron, y Ceſar lo uſaron. Puedo traher teſtimonios de Quintiliano y Aulo Gelio, y de otros, que en tiempo de Ciceron los que bien hablavan, y eſcrivian uſavan de EI por I luenga. En aquel tiempo fue Publio Nigidio, al qual dixeron Figulo, gran Philoſopho, y en otras muchas coſas muy doto: el da tambien regla como ſe haya de eſcrivir unas vezes con EI, y otras con I, y à eſte Nigidio creo que hai una epiſtola entre las de Ciceron. Antes de Nigidio *Lib.* 4. *epiſt.* 13. ya Lucilio havia dado regla ſobre eſto miſmo, y en Plauto en los argumentos ſe pone el nombre de cada comedia poniendo por cada letra un verſo, y en la comedia *Captivi* eſta eſcrito ſu argumento con nueve letras CAPTEIVEI, y aſſi dizen Nigidio, y Lucilio que ſe eſcriva en nominativo del plural PUEREI, mas en genitivo ſingular ſe eſcrive PUERI. En otra parte hai memoria de perſonas que vieron los originales de mano de Ciceron, y de Virgilio, donde eſtava eſcrito por los dos principes de eloquencia, y Poeſia CAVSSA, y CASSVS, y AIIO, y AIIAM.

*Quintil. lib.* 1. *c.* 6. *& cap.* 13.

B. Eſſe es gran teſtimonio para eſſa palabras.

A. Yo mas fe doi à las medallas, y tablas piedras, que à todo lo que eſcriven los eſcritores: pero conſidero que infinitas coſas ſon mudadas que ellos las uſavan, y noſotros no: como es eſcrivir ſiempre con letras grandes, y noſotros con eſtos garavatos tan differentes: ellos pronunciaban de otra manera que noſotros, eſpecialmente las vocales; porque ſe entendia quando ellos pronunciaban, ſi era breve, ò luenga la vocal, y ſi era con acento agudo, ò grave, ò circumflexo. Digame v. m. agora ſi hai quien ſepa pronunciar deſta manera?

B. Yo confieſſo, que ninguno.

A. Pues ſepa que con la orthographia de aquel tiempo daban à entender mejor eſtas quantidades, y aſſi hai teſtimonio de muchos Gramaticos que los antiguos eſcrivian con vocales dobladas las vocales luengas, como FEELIX. VAALA. AA. MVVCIVS. por *Felix*, *Vala*, y *A* luenga, y *Mucius*: eſcrivian EI pro I luenga, como eſta dicho, y OV por V luenga, como IOVS. FOVRIVS, y otros que he nombrado arriba: y aſſi eſta abreviatura OVF. que ſe halla en piedras por la tribu *Uſentina*, eſta en Feſto entre las palabras, que comiençan por O. De manera que eſta eſcritura declarava como ellos pronunciavan.

B. Los acentos que eſtan en *Muſa*, y en *Hoc* que notan?

A. Eſto miſmo que digo, que aquella V, y aquella O ſon luengas, y à eſtos llama apices Quin-

UNED

Quintiliano, y ſucedieron en lugar de la otra manera de eſcrivir, y al fin ſe canſaron tambien dellos.

B. Eſte camino de la pronunciacion es muy bueno para creer lo de la orthographia, y V. S. dixo el otro dia que las ovejas pronunciaban mejor que noſotros la E luenga diciendo BEE, y no BE.

A. Eſſo es harto à propoſito, y eſſa pronunciacion de las ovejas eſcrive un Griego con eſta ſylaba BH. y tambien la voz de los bueyes que es MVV Griegos: y Latinos la eſprimen con MV, ò MY, ò MOY, ò BOY, de donde vino ſu nombre. Confirmaſe eſta opinion con lo que Platon eſcrive en el dialogo Cratylo, que eſta palabra NOHCIC antiguamente ſe dezia NOEECIC. y devia ſer antes que eſtuvieſſen en uſo las dos vocales ſiempre luengas la H, y la Ω: porque antiguamente los Griegos no las tenian, y fueron forzados de inventarlas para declarar la quantidad de las ſylabas, y la V hazen, ò con Y, ò con OV. Deſſo vino que los antiguos Latinos con OV declaravan la V luenga. Pero eſto baſte para lo que deziamos, que la orthographia moſtraria ſer las inſcriciones antiguas.

B. Bien queda provado que aſſi ſe conocera ſer de eſſe tiempo, y no de los mas modernos, quando dexaron de eſcrivir deſſa manera, pero querria ſaber ſi antes de Ciceron uſavan, eſſa orthographia.

A. Cierto es que la uſavan, ſalvo algunas coſas.

B. Como conocere las inſcriciones mas antiguas?

A. Con lo que diximos al principio, que es las perſonas, y coſas de que ſe trata, y con algunas orthographias deſuſadas: como en la baſi de la coluna de Duilio que ya Quintiliano la refiere à eſte propoſito, hai una D ſuperflua, como MARID por MARI, hai C por G hai una letra conſonante por dos, y aſſi otras coſas muy rancias, y viejas. Sobre todo las inſcriciones del tiempo de Ciceron ſe conocen en la brevedad, y elegancia: porque todos los que antes, y deſpues eſcrivieron eſtos letreros, ò fueron largos en ſus alabanças, y razones, ò poco pulidos: como tratando de ellos ſe vera.

Comencemos por el epitaphio de Cecilia Metella hija de Quinto Cecilio Metello Cretico, que eſta fuera de la puerta de S. Sebaſtian de Roma, pienſo que dezian aquella la Via Appia, y que de ella dize Ciceron en la primera Tuſculana que tenia muchos ſepulcros de diverſas familias nobles de Romanos. Dizen el lugar donde eſta la inſcricion *Capo di bove*, porque en un cubo antiguo que fue hecho por ſu ſepulcro hai una cinta, que llaman freſo de cabeças de bueyes, y de pateras atadas con ramos, y lazos, alli eſta en lo alto eſte letrero:

CAECILIAE. Q. CRETICI. F.
METELLAE. CRASSI.

B.

apices vocat, & in locum aliter ſcribentium poſita ſunt: tandem tamen tædio ducti omiſerunt.

B. Hæc pronunciatio Orthographiam valde *Dial. II.* juvabit, & nuper docere te memini oves rectius E longum pronunciaſſe, BEE, & non BE.

A. Pertinet id quidem ad rem: & hunc ovium balantium ſonum Græcus ille Poeta Cratinus apud Euſtathium ex Ælio Dionyſio his litteris ſcribit BH. Boum quoque mugientium ſonum Græci Latinique exprimunt, per MVV, & non MV aut MY vel MOY, vel denique BOY, unde quidam bovi nomen inditum putant, ut ab illo ſono *Mugitus*. Firmatur hæc opinio Platonis in Cratylo auctoritate, qui hoc verbum NOHCIC pronunciatum antiquitus affirmat, NOEECIC: idque prius fortaſſe quam repertæ ſunt duæ vocales perpetuo longæ, H & Ω quibus olim Græcos caruiſſe ſupra docui: impulſique ſunt ad eas excogitandas, ut ſyllabarum oſtenderent modulum: ut V, vel per Y, vel per OV diphthongum extulerunt. Quo factum eſt, ut & Latini veteres per OV V longum extulerint. Sed hæc ſufficiant ad comprobandum e ſcriptura lapidum inſcriptorum antiquitatem oſtendit.

B. Recte probas hujus eſſe aurei ſæculi, non poſterioris Inſcriptiones, quia tunc illa deſita eſt Orthographia: verum dic an ea ante Ciceronem ſint uſi.

A. Uſos eſſe certum eſt, paucis demptis.

B. Qua ratione majorem Incriptionum cognoſcam antiquitatem?

A. Ut initio diximus, e perſonis, rebuſque, quas tractant, & ex Orthographia inuſitata noſtris temporibus, ut verbi gratia, in baſi Columnæ roſtratæ Duilio poſitæ (cujus Quintilianus lib. I. idcirco commeminit) D ſæpe fruſtra adſcribitur, ut in MARID, pro MARI: & C pro G ponitur, unaque conſonans pro duplici: aliaque id genus rancida & obſoleta. Ciceroniani autem ſæculi Inſcriptiones brevitate & elegantia potiſſimum commendantur. Qui enim antea aut poſt, Titulos ſeu Epigrammata marmoribus indiderunt, longi ſunt nimis ac prolixi, nec perinde elegantes, ut exemplis jam commonſtrabo. Age, ducat agmen ac præeat Epitaphium *Cæciliæ Metellæ*. Q. Cæcilii Metelli Cretici filiæ, quod extra S. Sebaſtiani portam Romæ hodieque viſitur, via Appia: qua de Tuſculanarum lib. I. Cicero ait, ſepulcra illuſtrium familiarum Rom. continere. Locus vulgo *Capo di Bove*, quod ad rotundum hoc ædificium area eſt capitibus bubulis cincta patens, & ramis ac vinculis colligentur. In ſummo ſepulcri hæc inſcripta leguntur: *Cæciliæ Metellæ.*

CAECILIAE. Q. CRETICI. F.
METELLAE. CRASSI.

B.

B. Unde, quæſo, colligis Ciceronis ævo poſitum Titulum?

A. Vel ſola brevitate, ut cetera deſint, cognoſco. Certum adhæc omnibus Q. Creticum Conſulatum Romæ cum Q. Hortenſio geſſiſſe anno poſt Rom. cond. DCLXXXIV. Ædili jam Cicerone, anno antequam C. Verrem (quem Hortenſius, & Metellus ipſe defendebant) accuſaret. Cretius enim poſtea cognominatus, quod Conſule M. Tullio, ni fallor, de Creta triumpharit.

*Ann. IↃCXC. poſt Rom. cond.*

B. De tempore res nunc manifeſta, ſed cur additum CRASSI? an VXOR deeſt, ceterique Cretici & Craſſi tituli deſiderantur.

A. *Cretico* quidem deeſt nihil. Filia enim nomen & cognomen geſtans patris, reliqua nomina ſuggerit: & ille tum mos erat feminis nomina geſtandi, ut ſine prænomine, gentis aut familiæ paternæ nomen præferrent. Sic C. Julii Cæſaris filia, Cn. Pompeii uxor, *Julia*: & Ciceronis filia, Dolabellæ uxor, *Tullia* dicta: & *Corneliæ* Cornelii Scipionis, ejus, qui poſt Metellus dictus eſt, filia, alteris nuptiis Pompejo in manum data.

*Feminarum nomina.*

B. Si duas haberent filias quomodo diſtinguebantur?

A. Nata jam altera nomen ſic datum, ut *Cæcilia Minor* hæc; prior vero *Major* nominaretur. Sic Octavio Auguſto duæ erant ſorores; *Octavia major*, & *Octavia minor*. M. quoque Antonius duas filias habuit, *Antoniam majorem*, *& minorem*, quarum mentio apud Suetonium, & Corn. Tacitum exſtat.

B. Quid ſi tres filiæ eſſent: qui appellabantur?

A. Ordine tertia dicta quoque *Tertia*, ut M. Bruti ſoror, & altera Æmilii Paulli filia: ſi rurſum quarta gigneretur, *Quarta*, *Quinta*, *Sexta*, *Septima*, deinceps appellata.

B. Ergo feminæ cognominibus, ut mares prænominibus in familia diſtinctæ?

A. Diſtinguebantur & cognominibus maritorum, ut hæc *Metella Craſſi*: & quas nominavi, *Julia Pompeii*, *Tullia Dolabellæ*, *Cornelia Pompeii*, *Marcia Catonis*, *Porcia Bruti*, & apud Poetas: *Hectoris Andromache*.

B. Quis iſte *Craſſus*?

A. Fuit conjux illius & credibile eſt celebrem ea tempeſtate fuiſſe *M. Licinium Craſſum* Divitis cognomento. Cn. Pompeii bis in Conſulatu collegam: qui bello Parthico pugnans cecidit. Nomen *uxor* non additur, cum ut ſubdita magis magiſque amans oſtendatur: & fuit cum viri uxores per æs & libram emerent ut in manum conveniſſe, emptaque diceretur.

*Boethius in Topic. Cicer.*

B. Quæ alia tibi ejus ævi Inſcriptio eſt?

A. In vinea Card. Carpenſis Romæ baſis eſt ſtatuæ Cn. *Piſonis*, his litteris:

*Cn. Calpurnii Piſonis.*

CN. CALPVRNIVS.
CN. F. PISO.

QVAE.

B. Como ſe ſabe que eſſe letrero ſea del tiempo de Ciceron?

A. Quando no huvieſſe otra coſa ſino ſu brevedad, baſtaria. Pero es cierto que Quinto Cretico fue Conſul juntamente con Quinto Hortenſio quando Ciceron era Edil, y un año antes acuſo à Cajo Verres, al qual defendia eſte miſmo Hortenſio, y eſte miſmo Metello, al qual deſpues dixeron Cretico, porque triumpho pocos años deſpues, ſiendo Conſul Ciceron, ſino me engaño.

B. Bien provado eſta que es deſtos tiempos, pero que quiere dezir aquella palabra CRASSI? no falta VXOR, y los otros nombres de Cretico, y de Craſſo?

A. Quanto al Cretico no falta nada, porque ella con ſu nombre, y ſobrenombre dize lo que mas tuvo ſu padre; y eſta era entonces la coſtumbre de los nombres de las mugeres, que ſin uſar de prenombre ſe dizeſſen de nombre de la familia de ſu padre. La hija de Cajo Iulio Ceſar muget de Pompejo ſe dixo Julia, la de Ciceron muger de Dolabella Tullia, la de Cornelio Scipion que deſpues ſe dixo Metello Cornelia, muger poſtrera de Pompejo.

B. Y ſi tenian dos hijas, como ſe conocian?

A. En naciendo la ſegunda, y poniendole nombre digamos *Cæcilia* le añadian *Minor*, y à la primera *Major*, y aſſi tuvo Octavio Auguſto dos hermanas, *Octavia Major*, y *Octavia Minor*; y Marco Antonio dos hijas, *Antonia Major*, y *Antonia Minor*: y eſtan nombradas en Suetonio, y en Tacito.

B. Si eran tres, como decian?

A. A la tercera llamavan *Tertia* como ſe dixo la hermana de Marco Bruto, y otra hija de Emilio Paulo: y ſi nacia otra dirian *Quarta*, y aſſi *Quinta*, *Sexta*, *Septima*, *&c.*

B. Segun eſſo las mugeres ſe conocian por los ſobrenombres como los hombres por los prenombres.

A. Tambien por los ſobrenombres de ſus maridos, como eſta que ſe dize *Metella Craſſi*, y las que diximos *Julia Pompeii*, *Tullia Dolabellæ*, *Cornelia Pompeii*, *Marcia Catonis*, *Porcia Bruti*, y otras.

B. Qual Craſſo fue eſte?

A. Es de creer que fueſſe el mas nombrado en aquellos tiempos, Marco Licinio Craſſo, que algunos dizen *Dives*, compañero de Pompejo en dos Conſulados, y el que muriò en la guerra contra Partos. No añadian la palabra *uxor* por mas amor, y ſugecion, y algun tiempo ſe uſo que los maridos compraſſen ſus mugeres, y ſe dezia que eſtavan en ſu poder, y debaxo ſu mano.

B. Que otra inſcricion hai de aquellos tiempos?

A. En la viña del Cardenal de Carpi en Roma hai una baſi de una eſtatua de Cn. Piſon con eſte letrero:

CN. CALPVRNIVS.
CN. F. PISO.

QVAE.

UNED

QVAESTOR. PRO. PR. EX. S. C.
PROVINCIAM. HISPANIAM.
CITERIOREM. OBTINVIT.

B. Quien es eſte Piſon que tanto caſo ſe haze del que tiene eſtatua, y una provincia tan grande?

A. Dioſe eſta provincia en tiempo de la conjuracion de Catilina no por honra, ni por lo que hizo algun tiempo en bien de la republica, ſino por a partarlo de Roma; porque el, y Catilina tentaron de conjurar, ſegun lo cuenta Salluſtio: el qual dice que fue muerto por un Eſpañol en eſtas partes por particular cauſa, y no por conjuracion della provincia, que no ſuele hazer tales coſas. Haſe de notar, que en eſtos tiempos tras cade palabra hai punto, ſalvo en las finales de cada renglon, ahunque eſten abreviadas, como es S. C.

B. Porque no lo hai?

A. Porque el punto diſtingue una letra de otra, y alli no hai letra tras la poſtrera, ſino eſpacio vazio.

C. Porque ſe dice QVAESTOR. PRO. PR?

A. Eſte era Queſtor, y no pretor, y la provincia era de las que ſe daban à Pretores, y por eſto le embiaron à Eſpaña con eſte titulo, y deſta manera de decir trata en un papel que ha publicado Fulvio Urſino en ſus medallas en la familia Cariſia. Mas ſeñalado hombre fue Cajo Ceſar Eſtrabon, cuya es una inſcricion que eſta en Roma en una baſi de eſtatua, ò edificio:

C. IVLIVS. L. F. CAESAR.
STRABO.
AED. CVR. Q. TR. MIL. BIS. X. VIR.
AGR. DAND. ADTR. IVD. PONTIF.

B. Que parenteſco tuvo eſte Cajo Ceſar con el primer Emperador?

A. No ſe ſabe. Pero deſte haze mucha mencion Marco Tullio en los libros de *Oratore*, y *de claris Oratoribus*, y en los *de Officiis*, y ſe engañan algunos penſando que habla del Ditador, y aſſi le dan à Lucio por padre. Pero en los Faſtos Capitolinos que es la mejor antigualla que hai en Roma, y de mayor provecho, el Ditador ſe nombra hijo de otro Cajo, y nieto de otro Cajo: y aſſi no pudo ſer hijo deſte porque ſeria nieto de Lucio, ni menos pudo ſer eſte que ſe dixo Eſtrabon y hijo de Lucio: ſu abuelo deſte ſe llamo Sexto, y ſu hermano de Padre Lucio, el qual fue mayor que no el, y fue Conſul: ſu hermano de madre fue Quinto Catulo, un muy ſeñalado hombre en quel tiempo. Fue Eſtrabon hombre muy doto, y muy elegante, y gracioſo, por lo qual haze Ciceron que el cuente las gracias, y buenos dichos del libro ſegundo *de Oratore*.

B. Que magiſtrados ſon los abreviados?

A. *Ædilis Curulis. Quæſtor. Tribunus militum bis. Decemvir Agreis Dandeis, Adtribuendeis Judicandeis Pontifex.*

B. Porque pone primero al Edil, que al Queſtor?

A. Por ſer mas honrado.

QVAESTOR. PRO. PR. EX. S. C.
PROVINCIAM. HISPANIAM.
CITERIOREM. OBTINVIT.

B. Quis hic *Piſo* eſt, ſtatua, grandique judicatus dignus Provincia?

A. Data illi Provincia tempore Catilinariæ conjurationis non honoris gratia, nec re bene Reip. commodo geſta, ſed ut Roma ſeponeretur. Una enim cum Catilina in Remp. conjurarat, referente C. Salluſtio, qui & occiſum ait ab Hiſpano in Hiſpania, alia de cauſſa, non Provincialium conjuratione, qui tale nihil ſolent. Obſervandum his temporibus ſingulis verbis punctum ſubiici ſolitum, niſi cum verſum (vulgo *lineam* vocant) clauderet, & ſi compendia eſſent, ut S. C.

B. Cur quæſo punctum omittitur?

A. Quia illud litteras invicem diſtinguit: ideo in ultima non collocatur; ſed ſpacium ejus loco habet.

C. Cur QVAESTOR PRO. PR. vocatur?

A. *Quæſtor* quidem erat non tamen *Prætor*; & Prætoria erat Provincia. Quare in Hiſpaniam hoc titulo mittitur, quia de re alibi nonnulla diſſerui, & Romam miſi, quæ Fulvius Urſinus noſter Familiæ *Cariſiæ* adjungenda putavit. Illuſtris ſane vir fuit *C. Cæſar Strabo*, cujus hæc Romæ in ſtatuæ baſi, vel ædificii legitur Inſcriptio: *C. Cæſar Strabo.*

C. IVLIVS. L. F. CÆSAR
STRABO
ÆD. CVR. Q. TR. MIL. BIS. X. VIR
AGR. DAND. ADTR. IVD. PONTIF.

B. An propinquus hic C. Cæſaris primi Imperatoris fuit?

A. Non conſtat: meminit tamen frequenter illius M. Tullius in libris de Oratore ad Q. Fratrem, & in Bruto de claris Oratoribus, ac denique in Officiis. Falluntur enim, & fallunt, qui ea loca ad *Julium Cæſarem* Dictatorem in Fragmentis retulerunt. Hic enim Patrem habuit *Lucii* prænomine. At in Capitolinis Faſtis (quo nullum majus Romæ, aut certe utilius ſpectatur Antiquitatis monumentum) Dictator ille filius dicitur alterius *Caii*, & nepos *Caii*. Quare hujus eſſe filius non poteſt Dictator, quia *Lucii* nepos eſſet; ac ne idem eſſe cum hoc Strabone poteſt, quia *Lucii* filius fuit, & nepos *Sexti*, & frater ejus Paternus *Lucius* fuit natu major, idemque Conſul. Frater autem maternus *Q. Catulus*, clarus illis vir temporibus. *Strabo* hic eruditus, elegans, & urbanus fuit. Quamobrem Cicero lib. de Oratore ſecundo, Joca ac dicteria acute commemorantem inducit.

*Error in fragmentis Julii Cæſaris.*

B. Hæc litterarum compendia quos ſignant Magiſtratus?

A. *Ædilis Curulis. Quæſtor. Tribunus militum bis. Decemvir Agreis Dandeis, Adtribuendeis Judicandeis, Pontifex.*

B. Cur *Ædilis* Quæſtori ante ponitur?

A. Quod honoratior ſit.

B. Eadem ne in ceteris officiis ratio?

A. Fieri ſane poteſt: *Tribuni militares* ſex priorum legionum in antiquis Legibus poſt Magiſtratus nominari ſolent. *Decemviri* extra ordinem cauſſa Legis Agrariæ creari ſolent.

B. *Pontificatus* cur in extremum reiicitur?

A. Quia ultimo adeptus eſt loco, vel quia e numero fuit minorum Pontificum.

B. Qui ergo majores ſunt Pontifices?

*L. Sullæ.*

A. Qui gradu ſunt excellentiore, ut *Pontifex Maximus*, ut *Flamines*, præſertim majores, *Dialis*, *Martialis*, & *Quirinalis*. Alia viſitur Inſcriptio Cajetæ, ut refert Onuphrius Panvinius, celebris illis *L. Sullæ*, quem *Syllam* alii ſcribunt:

L. CORNELIO. L. F.
SVLLÆ. FELEICI
DICTATORI
LEIBERTEINI

B. Cur non ſcribitur LEIBERTEINEI, ut vult Lucilius?

A. Haud ſcio an ita marmor contineat: ſed fieri poteſt, ut extra Romam neglecta regula illi fuerit, & quidem in ea temporum in Italia perturbatione. Et libertini partim liberti erant, partim eorum liberi.

B. An ergo *Libertini* liberi ſunt Libertorum?

*Cap. 82. & 29.* *Q. Catuli.*

A. Ita eſt, ut apud Suetonium in Claudii Cæſaris vita legimus. Vidimus & in Capitolio Romæ *Q. Catuli* Inſcriptionem, inſtaurato templo, bello civili Sullano & Mariano incenſo: at inſtauratum ſuſpicor hunc titulum. Nam alias templum idem conflagravit, inſtauratis ſimul Titulis antiquis, poſitiſque novis.

Q. LVTATIVS. Q. F. Q. N. CATVLVS. COS.
SVBSTRVCTIONEM.
ET. TABVLARIVM. EX. S. C. FACIVNDVM.
CVRAVIT.

Alii ſic legunt, DE. SVO. FACIVNDVM. COERAVIT.

B. Nulla hic templi fit mentio.

*Patris Auguſti Cæſaris.*

A. Forte alia Inſcriptio templo appoſita fuit, & hæc vicinis ædibus affixa. Parentis Auguſti Cæſaris Titulus exſtat, ſed filio imperante poſitus. Erat Romæ in domo Angeli Colotii:

C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. P.
PATER. AVGVSTI
TR. MIL. BIS. Q. ÆD. PL. CVM
C. TORANIO. IVDEX. QVÆSTIONVM
PR. PRO. COS. IMPERATOR. APPELLATVS
EX. PROVINCIA. MACEDONIA.

B. Hæc quomodo legenda cenſes?

A. *Cajus Octavius*, *Caii Filius*, *Caii Nepos*, *Caii Pronepos*, *Pater Auguſti. Tribunus militum bis. Quæſtor. Ædilis Plebis cum Cajo Toranio: Judex Quæſtionum*, *Prætor*, *pro Conſule Imperator appellatus ex provincia Macedonia.*

B. C. *Toranius* Ædilis ne fuit, an Judex Quæſtionum?

A.

B. Y en los otros officios hai eſſa cauſa?

A. Podria ſer que la huvieſſe. Los tribunos de las ſeis legiones primeras ſe ſuelen nombrar en algunas leyes antiguas deſpues de los magiſtrados, el Decemvirato era coſa eſtraordinaria hecho por cauſa de alguna ley Agraria.

B. Porque pone el Pontificado à la poſtre?

A. Porque lo alcanço à la poſtre, ò porque era de los Pontifices menores.

B. Quales ſon los mayores?

A. Los que tienen otro mayor grado: como el *Pont. Max.* y los *Flamines* eſpecialmente los mayores Dial, y Martial, y Quirinal. Otra inſcricion hai en Gaeta, ſegun refiere frai Onofrio Panvinio, del muy nombrado Lucio Sulla, que otros dizen Sylla:

L. CORNELIO. L. F.
SVLLÆ. FELEICI.
DICTATORI.
LEIBERTEINI.

B. Porque no dice LEIBERTEINEI por la regla de Lucilio?

A. No ſe ſi eſta aſſi, pero no era mucho que fuera de Roma no ſe acordaſſen deſſa regla, y en tales tiempos de la mayor rebuelta que huvo en Italia, y Libertinos que ſon los que fueron eſclavos, ò ſus decendientes.

B. Como los decendientes de Libertos ſon Libertinos?

A. En Suetonio en la vida de Claudio ſe lee eſto. Otro letrero hai en el Capitolio de Roma pueſto por Quinto Catulo quando reſtaurò el Templo que ſe quemò por ca uſa de las guerras de Sylla, y Mario: pero hai ſoſpecha que ſe ha renovado eſte letrero, porque otras vezes ſe quemo el miſmo templo, y fue reſtituido con los letreros viejos, y con otros nuevos.

Q. LVTATIVS. Q. F. Q. N. CATVLVS. COS.
SVBSTRVCTIONEM.
ET. TABVLARIVM. EX. S. C. FACIVNDVM.
CVRAVIT.

Otros leen: DE. SVO. FACIVNDVM. COERAVIT.

B. No ſe lee en eſſe titulo coſa que trate del templo.

A. Quiça puſo otro letrero al templo, y eſte era à otros edificios vezinos al templo. Del padre de Auguſto hai otro letrero, pero hecho en tiempo del hijo eſtava en Roma en caſa de Angelo Colocio.

C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. P.
PA TER. AVGVSTI.
TR. MIL. BIS. Q. ÆD. PL. CVM.
C. TORANIO. IVDEX. QVAESTIONVM.
PR. PRO. COS. IMPERATOR. APPELLATVS.
EX. PROVINCIA. MACEDONIA.

B. Como ſe ha de leer?

A. *Cajus Octavius*, *Caii Filius*, *Caii Nepos*, *Caii Pronepos*, *Pater Auguſti. Tribunus Militum bis. Quæſtor. Ædilis Plebis cum Cajo Toranio. Judex Quæſtionum. Prætor. Pro Conſule Imperator appellatus ex provincia Macedonia.*

B. Cajo Toranio fue Edil, ò Juez?

A.

A. Yo creo que fue Edil; pero ambiguo eſta.

B. Que es *Judex Quæſtionum?*

A. Lucio Sulla hizo leyes, y dio forma à las queſtiones publicas, como *De Sicariis*, *de Falſis*, *de Repetundis*, *&c.* hizo quatro Pretores nuevos que entendieſſen con los juezes que ſaldrian de ciertas bolſas en eſtas queſtiones de cauſas criminales. El principal deſtos juezes ſe dezia *Judex Quæſtionis*, y eſte por las ocupaciones de los Pretores entendia en el proceſſo de la cauſa. Nota Carlos Sigonio que deſpues de la Edilidad ſe hazian comunmente Juezes de queſtiones: yo creo que podian ſer antes, y deſpues conforme à la ſuerte.

B. Eſte fue en tiempo de Ciceron? como ſe prueva?

A. En una epiſtola de Ciceron à Quinto ſu hermano le alaba, y anima para que le parezca, pues le tiene por vezino: porque Quinto governava Proconſul à Aſia, y Octavio à Macedonia, y deſta carta haze mencion Suetonio en la vida de Auguſto.

B. Porque le llama Emperador?

A. Porque huvo alguna vitoria por la qual ſus ſoldados le llamaron Emperador, como ya dixe otra vez que Ciceron fue llamado Emperador: y no ſe ſi hai mas de un lugar en Leyes, donde ſe toma eſte nombre en eſta ſignificacion.

B. Maravilla ſera que haya alguno.

A. *Quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent.*

B. No ſe puede entender eſſo de los Emperadores deſpues de Ceſar.

A. Yo creo que no: porque ſe habla deſta palabra *Servus*, la qual es mucho mas antigua que Julio Ceſar, y ſe da razon porque ſe dixo.

B. Verdad es. Hai otro letrero de eſtos tiempos?

A. De quando era niño, ò moço Ciceron hai algunos, como es eſte que dizen que eſta en Roma:

SILVANO. SANCTO.
C. AVSTVRNIVS. MEDI
CVS. LVD. GALLIC.
PORTIC. ET. EXEDR.
ET. SIGN. ÆN.
VOTO. SVSCEP.
L. M.
DEDIC. KAL. MAI.
L. MARCIO. ET.
SEX. IVLIO. COS.

B. Es eſta baſi de eſtatua, ò eſta en algun edificio?

A. Yo no la he viſto: mas creo que huvo edificio, y eſtatua.

B. De donde ſe ſaca?

A. De aquellas palabras, PORTIC. ET. EXEDR. ET. SIGN. AEN. que quieren dezir, *Porticum, & Exedram, & Signum æneum.*

C. Hai differencia de ſigno à eſtatua?

A. Parece que eſta mejor *Signum* à Dios, como en las palabras de Ciceron en una epiſtola: *Mar-*

A. Ædilem fuiſſe arbitror, etſi hic ambiguum eſt.

B. Quis eſt *Judex Quæſtionum?*

A. L. Sulla leges tulit, formamque Quæſtionum publicarum præſcripſit, ut *De Sicariis*, *de Falſis*, *de Repetundis*, *&c.* Prætores item novos quattuor inſtituit, qui cum judicibus certis e ciſtis in his Quæſtionibus eductis, de Criminalibus cauſis cognoſcerent. Horum Judicum Princeps *Judex Quæſtionis* dictus, qui Prætoribus alibi occupatis cauſſas cognoſcebat. Carolus Sigonius, homo eruditiſſimus, notat poſt Ædilitatem fere fieri ſolitos *Judices quæſtionum*: equidem ante & poſt ſortes creatos arbitror.

*Car. Sigonius.*

B. Hæc Inſcriptio, temporibus ne Ciceronis fuit? qui id probas?

A. Ciceronis ipſius epiſtola ad Q. Fratrem, *& Octavium* laudat, hortaturque, ut cum abſit proprius, ſimilis Octavio eſſe velit. Quinctus enim Aſiæ erat Proconſul, ut Macedoniæ Octavius: cujus etiam epiſtolæ Suetonius in Auguſti vita meminit.

B. Quare *Imperatorem* nominat?

*Cap. 3.*

A. Ob partam alibi victoriam, cum milites Imperatorem appellare ſolent: ut alibi de Cicerone Imperatore in Cilicia dicto differui: & unius tantum legis memini, in qua ſic *Imperator* nominetur, non pro *Cæſare*, aut *Auguſto.*

*Dial. IV. extremo.*

B. Miror equidem talem exſtare Legem.

A. En tibi: *Quod Imperatores captivos vendere ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent.*

B. De Imperatoribus poſt Julium Cæſarem accipi ne verba illa poſſint?

A. Minime vero, ut opinor. Meminit enim vocis ſervi, quæ Julio Cæſare antiquior eſt, & etymi rationem ibidem reddit.

B. Ita eſt. Sed habeſne hujus temporis aliam Inſcriptionem?

A. Puero Cicerone, vel certe adoleſcente, poſitas habeo, ut hanc Romæ, ut ajunt, viſam:

*Silvano Sancto.*

SILVANO. SANCTO
C. AVSTVRNIVS. MEDI
CVS. LVD. GALLIC
PORTIC. ET. EXEDR
ET SIGN. ÆN
VOTO. SVSCEP
L. M.
DEDIC. KAL. MAI
L. MARCIO. ET
SEX. IVLIO. COS

B. Eſtne ſtatuæ baſis, aut in ædificio collocata?

*Explicat ingenioſius Joſ. Scal. in Feſtum Pompejum dict. Marſpodis.*

A. Equidem ipſe non legi, ſed ædificium fuiſſe, & ſtatuam conicio.

B. Unde conicis?

A. Ex his verbis PORTIC. ET. EXEDR. ET. SIGN. ÆN. hoc eſt: *Porticum, & Exedram, & Signum æneum.*

C. *Signum & ſtatua* an differunt?

*Signum & Statua.*

A. *Signum* Diis magis convenit, ut in quadam Ciceronis epiſtola: *Martis vero ſignum*, *quo*

*quo mihi pacis auctori?* & alibi: *Signum Libertatis*, *& Signum Concordiæ*, quæ pro Diis tum colebantur, dixit.

Exedra, quid.

C. *Quid Exedra?* locuſne ſex ſellarum?

A. Scribendum itaque fuit cum ſpiritu H, ut & *Hexameter* verſus a ſex pedibus. *Exedra* vero non ſex tantum, ſed plurium etiam eſt ſedium, locus non abſimilis Capitulo monachorum, ut ipſi nominant, vel ludo ſtudioſorum, aut amplius eſt ad ambulandum, ac diſſerendum locus.

C. *Silvanus* nonne per Y Græcum ſcribendum, ut *Sylva*, quaſi a Græcis fluxerit?

A. Alias decepti ſunt complures in hac ſimilique etymologia ac ſcriptura. Hodie docti ſcribunt per I *Silva*, *Silveſter*, & *Silvanus*, quo modo & veteres perpetuo ſunt uſi, ut & *Silanus*, non *Syllanus*, & *Sidera*, non *Sydera.*

B. Quid hoc rei MEDICVS. LVD. GALLIC?

A. Chirurgum fuiſſe gladiatorum opinor, qui in ludo exercerentur, *Gallici* cognomento, itaque lego *Medicus Ludi Gallici*; quomodo & in alio marmore viſitur *Medicus Ludi Matutini*: & utriuſque ludi P. Victor in ſecunda regione urbis Romæ commeminit. Nomen autem *Auſturnius*, mihi quidem inauditum, & haud ſcio an ex *Ave* & *Sturno* compoſitum.

B. Quid eſt VOTO. SVSCEP. L. M?

A. Puto equidem aliter lapidi inſculptum fuiſſe, quo modo alibi ſæpe ſingulis litteris. V. S. L. M. hoc eſt: *Votum Solvit Libens Merito.*

B. Quo anno Conſulatum illi geſſerunt, cum facta hæc dedicatio eſt?

A. Anno ante bellum Marſicum ſeu ſociale, qui eſt Urbis conditæ ſexcenteſimus ſexageſimus
*Ann.* DCLXIII. tertius. Et Cicero natus anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo, qui in hoc bello militavit.
*Ann.* IƆCLVII. *natus Cicero.* Exſtat C. Marii fragmentum Inſcriptionis, qui ut & ipſe Cicero, Arpinas fuit, Conſul Romæ ſepties, periitque anno poſt Rom. cond.
*VIII. C. Marii.* IƆCLXVII. cum viceſimum Cicero annum attigit. Inſcriptioni autem magna pars deeſt:

-- AVGVR. TR. MIL. EXTRA
-- VGVRTHA. REGE. NVMID
-- TRIVMPHANS. IN
-- ANTE. CVRRVM. SVVM
-- NSVL. APSENS. CREATVS
-- ONORVM. EXERCITVM
-- CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS
-- HAVIT. REMP. TVRBATAM.

Supplere quidam de ſuo conati ſunt, quorum emendatiorem partem nunc proferam:

C. MARIVS. C. F. COS. VII.
PR. TR. PL. Q.
SORTEM BELLVM. CVM. I.
GESSIT. EVM. CEPIT. ET.

SE-

*Martis vero ſignum quod mihi pacis auctori?* y aſſi dize el miſmo *Signum Libertatis*, y *Signum Concordiæ*, que eran tenidas por dioſas.

C. Que coſa es la Exedra, es lugar de ſeis ſillas?

A. Havia de eſtar con H como el verſo Hexametro: pero no es mas de ſeis que de muchas: y es como un capitulo de frailes, ò un general para eſtudiantes, ò alguna gran quadra donde ſe pueda paſſear, y eſtar en converſacion.

C. Silvano no ſe eſcrive con Y Griega, como *ſylva*, que viene de Griego?

A. Otro tiempo ſe engañaron en eſſas, y otras etymologias, y eſcrituras. Agora ya eſcriven los dotos *Silva*, y *Silveſter*, y *Silvanus*, viendo que aſſi lo han uſado todos los antiguos: como *Silanus*, y no *Syllanus*, y *Sidera*, y no *Sydera.*

B. Que coſa es MEDICVS. LVD. GALLIC.

A. Yo entiendo cirujano de unos gladiatores que ſe exercitavan en una eſcuela la qual llamavan *Ludus Gallicus*: y aſſi lo leo, *Medicus Ludi Gallici*. Aſſi creo que ſe hallara en otra piedra *Medicus Ludi Matutini*, y deſtos dos Ludos habla Publio Victor en la ſegunda region de Roma. El nombre *Auſturnius* es para mi muy nuevo, y no ſe ſi ſe componga de *Avis*, y *Sturnus.*

B. Que es VOTO. SVSCEP. L. M?

A. Yo creo que no eſtava aſſi en la piedra, ſino lo que hai en otras V. S. L. M. que quiere dezir *Votum Solvit Libens Merito*, y alguno lo ha traſladado como el penſava que queria dezir. Quando eſtuvieſſe aſſi en el original, querria dezir, *Voto Suſcepto Libens Merito.*

B. Los Conſules de la dedicacion en que tiempo fueron?

A. Un año antes de la guerra Marſica, ò ſocial, que fue año de ſeiſcientos ſeſenta, y tres de la ciudad de Roma y Ciceron nacio año ſeiſcientos quarenta y ſiete, y ſe hallo en eſta guerra como ſoldado. Hallaſe un pedaço de una inſcricion de Cajo Mario que fue de la miſma tierra de Ciceron, que ſe dize Arpino, el qual fue ſiete vezes Conſul, y murio el año de ſeiſcientos ſeſenta y ſiete, quando Ciceron tenia veinte años. Falta gran parte de la inſcricion:

-- AVGVR. TR. MIL. EXTRA.
-- VGVRTHA. REGE. NVMID.
-- TRIVMPHANS. IN.
-- ANTE. CVRRVM. SVVM.
-- NSVL. APSENS. CREATVS.
-- ONORVM. EXERCITVM.
-- CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS.
-- HAVIT. REMP. TVRBATAM.

Han querido algunos adobar eſte letrero con poner de ſu caſa muchas coſas: y dexando lo peor dire una parte remendada:

C. MARIVS. C F. COS. VII.
PR. TR. PL. Q.
SORTEM. BELLVM. CVM. I.
GESSIT. EVM. CEPIT. ET.

SE-

SECVNDO. CONSVLATV.
DVCI. IVSSIT. III. CO.
EST. IIII. CONSVL. TEVT.
DELEVIT. V. CONSVL.
ET. TEVTONEIS. II. TRIVMP.
SEDITIORIBVS. VI. CONSVL. PACAVIT. &c.

Lo demas no merece que ſe refiera.

B. Gran laſtima es que falte tan gran parte deſſe letrero.

A. Es de creer que ſus enemigos le quitaron ſu memoria. Haſta aqui he referido inſcriciones de aquellos tiempos ciertas. Agora dire de otras no tan ciertas ahunque por ſu elegancia merecen toda honra. La primera ſera una de Cajo Poblicio, que eſta en Roma en una pared antigua:

C. POBLICIO. L. F. BIBVLO. ÆD. PL. HONORIS.
VIRTVTISQVE. CAVSSA. SENATVS.
CONSVLTO POPVLIQVE. IVSSV. LOCVS.
MONVMENTO. QVO. IPSE. POSTEREIQVE.
EIVS. INFERRENTVR. PVBLICE. DATVS. EST.

B. Como merecio eſte Poblicio tanta honra?

A. Yo no lo ſe. Ovidio en los Faſtos cuenta de dos hermanos Publicios Ediles de la plebe, que inſtituyeron los juegos Florales. Feſto dize que el Clivo Poblicio ſe dize, porque Lucio, y Marco Poblicios Malleolos lo adobaron condenando ciertos ganaderos, y llamalos Ediles Curules: pero ha de dezir Plebejos, porque eran de familia plebeja. Todos eſtos me temo que ſean mucho mas antiguos que Ciceron. Otra coſa me haze dudar; como dexavan dentro de Roma que eſtos tuvieſſen ſepultura: y creo que eſtas piedras ſon traidas de otra parte adonde hoy ſe hallan, que es cerca de la Coluna Trajana.

B. Si eſtuvieran fuera de Roma, no fuera tanta honra.

A. Aſſi me parece. Haſe de notar CAVSSA con dos ss, y POSTEREI con EI, como antes diximos.

B. Haſe de dezir Poblicius, ò Publicius?

A. Poblicius eſta en eſte letrero, y en muchas medallas que yo tengo: y ahunque ſe diga Publius, y Publicus, y Reſpublica, y otras palabras de eſta manera, tambien Publicius viene de Populus quaſi Populicus: y en inſcriciones antiguas eſta P. VALESIVS. POBLICOLA. por *Publicola*, como luego diremos. Agora quiero poner dos inſcriciones en verſo muy elegantes: y la que ſoy cierto que ſe halla pondrè primero, que eſtaba en Roma en mi tiempo en caſa de Gentil Delphino amigo mio.

SECVNDO. CONSVLATV.
DVCI. IVSSIT. III. CO.
EST. IIII. CONSVL. TEVT.
DELEVIT. V. CONSVL
ET TEVTONEIS. II. TRIVMP.
SEDITIORIBVS. VI. CONSVL. PACAVIT. &c.

Cetera commemorare non decet.

B. Dolendum ſane tam multa in hoc marmore deſiderari.

A. Credo ego Marii hoſtes memoriam ejus eradere conatos. Attulimus hactenus certas ejus ætatis Inſcriptiones. Adferam nunc alias, non perinde certas, ob elegantiam tamen legendas. Prima ſit *C. Poblicii*, quæ Romæ in vetere pariete ſpectatur: *IX. C. Poblicii Bibuli.*

C. POBLICIO. L. F. BIBVLO. ÆD. PL. HONORIS
VIRTVTISQVE. CAVSSA. SENATVS.
CONSVLTO. POPVLIQVE. IVSSV. LOCVS
MONVMENTO. QVO. IPSE. POSTEREIQVE
EIVS. INFERRENTVR. PVBLICE. DATVS. EST.

B. Unde tantum honoris *Poblicius* meruit?

A. Neſcio ſane. Ovidius Naſo in Faſtis duos refert fratres *Poblicios* Ædiles plebis, qui Florales ludos inſtituerint. Sex. Pompejus Feſtus *Clivum Poblicium* dictum ait, quod *L. & M. Poblicii Malleoli* damnatis paſtoribus inſtaurarint, vocatque *Curules Ædiles*, ſed reponendum *plebejos*. Erant enim familiæ plebejæ. Hos ego Ciceronem tempore anteceſſiſſe exiſtimo. Dubium & illud, cur his Romæ ſepulturæ datus locus, ſed ſuſpicor aliunde Romano translatos lapides & ibi fixos, ubi nunc viſuntur, juxta Trajanam columnam. *Feſtus emendatus.*

B. Si extra Romam eſſet, non tanti eſſet pretii.

A. Tecum ſentio. Vides CAVSSA gemino ss. & POSTEREI cum EI ſcribi, ut ante monui.

B. *Poblicius* ne an *Publicius* dicendum?

A. In marmore per O ſcribitur, ut & in multis penes me Nomiſmatis, etſi *Publius* dicatur, & *Publicus* & *Reſpublica*, aliaque ad eundem modum. Nam *Publicus* a Populus, quaſi *populicus* derivatur. Adhæc in antiquis Inſcriptionibus legitur: P. VALESIVS POBLICOLA, pro *Publicola*: ut mox dicemus uberius (*a*). Duas nunc adferre libet Inſcriptiones verſibus eleganter conſcriptas, primumque eam, quam exſtare certo ſcio, quamque Romæ in ædibus Gentilis Delphini, ſummi amici, quondam ipſi vidimus: *X. Eucharis, mima.*

EVCHARIS. LICINIÆ. L.
DOCTA. ERODITA. OMNES. ARTES. VIRGO. VIXIT. ANN. XIIII.
HEV. OCVLE. ERRANTE. QVEI. ASPICIS. LETI. DOMVS.
MORARE. GRESSVM. ET. TITVLVM. NOSTRVM. PERLEGE
AMOR. PARENTEIS. QVEM. DEDIT. NATÆ. SVÆ
VBEI. SE. RELIQVIÆ. CONLOCARENT. CORPORIS
HEIC. VIRIDIS. ÆTAS. CVM. FLORERET. ARTIBVS
CRESCENTE. ET. ÆVO. GLORIAM. CONSCENDERET
PROPERAVIT. HORA. TRISTIS. FATALIS. MEA
ET. DENEGAVIT. VLTRA. VITÆ. SPIRITVM

DO-

*a* *Addit Octavianus Sada*: Ma in queſto mezzo vedete queſta Medaglia *. *(*) Tab. LX. 1.*

DOCTA . ERODITA . PÆNE . MVSARVM . MANV
QVÆ . MODO . NOBILIVM . LVDOS . DECORAVI . CHORO
ET . GRÆCA . IN . SCÆNA . PRIMA . POPVLO . APPARVI
EN . IN . HOC . TVMVLO . CINEREM . NOSTRI . CORPORIS
INFISTÆ . PARCÆ . DEPOSIERVNT . CARMINE
STVDIVM . PATRONÆ . CVRA . AMOR . LAVDES . DECVS
SILENT . AMBVSTO . CORPORE . ET . LETO . IACENT
RELIQVI . FLETVM . NATA . GENITORI . MEO
ET . ANTECESSI . GENITA . POST . LETI . DIEM
BIS . HIC . SEPTENI . MECVM . NATALES . DIES
TENEBRIS . TENENTVR . DITIS . ÆTERNA . DOMV
ROGO . VT . DISCEDENS . TERRAM . MIHI . DICAS . LEVEM .

B. Elegantes ſane verſus, & ſi præter Hexametros, Pentametros, & Elegiacos, Poetis magis tritos, & Epigrammatum proprios, vix alios agnoſco. Comicorum vero ac Tragicorum penitus ignoro, ut & Horatii atque Catulli Lyricos numeros. Hi quales tandem ſunt?

A. Comœdorum ac Tragœdorum, quos Jambicos Senarios, ſeu Trimetros nominant, neque adeo ſunt ad intelligendum difficiles?

B. Cur ſic nominantur?

*Jambici verſus.* A. *Jambici* quidem, quod omni ſede Jambum recipiant.

B. Ecquis *Jambus* eſt?

A. *Syllaba longa brevi ſubjecta vocatur Jambus*, ait Horatius, ut *Viros*, *domos*, *iners*.

B. Quid ſi invertas ut brevis longæ ſubiiciatur.

A. Choreus erit pes, ſeu, ut alii vocant, Trochæus.

B. Hermoſos verſos ſon y muy elegantes, ahunque yo no conozco ſino los hexametros, y pentametros que ſon los mas comunes de Poetas heroicos y elegiacos, y de muchos epigramas: los otros de comedias, y tragedias no los entiendo, y menos los de Horacio, y de Catullo que creo los llaman lyricos: eſtos de quales ſon?

A. De los de comedias, y tragedias: dizenſe Jambicos, ſenarios, ò trimetros; y no ſon tan malos de entender como ſe cree.

B. Porque tienen eſtos nombres?

A. Jambicos, porque reciben en todas partes el pie Jambo.

B. Y que pie es el Jambo?

A. Es de dos ſylabas; la primera breve, la ſegunda luenga, como *Viros*, *domos*, *meos*.

B. Si tuviera la primera luenga, y la ſegunda breve, que ſeria?

A. Trocheo (*a*).

Si las dos luengas, Eſpondeo: ſi las dos breves, Pyrrichio. Senario ſe dize, porque ſe haze de ſeis pies. Trimetro, por que ſe haze con tre medidas contando de dos en dos pies una medida.

B. De quantas ſylabas es el pie, y todo el verſo?

A. Si no tuvieſſe mas de Eſpondeos, y Jambos, como es lo mejor, y mas comun de eſtos verſos, tendria doze ſylabas, porque ya diximos, que eſtos pies eran da cada dos ſylabas: pero en lugar de eſpondeos recibe datylos como los verſos heroycos, y eſtos ſon de tres ſylabas una luenga, y dos breves; y otro pie que llaman Anapeſto contrario del datylo que tiene dos ſylabas breves, y una luenga, como *dominos*, *minimas*. Dixo eſtar à parte otras licencias, y atrevimientos de Poetas. Pero lo mas ordinario deſtos verſos es, que como ſe miden de dos en dos medidas tres vezes, y cada vez tienen dos pies, el primer pie ſea eſpondeo, ò datylo, y el ſegundo jambo, como digamos, *magnos viros*; la palabra *magnos* es eſpondeo, la palabra *viros* jambo: eſto ſe haze tres vezes: pero tiene licencia el Poeta de poner jambo en lugar de eſpondeo, pero no al contrario, de rigor y uſo de buenos Poetas: y aſſi puede dezir *malos viros* que ſon dos jambos en lugar de *magnos viros*, que ſon eſpondeo, y jambo.

B. Baſtara eſſo que ponga ſeis pies deſſa manera, como diriamos que dixeſſe tres vezes *Magnos viros*: ò variando *Magnos viros*, *malos viros*, *magnos viros?*

A. No baſta, porque ſeria verſo ſin ceſura, y ſuena mal ahunque tenga ſus pies, y ſylabas de verſo.

B. Ya es eſſo otro embarazo: que es eſſa ceſura?

A. Una cierta coſa que ſe corta de la palabra con que ſe ata otra palabra, ò pie: como diziendo,

*Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo.*

*Muſa mi-* es datylo, ſobra *hi*, con la qual ſyllaba ſe ata el otro pie, diziendo *hi cau-* y ſobra otra ceſura *ſas memo-* ſobra otra *ra*: lo demàs va ſin ceſura.

B. Ya entiendo eſſo: pero no creia que era neceſſario en todo genero de verſo.

A. Sin mirar por eſtas ceſuras nadie haze verſo bueno, ſino a caſo. Dize Terencio,

*Obſequium amicos, veritas odium parit.*

*Obſequi* es datylo, *umami* es jambo, y ſobre la ceſura *cos*, la qual ſe junta con la ſylaba *ve*, y haze un eſpondeo, *ritas* es jambo, y no ſobra ceſura, *odium* es anapeſto, *parit* eſta por jambo, ahunque es pyrrichio, porque la ultima es indiferente en todo genero de verſo.

B.

*a* Ea quæ ſequuntur, longioribus deſcripta lineis, interpretari prætermiſit Andreas Schottus.

B. Eſta ſola manera de verſos hai en Terencio, y Plauto?

A. Eſte genero es el mejor: mas hai otras muchas maneras deſtos Jambicos añadiendo mas ſylabas, y hazen ſeptenarios y octonarios: y quitando ſylabas ſe hazen dimeos perfectos, y imperfetos. Pero hai otros verſos que llaman Trochaicos, eſtos van de otra manera que los Jambicos: y es grande error mezclar trocheos en los Jambicos, y poner Jambos en los Trochaicos.

B. V.S. me enſeñe un exemplo de Trochaicos.

A. El mejor Trochaico dizen que fue el que cantavan los Soldados en el triumpho de Ceſar:

*Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias.*

En eſte verſo van de dos en dos un trocheo, y un eſpondeo tres vezes, y para la quarta falta una ſyllaba, y tiene ſu ceſura en buen lugar. *Ecce* es trocheo la primera luenga, y la ſegunda breve, *Cæſar* es eſpondeo, *nunc tri* es trocheo, y ſirve de ceſura pues no haze pie de por ſi, y ſe junta con el principio de la otra palabra: lo demas va como dixe. Vengamos agora à nueſtra inſcricion: EVCHARIS LICINIAE. L. Si fuera de tiempos mas baxos puſiera la palabra *Liciniæ* dos vezes, porque aſſi la liberta, como la patrona ſe llamavan *Licinias*: como es coſa cierta, que todos los eſclavos ſiendo ahorrados tomaban el nombre de la familia de ſus amos como Tiron eſclavo de Marco Tullio ſe dixo Marco Tullio Tiron. De otra manera ſe pudiera eſcrivir, LICINIAE. Ɔ. L. EVCHARIS.

B. Eſſo querra dezir, *Licinia Cajæ liberta Eucharis*, ſegun lo que V. S. ha dicho à otro propoſito: pero yo no entiendo, porque es mejor lo que eſta en la piedra.

A. Porque da mas honra à ſu ama, no queriendo llamarſe como ella, ſino como ſe llamava antes Eucharis.

B. Que quiere dezir Eucharis?

A. Muy gracioſa, ò de buena gracia.

B. Al ſegundo renglon es verſo?

A. Parte de verſo: porque mas abaxo hai un verſo que comiença de la miſma manera.

C. En entrambas partes eſta ERODITA, no ſe dize mejor *Erudita*?

A. Yo creo que ſu origen es de *raudus*, y de alli vino *rodus*, como de *aula olla*, y de *Paullus Polla*: y de *rodus* viene *rudis* ahunque la ſylaba es breve, y de *rudis* viene *rudens*, y *eroditus*, ò *eruditus*.

C. *Raudus*, ò *rodus* que quiere dezir?

A. Feſto dize, que una piedra, ò pedazo de metal rudo, y imperfeto: y aſſi dezian en las compras, y mancipaciones, *Rauduſculo libram ferito*.

B. No entiendo las palabras OCVLE. ERRANTE.

A. Ha de emendarſe OCVLO. Parece que habla con los que paſſan por los ſepulcros leyendo letreros: y era muy comun hablar con los caminantes, ò foraſteros, como en el que traduze Ciceron de Simonides Griego ſobre los trezientos de

*Tuſcul. I.*

B. His ne Jambicis tantum verſibus ſunt uſi Plautus ac Terentius?

A. Optimum id quidem in Jambicis eſt genus, ſed variatur. Si enim pedem adiicias *Septenarius* erit, mox *Octonarius*. Eſt & aliud Trochaicorum genus, qui inverſis ambulant Syllabis, ſi longam brevis excipiat locis imparibus. Hinc vitioſe Trochæus Jambi loco, ac præpoſtere collocabitur utrobique.

*Trochaici.*

B. Exemplum cedo Trochaicorum.

A. Optimus ille putatur, quem in Julii Cæſaris triumpho milites, ut ſolent, occinebant, teſte Suetonio in Cæſare, cap. XLIX.

*Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias.*

Trochæus hic paribus ſedibus ſpectatur, alternante Spondeo. Ad Inſcriptionem, quæ eſt in manibus, revertamur: EVCHARIS LICINIÆ L. Si ſæculo inſequenti poſita eſſet Inſcriptio, ævo ſequiore, geminaſſet vocem LICINIÆ: ſic enim appellata & domina eſt & liberta. Solent enim ſervi jam manumiſſi herilis familiæ nomen induere, ut Tiro M. Tullii Ciceronis libertus dictus eſt M. Tullius Tiro. Scribi etiam hoc modo potuit: LICINIA. Ɔ. L. EVCHARIS.

*Dial. IX.*

B. Hoc eſt: *Licinia Cajæ Liberta Eucharis*, ut nuper a Te alia de cauſa explicatum memini. Sed cur in lapide rectius ſit non equidem aſſequor.

A. Quod eam ſic magis honoret, nomen illius non mutuata, ſed ſuo uſa Eucharis.

B. Quid hoc, quæſo, Græcis ſonat?

A. *Gratia præditum* ſignificat.

B. Secundus verſus eſt ne carmen: DOCTA ERODITA?

A. Pars ejus eſt: ſtatim enim non longe in verſibus reperitur.

C. Sed utrobique ERODITA lego: nonne rectius ERVDITA dixerit?

A. Vocis originem derivat, opinor, a *Raudus*, unde *rodus*: ut ab *aula* fluxit *olla*, a *Paulla Polla*, & a *rodus rudis*, etſi hic prima eſt ſyllaba brevis, & a *rudis rudens*, & *Eroditus*, ſeu *Eruditus*.

C. *Raudus*, vel *Rodus*, quid ſignificant?

A. Feſtus Pompejus ſegmina ait eſſe rudis metalli & impoliti. Unde in emptionibus & mancupiis formula manavit: *Rauduſculo libram ferito*.

*Formula vetus.*

B. Non aſſequor illa: OCVLE ERRANTE.

A. Nil mirum. Reſcribendum enim auferendi caſu OCVLO. Compellare enim eos videtur, qui ſepulcrorum titulos legendo oberrant, in quibus & *Hoſpites*, & *Viatores* appellare ſoliti. Exemplis id manifeſtum erit. Cicero enim ex Si-

*Cicero Tuſcul. I.*

UNED

Simonide Græco vertit Epitaphium trecentorum Laconum, qui duce Leonida ad Thermopylas pro patria, Xerxis exercitum arcendo, ceciderunt:

*Dic, hoſpes, Spartæ, nos te hic vidiſſe jacentes.*
*Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.*

Et in Q. Ennii Epitaphio apud eundem Tullium,

*Aſpicite, o cives, ſenis Enni imaginis formam:*
*Hic veſtrum panxit maxima facta patrum.*

Agell. lib. 1. cap. 24. Item in Pacuvii Poetæ apud Agellium tumulo:

*Adoleſcens, tametſi properas, hoc te ſaxum rogat,*
*Ut ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt legas.*
*Hic ſunt Poetæ Pacuvii Marceſita*
*Oſſa: hoc volebam, neſcius ne eſſes. Vale.*

In alia quoque Inſcriptione, de qua mox erit dicendum, ſcriptum videas:

*Hoſpes, quod deico paullum eſt, aſta, ac pellege.*

Apud Valerium quoque Catullum in Faſelo:

*Faſelus ille quem videtis hoſpites.*

B. Utile ſane id genus titulos & verſus audire, & collectos, ut quis cum uſus eſt, imitetur, ad manum habere. TITVLI hic nomen pro *Inſcriptione* forte adhibuit?

A. Ita opinor.

C. Rectene ſcriptum PARENTEIS?

A. Non opinor, ſed reponendum exiſtimo gignendi caſu PARENTIS, expuncta E tametſi non facile dixero quis hic ejus parens, qui tituli ſumptus fecerit.

B. Rectumne illud: VBEI. SE. RELIQVIÆ, &c.

A. Neque ſententia conſtat, nec verſus. Neque enim VBEI, ſi ad titulum referas, rectum eſt, quia reliquiæ non in titulis, ſed in tumulis collocari ſolitæ. Accipiendum itaque de titulo tumuli, cui includebantur oſſa, & cineres. Neque pronomen SE hic quadrat, non enim ipſana ſe ipſa condebant in tumulo. Adhæc & in ſyllabas impingo, Emendandum itaque cenſeo: VTEI RELIQVIAS. CONLOCARENT. CORPORIS.

B. Placet hæc felix tua conjectura. Sed quid HEIC hoc quidem loco ſignificat?

A. Pro in hac re perſona. (*Quid ſi* HEI *reponas?*)

B. Faceſſit negotium & illud: GLORIAM CONSCENDERET.*

* Forte *Ad gloriam contenderet*, Leg.

A. Mihi quoque diſplicet. Forte hoc ſignificat, cum ætate creviſſe & gloriam. GLORIA rectius foret, ſed ultima nominandi caſu corripitur, quæ eſſe productior debet, ut in auferendi caſu.

B. Quid ſi GLORIA pro *cum Gloria?*

A. Durum & id profecto.

C. Rectene ſcriptum video PÆNE, cum diphthongo?

A.

de Lacedemonia que murieron en las Termopylas con Leonidas ſu Capitan:

*Dic hoſpes Spartæ nos te hic vidiſſe jacentes,*
*Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.*

y en el epitafio de Ennio que Ciceron refiere:

*Aſpicite, ò cives, ſenis Enni imaginis formam.*
*Hic veſtrum panxit maxima facta patrum.*

y en el de Pacuvio que refiere Aulo Gellio: Lib.1.c.24.

*Adoleſcens, tametſi properas, hoc te ſaxum rogat,*
*Ut ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt legas.*
*Hic ſunt Poetæ Pacuvii Marceſita*
*Oſſa: hoc volebam neſcius ne eſſes: vale.*

Aſſi tambien en otro de que luego hablaremos eſta eſcrito:

*Hoſpes, quod deico paullum eſt, aſta, ac pellege.*

y en Catullo en una dedicacion de un barco, ò navio:

*Faſelus ille, quem videtis hoſpites.*

B. Todos eſſos verſos es gran plazer oillos, y tenellos juntos por mueſtra: para que otros los puedan imitar. La palabra TITVLVM eſta por letrero, y inſcricion?

A. Yo aſſi lo creo.

C. La palabra PARENTEIS eſta bien?

A. Yo creo que no, ſino que havia de eſtar ſin E PARENTIS en ſegundo caſo: ahunque no ſe entiende quien fueſſe eſte ſu padre que le dio la coſta del letrero.

B. VBEI. SE. RELIQVIÆ, &c. eſta bien?

A. No me contenta ni el verſo, ni la ſentencia. La palabra *Ubei* ſi ſe refiere al titulo parece que no quadra, porque en el titulo no ſe ponen las reliquias, ſino en el tumulo: podremos dezir que entiende del titulo del tumulo donde las reliquias havian de eſtar. La palabra *Se* tampoco me contenta, porque las miſmas reliquias no ſe entierran à ſi miſmas. En las ſylabas del verſo tambien tropiezo: y aſſi penſaba que ſe havria de eſcrivir, VTEI RELIQVIAS. CONLOCARENT CORPORIS.

B. Mas me agrada de eſſa manera. Que ſentido haze la palabra HEIC?

A. En eſto, ò en eſta perſona.

B. GLORIAM. CONSCENDERET. no entiendo.

A. Ni à mi me agrada: quiça quiere dezir que la edad hizo que ſubieſſe ò crecieſſe juntamente la gloria. *Gloria* eſtaria mejor, pero no puede eſtar en primer caſo, porque es la A breve, y ha de ſer luenga como en Ablativo.

B. Y ſi fueſſe ablativo eſtaria GLORIA por *cum Gloria?*

A. Dura coſa es.

C. La palabra PÆNE eſta bien?

A.

A. No puede eſtar de otra manera, y aſſi eſta ſiempre en los Digeſtos de Florencia. B. Porque no dice V. S. en las Pandectas? A. Porque me he arrepentido de haverlas llamado hembras otro tiempo no lo ſiendo.

B. Nuevo eſcrupulo es eſſe: pero en lengua Eſpañola bien ſe ſufre dezir las emblemas de Alciato, y las paradoxas de Ciceron, y las problemas de Plutarco.

A. Todo eſſo me parece mal, y peor las Pandetas, ò la Pandeta como dizen los Medicos.

B. Que ſentido hazen aquellos dos verſos, QVÆ. MODO. NOBILIVM &c. ET. GRÆCA. IN SCÆNA &c.

A. Parece que eſta muger era buena cantora, tanto que en unos juegos publicos que ciertos Romanos nobles hizieron, canto en el choro muy bien; y repreſentandoſe una comedia Griega que llamavan *palliata*, por ſu gentileza, y ſaber ſalio à repreſentar, lo que primero no ſe uſava.

C. La palabra *Scæna* eſta bien eſcrita?

A. Dizen Gramaticos que ſi, ahunque ſea palabra Griega ϹΚΗΝΗ.

B. Que es comedia Griega palliata?

A. Todas las comedias de Plauto, y Terencio ſon Griegas, y palliatas: porque las mas, ò todas ſon traducidas, ò imitadas de Griegos, y ſe repreſentavan con veſtidos dellos, porque ſe fingia que aquellos caſos havian acahecido en Grecia, y porque los Griegos uſavan de pallio que era el veſtido de encima, como los Romanos de togas; por eſſo ſe llaman Griegas, y palliatas. Mas Afranio, y Titinio, y algunos otros hizieron comedias togatas, y preteſtas, en las quales los perſonages andavan veſtidos à la Romana con togas, y preteſtas, y las preteſtas no ſon tragedias como dize Eſcaligero, ſino comedias de amores de perſonas que andavan con ellas.

B. Que coſa eran los choros de las comedias, y tragedias?

A. El nombre que da hoy en las Igleſias, que ſe llama choro donde eſtan los clerigos, porque alli ſe canta: y en los bailes de mucha gente llaman corro, como quando dizen, *Baylo bien, y echaiſme del corro*: y dello viene corillo de otras perſonas ahunque no bailen ni canten. En las comedias antiguas havia choros como en las de Ariſtophanes: mas en las de Plauto, y Terencio, porque eran tomadas de las que llamavan los Griegos comedias nuevas, no hai choros. Hai en Ariſtophanes unos choros que no dizen palabras formadas ſino otros cantos, ò ruidos, como haze choros de ranas, y de aves. Otros choros ſon de hombres, y mugeres, como tambien en los tres Poetas Tragicos que tenemos Eſchylo, y Sophocles, y Euripides Griegos, y un Latino Seneca.

A. Recte, nec aliter ſcribi poteſt, itaque ſcriptum perpetuo vidi in membranis a me comparatis Pandectarum Florentinorum, *quem nunc librum maſculino non ſequiore genere* Florentinarum *efferri oportere didici, & * docui.*

* *In Indice propriorum nominum in Pandectis.*

B. Novus & hic ſcrupulus eſt ac nodus. Sed Hiſpanis noſtris familiare neutra feminino efferre genere, ut *Paradoxa* Ciceronis, *Problemata* Ariſtotelis, ac Plutarchi, atque Alciati *Emblemata*.

A. Mihi non placet, ut nec Pandectus, aut Pandecta, Pandectæ cum Medicis dixerim.

A. Hæc quid ſignificant: QVÆ. MODO. NOBILIVM, &c. ET GRÆCA IN SCÆNA?

A. Pſaltricem fuiſſe apparet egregiam, ut publicis in ludis a Romanis nobilibus datis in choro cecinerit venuſte: adhæc in Græca Comœdia, quam *palliatam* idcirco nominabant, perſonam ſuſtinuerit, quod tum inuſitatum erat maxime.

C. SCÆNA rectene cum diphthongo ſcribitur? *Scæna.*

A. Affirmant Grammatici *veteres, ut Priſcianus.* Græca licet ſcriptura ϹΚΗΝΗ *negat, ac * recentiores.*

B. Quænam *Comœdia Græca palliata?*

A. Plautinæ omnes ac Terentianæ Comœdiæ Græcæ ſunt, & *Palliatæ*, propterea quod omnes, aut certe pleræque expreſſæ e Græcis, & Græco agebantur habitu, fingebantur res in Græcia geſtæ. Deinde quia pallio Græci veſte extima utebantur, ut Romani toga: hinc *Græcæ dictæ* & *Palliatæ.* Africanus autem & Titinius, ceterique *Togatas* fecere Comœdias, & *Prætextatas*, in quibus actores Romanorum ritu & togis utebantur, & prætextis. Neque enim *Prætextatæ* ſunt appellandæ Tragœdiæ, ut cenſuit Julius Scaliger, ſed Comœdiæ, a prætexta, qua induti actores.

* *Dion. Lamb. in 2. Catil. Cicer. Pet. Victorius lib. XVII. Variar. lect. cap. 23.*

*Palliatæ & Græcæ. Togatæ & Prætextæ.*

B. Chori Comœdiarum & Tragœdiarum quales erant? CHORI.

A. Nomen hodieque in templis durat Sacerdotum alternis canentium, item in choreis gentium multarum & canentium, uno præcinente: Quo modo pene Hiſpani colloquentium inter ſe circulos *Corros* nominant, unde natum Proverbium *Baylo bien, y echaiſme del corro*, ex eo eſt diminutivum *corrillo* hominum etiam non ſaltantium. In veteri Comœdia *Chori* olim erant, ut in Ariſtophane, ſed nihil apud hunc ſerii loquuntur, ſed ſonos edunt, ut ranarum coaxantium, aviumque chori. In Plauto vero ac Terentio, quia factæ ſunt e Comœdiis, ut Græci nominant novis, choris carent. Alias, chori ſunt virorum ac feminarum, ut in Tragicis tribus principibus Poëtis Æſchylo, Sophocle, & Euripide, Græcis, & Latinorum uno Seneca Tragico.

B. Erant ne canentium tantum virorum feminarumque chori: an aliarum etiam perſonarum?

A. Ut plurimum perſonæ erant ejus loci, ubi agi fingebant drama: itaque Dorica plerumque dialecto in choris ſunt uſi, qui craſſior erat vulgi ſermo: in ceteris vero extra choros Attici ſunt, & venuſti: partiebantur interdum bifariam, qui ſemichori dicti, & actores ſeu perſonas, quæ inducuntur in Comœdia aut Tragœdia, viciſſim colloquuntur. Interdum uno in loco ſimul ſtant, cantillantque ſententias de re qua tunc agitur, bonos laudando, malos vero vituperando. Oſtendendo interea, juſtum eſſe Deum, qui de improbis pœnas exigat; aliaque tractant, de quibus in Arte Poetica Horatius.

B. Audivi, cum dicerent, tibiis uſos inter agendum: & initio Comœdiæ cujuſque Terentianæ fere adſcriptum *Tibiis paribus*, *imparibus*; *dextris*, *ſiniſtris*; *Sarranis*, quæ quaſi Hebræa eſſent, non intelligo.

*Tibiæ dextræ, ſiniſtræ.*

A. Ut nec ego: legi tamen in Ciceronis I. Tuſculana: *Non intelligo quid metuat, cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.* Loquens de principe actore Tragœdiæ. Hinc & ex aliis auctorum locis tibias inflaſſe dum agerentur Comœdiæ aut Tragœdiæ, certo didici. Spectatur adhæc in Nomiſmatis, aliiſque Antiquitatis monumentis, tibiis ita ceciniſſe, ut ſingulæ manus tibias continerent, ſimulque inflarent.

B. Tibiæ iſtæ an æquales?

A. Imo inæquales plerumque, & altera manu delicatiorem ac breviorem, altera longiorem craſſioremque tenebat. Unde & *dextra* dicta *tibia*, aut *ſiniſtra*, a manu quæ eas regeret. Notum quoque C. Plinii verbis, aſſerentis craſſiores arundines ſiniſtris, tenuiores dextris regi.

*Plin. lib. XVI. Nat. Hiſt. cap. 36.*

B. Clarum itaque omnibus erit cur dictum *tibiis dextris*, *tibiis ſiniſtris*; *paribus aut imparibus*. Sed quid *Sarranæ* ſunt?

A. A Tyro quidam derivant, alii a Carthagine, quo modo & Atilii Reguli filius dictus eſt Atilius Sarranus, quod Reguli Carthaginienſium ſervi filius eſſet.

B. Illud nunc quærendum, cur Comœdiæ nunc hoc, nunc illo tibiarum genere fierent.

A. Ex Comœdiæ qualitate ajunt, aliæ gratioſæ, graves aliæ, quædam etiam multorum actorum, paucorum aliæ. Interdum de amoribus, vel alia quavis de cauſſa. Arbitrio itaque Poetæ has, aut illas inflabant tibias.

B. Verſus hic *Infiſtæ Parcæ*, *&c.* mendoſus apparet, & obſcurus.

A. INFISTÆ pro *infeſtæ*, quod uſitatum magis, & mox in extremo CARMINA, non *carmine* legendum.

B.

B. Eran los choros de ſolos cantores, y cantoras, ò de otras perſonas?

A. Lo mas ordinario era hazer perſonas comunes de algun lugar, donde ſe fingia que ſe repreſentava: y aſſi hablan Doricamente en los choros, porque era hablar mas groſſero: lo demàs es hablar elegante, y Attico. Partenſe algunas vezes en dos partes que ſe dizen dos ſemichoros, y hablan con los otros perſonages de las tragedias, ò comedias. Otras vezes ſe eſtan quedos en un lugar, y dizen algunas ſentencias à propoſito de lo que ſe repreſenta alabando los buenos, y vituperando los malos, y moſtrando como Dios es juſto que caſtiga los ruines, y aſſi dizen otras coſas de las quales trata Horacio en el Arte Poetica.

B. Oido he decir que tañian flautas mientras ſe repreſentava, y en los principios de las comedias de Terencio eſta, *Tibiis paribus*, *imparibus*, *dextris*, *ſiniſtris Sarranis*, que es para mi algaravia.

A. Y para mi tambien: pero en Ciceron ſe lee en las Tuſculanas: *Non intelligo*, *quid metuat*, *cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam*: hablando de un perſonage principal de tragedia: y aſſi por eſſos, y otros lugares de diverſos autores tengo por cierto que ſe tenian flautas mientras ſe repreſentava la comedia, ò la tragedia. Allende deſſo por lo que ſe vee en medallas, y en otras antiguallas las flautas ſe tañian deſta manera, que un hombre tenia en cada mano una flauta, y juntamente las tañia.

B. Eran eſſas flautas iguales, y ſin differencia?

A. Ordinariamente eran deſiguales, y con la una mano teñian las mas delgada, y mas corta, y con la otra la mas larga, y màs grueſſa, y la una llamavan *dextra*, y la otra *ſiniſtra*, porque aquella mano las tañia. Veeſe por lo que dize Plinio, que de las mas grueſſas cañas ſe hazen las flautas hizquierdas, y de las delgadas las derechas.

B. Segun eſſo bien ſe entiende porque ſe dize *tibiis dextris*, ò *tibiis ſiniſtris*; y *paribus*, ò *imparibus*; pero que es *Sarranis?*

A. Unos dizen de Tyro, otros de Cartago: y aſſi dixo un hijo de Atilio Regulo *Atilio Sarrano* por ſer hijo de Regulo eſclavo de Cartagineſes.

B. Queda de ſaber porque mas unas comedias ſe hazian con una manera de flautas que con otras.

A. Dizen que por la calidad de las comedias, unas mas gracioſas, otras mas graves; unas de muchos perſonages, otras de pocos; unas de amores, otras de otras coſas: y aſſi ſegun el juizio del Poeta hazia que tañeſſen de una manera, ò de otra.

B. El verſo *Infiſtæ Parcæ &c.* parece que eſta mentiroſo, ò eſcuro.

A. INFISTAE eſta por *infeſtæ*, que es mas uſado, y la poſtrera palabra ha de ſer CARMINA, y no *carmine*.

B.

B. La palabra DEPOSIERVNT no eſta errada?

A. Yo no la mudaria, porque algunos antiguos como Marco Caton dezian *Poſiuerunt*: mas claro ſeria dezir, *depoſuerunt*.

C. LETO IACENT eſta bien?

A. La eſcritura de *Letum* eſta en eſta piedra muchas vezes, y eſta bien: la elocucion es mas de Poetas que de Oradores, como tambien la del otro verſo que dize,

*Et anteceſſi genita poſt leti diem:*

que eſta por dezir:

*Et ego genita poſtea anteceſſi leti diem.*

B. Como ſe ſirve muchas vezes deſſa palabra *letum*.

A. Mejor fuera que variara con otras maneras de dizir. Tambien es Poetico *Bis hic ſepteni* por catorce, y la palabra *Ditis* por Pluton: el poſtrer verſo eſta en lugar de lo que ſe dice en muchos epigramas, S. T. T. L. *Sit tibi terra levis*.

B. Que es lo que querian dezir con eſſas palabras? entendian que havian de reſucitar?

A. Lexos eſtavan de creerlo: como ſe vee en los Actos de los Apoſtoles, que quando ſan Pablo hablo algo de la reſurrecion en Atenas, ſe burlaron del.

B. Pues porque lo dizen?

A. Porque no eſten como los gigantes con montañas acueſtas, que imaginavan que eſtavan con gran pena de aquella manera: tambien ſe temen de eſtar muy dentro de la tierra donde eſta el infierno. Vengamos à la otra inſcricion, la qual yo no he viſto: pero copias dellas hai muchas, y Aldo dize que eſta cabe la puente Geſtia:

B. Verbum DEPOSIERVNT an corruptum?

A. Equidem non mutarim. Antiqui enim, ut M. Cato, priſcarum affectator vocum, *Poſiuerunt* dicebant, melius tamen fuerit *depoſuerunt*.

C. LETO IACENT an probe habet?

A. *Letum* ſæpius hic ſcribitur, & recte. Phraſis autem Poetarum potius eſt, quam Oratorum, ut & inſequentis verſus: *Letum, pro Morte.*

*Et anteceſſi genita poſt leti diem:*

quaſi diceret:

*Et ego genita poſtea anteceſſi leti diem.*

B. Sæpius hic utitur *Leti* voce.

A. Quanto rectius formam dicendi variaſſet? Poeticum & illud *Bis hic ſepteni* pro quatuordecim, & *Ditis* vocabulum pro Plutone. Ultimus verſus pro illis collocatur quæ in Epitaphiis frequenter occurrunt: S. T. T. L. hoc eſt: *Sit tibi terra levis*.

B. Quid hac formula precabantur? an ut reſurgerent?

A. Nihil minus credebant, ut ex Actis Apoſtolorum diſcimus: prædicante enim Paulo Athenis de corporum reſurrectione irridebant. *Act. 17. verſ. 32.*

B. Quid igitur ſignificat?

A. Ne, ut gigantibus, montes Ætnâ graviores illis imponantur, ſub quibus moleſte jacere fingebant: adhæc nimis in terra profunda jacere, ubi inferorum locus eſt, nolebant. Ad alteram veniamus, quam non ipſe legi, ſed deſcriptam vidi, & Aldus Manutius ad portam Geſtiam legi Romæ affirmat: *Matronæ honeſtæ.*

HOSPES. QVOD. DEICO. PAVLLVM. EST. ASTA. AC. PELLEGE
HEIC. EST. SEPVLCRVM. HAV PVLCRVM. PVLCRAI. FEMINÆ
NOMEN. PARENTES. NOMINARVNT. CLAVDIAM
SVOM. MARITVM. CORDE. DILEXIT. SOVO.
ET. GNATOS. DVOS. CREAVIT. HORVNC. ALTERVM
IN. TERRA. LINQVIT. ALIVM. SVB. TERRA. LOCAT
SERMONE. LEPIDO. TVM. AVTEM. INCESSV. COMMODO
DOMVM. SERVAVIT. LANAM. FECIT. DIXI. ABEI.

B. Mas grave parece eſte epigrama que el paſſado.

A. No es maravilla, porque en eſte ſe habla de una muger honeſta que mirava por ſu caſa, y hilava y en el otro de una moza cantora que ſalia à repreſentar farſas. Los verſos ſon aquellos mejores: en eſtos hai alguna licencia de aquellos tiempos: como es en el primer verſo que todos los pies ſon eſpondeos ſino el poſtrero.

B. *Deico*, y *Paullum* tienen buena ortographia?

A. Muy buena, ahunque Terenciano es de opinion que no ſe eſcriva *Deico*; ni *Feido*, porque no tienen E como *Eitur* que viene del verbo *Eo*, ſon opiniones de Gramaticos. El *Paullum* ſe confirma con muchas medallas que tienen PAVLLVS, y algunas piedras; y deſte *Paullus* viene *Polla*, como de *aulla olla*. No eſtoi tan contento del eſcrivir *Aſta*, *ac pellege*: porque yo quiſiera que eſtuviera *Adſta*, *ac perlege*, apellemos para el original.

B. Gravior ſane hæc Inſcriptio priore.

A. Quid mirum? Poſita enim matronæ honeſtæ, rei familiaris ſtudioſæ, colum tractanti, in altera vero de pſaltria puella, quæ & in ſcenam prodiret. Illius verſus ſunt meliores, in his licentia quædam temporum illorum, ut in verſu primo e meris ſpondeis, excepta ſede ultima.

B. *Deico* & *Paullum* rectene ſcribuntur?

A. Recte, etſi Terentianus contra ſentit, negatque *Deico* aut *Feido* ſcribendum, quæ littera E caret, quæ in *Eitur* reperitur a verbo *Eo*. Grammaticorum ea mens eſt, in *paullum* geminant LL. nummi complures inſcripti PAVLLVS; lapides quoque litterati. *Paulla Polla* derivata, ut ab *Aula Olla*. Non perinde mihi placet hic ſcribi *Aſta ac pellege* equidem malim *Adſta*, ac *perlege*. Sed ad exemplar ipſum provocemus.

B. *Heic eſt ſepulcrum.* Bis hic peccatum videatur: *Heic* pro *hoc* & ſine H *ſepulcrum.*

A. Heic pro *hoc loco* dictum: altera vox ſine ſpiritu melius, ut auctor eſt Cicero, quod ad ſua uſque tempora duraſſe ait, neque uti voluiſſe donec omnibus uſitatum videret, *ne* (ut M. Varro ait) *duabus conſonantibus media intercederet aſpiratio; quod minime rectum antiquis videbatur. Unde & ſepulcrum hodieque manet, quod ſit ſeorſim a* pulcro, *propter recordationem doloris.* Quo etiam hoc in Epitaphio alluſum video, eamque regulam obſervaſſe ne in media dictione poſt conſonantem poneretur aſpiratio, recteque ſcriptum, *pulcrum* & *pulcrai* ſine H.

*Varro apud Cariſium lib. 1. Grammat.*

B. *Pulcrai*, duarum ne an trium eſt ſyllabarum vox?

A. Diſſyllabam potius exiſtimo, ut *pulcræ*: quo diphthongo uſus etiam Maro eſt, in *Aulai*, & ſæpius Lucretius, & Q. Ennius dixit: *Rex Albai Longai*, & fere diphthongum AI dividunt. Notavit P. Nigidius apud A. Gellium *hujus terrai* ſcribendum & non *huic terrai*, ſed terræ, item *mei* pro *mihi*, & non *mei homo*, ſed *mi homo.*

*A. Gell. lib. XIII. cap. 24.*

C. Eruis profecto nec audita prius, nec viſa.

A. Linguis nimirum id uſu venit, quod veſtibus, quæ temporibus variantur, ut nunc longus placeat amictus, nunc brevior, vices alternando: & recte Comicus: *Nihil dictum quin dictum ſit prius*; & Sapientiſſimus: *Nihil novum ſub ſole.*

*Terent. Enuchi prologo.*
*Eccleſ. 1. 10.*

B. Vocabulum HAV, rectene habet?

A. Equidem dubito, ſcriptumque arbitror, *Haut*, vel *Haud*.

B. Vox *feminæ* nunquid in I ſecundum Nigidium terminanda?

A. Maxime, ſed hujus auctor verſus dicto audiens non fuit.

B. Multi ſcribunt *Fœmina*, alii *Fæmina*: utri melius?

A. Si hanc ſequaris lapidis inſcriptionem, neutra eſt littera A vel O opus: quod & alia vetuſtatis, ut opinor, probant monumenta, & *Pandectæ Florentini; a fetu etiam litteratores derivant, ut Varro apud A. Gellium, & hoc vocabulum a ferendo Naſo in Faſtis.*

*A. Gell. lib. XVI. cap. 12.*
*Ovid. lib. III. Feſt.*

B. *Claudiam* iſtam an cognoſcis?

A. Minime vero, ut nec *Liciniam* illam libertam, cui ſuperiores ſunt verſus poſiti. Oportuit mariti nomen, aut liberorum apponi, quo melius cognoſci poſſent.

B. Cur ſcriptum video *ſuom*, & *ſouo*, & non *ſuum* vel *ſuoum*, & *ſuo* vel *ſuoo*?

A. Rationem citra exceptionem adferre non poſſum: illud tantum, ideo fortaſſe *ſuum* ſcribere noluiſſe, ne a ſuibus derivatus caſus videretur, & obſervo VV. ne geminarent caviſſe, ut cum de *Divos* pro *Divus* ſermo eſſet, admonui.

*Dial. VI.*

B. *Creavit* non uſitata hic notione poſitum opinor.

A.

B. *Heic eſt ſepulcrum* parece que tiene dos errores en decir *Heic* por *Hoc*, y el poſtrer nombre ſin H.

A. *Heic* eſtà por *Hoc loco*: la otra palabra ſe eſcrive mejor ſin H ſegun dice Ciceron que era uſo de los Romanos haſta ſu tiempo, y que el no lo ſolia uſar haſta que viendo que todos lo uſavan lo uſo, y la regla que el ſeguia primero era de no poner H en medio de la palabra tras conſonante: y aſſi eſtan bien las otras palabras *Pulcrum*, y *Pulcrai* ſin H.

B. Eſſa palabra *Pulcrai* es de tres ſyllabas, ò de dos?

A. De dos ſyllabas, como *Pulcras*. Uſa Vergilio deſte diphthongo en *Aulai*, y Lucrecio muchas vezes, y creo que Ennio dize, *Rex Albai Longai*: y ordinariamente hazen dos ſyllabas el AI. Nota Publio Nigidio ſegun refiere Gellio, que *hujus terrai* ſe ha de eſcrivir, y no *huic terrai* ſino *terræ*: y que *mei* por *mihi*, ſe eſcriva, y no *mei homo* ſino *mi homo.*

C. Vueſſa S. deſentierra muchas coſas nunca oidas ni viſtas.

A. Eſto de las lenguas es como lo de los trages, y maneras de veſtir, que un tiempo hazen cortos los veſtidos, y otro largos, y deſpues tornan à los cortos, y deſpues à los largos. *Nihil dictum, quin dictum ſit prius*, dize Terencio: y el mas ſabio, *Nihil novum ſub ſole.*

B. La palabra HAV eſta bien?

A. Yo lo dudo: y creo que en el original eſte *Haut*, ò *Haud*.

B. La palabra *Feminæ* no havia de acabar en I ſegun Nigidio?

A. Verdad es: pero no lo oyo bien el que eſcriviò eſtos verſos.

B. Muchos eſcriven *fœmina*, y otros *fæmina*: quales aciertan?

A. Segun eſta piedra no ha de tener A ni O, y creo que ſe confirmara con otras antiguallas eſta eſcritura.

B. Sabeſe quien fueſſe eſta Claudia?

A. Yo no ſe nada della, como ni tampoco de la Licinia de los verſos paſſados: y deviera poner el nombre de ſu marido, ò de ſus hijos, para que ſe tuviera alguna mas noticia della.

B. Porque eſcrive *Suom*, y *Souo*, y no *Suum*, ò *Suoum*, y *Suo*, ò *Suoo*?

A. No puedo dar razon baſtante, pero creo que *Suum* no querian eſcrivir por miedo de que no parecieſſe nombre de puercos: y tambien veo que hujan de dos VV, como tratamos hablando del uſo de *Divos* por *Divus*.

B. El verbo *Creavit* parece poco uſado como aqui eſta.

A.

UNED

A. No quiere dezir criar, ſino produzir.

B. HORVNC eſta bien por *Horum*?

A. Creo yo que ſe uſava antiguamente, y que ſe hallara en comedias.

B. *Inceſſu commodo* contenta à V. S?

A. No por cierto, ni *Lanam fecit*, pero algo havemos de ſuffrir.

Agora quiero hablar de otros letreros de antiguos Romanos: y ahunque no ſea cierto que ſe hicieſſen en eſtos tiempos: y mas ſoſpecho que los hizo hazer Auguſto Ceſar, ò Trajano, y pareceme haverlo leido, que hizieron ellos hazer letreros à muchas eſtatuas que puſo cada uno dellos en ſu foro: ſon tan elegantes, y breves, y tratan de perſonas tan ſeñaladas, que merecen eſtar en buen lugar donde quiera que ſe hallen. El primero es de Valerio Publicola, y eſtava en caſa del Cardenal Mafeo, donde yo le vi:

P. VALESIVS. VOLESI. F.
POBLICOLA.

Deſpues dizen que ſe hallo otro con eſtas letras en Roma:

P. VALESIVS. VOLESI. F.
POPLICVLA.
IOVI. IVNONI.
SAC.
P. PETRON. RESTITVIT.

El linage de los Valerios que primero ſe llamaron Valeſios, como los Furios Fuſios, y los Aurelios Auſelios, fue de los mas principales de Roma: y deſde el primer año que huvo Conſules haſta el tiempo de Tiberio Ceſar huvo muchos, y muy ſeñalados hombres dellos. Vinieron del lugar Curios de Sabinos de donde ſalio el Rey Tito Tatio que reino con Romulo, y traxo conſigo muchos Sabinos à Roma deſpues del robo de las Sabinas, del qual hai un roverſo en las medallas de Titurio Sabino. Cuenta Valerio Maximo la ocaſion que dio el primero deſte linage à los ludos ſeculares, y parece que ſeñala que por aquella ocaſion vinieron à Roma, y ſe llamaron de aquel nombre. Siempre fueron los Valerios ahunque Patricios favorecedores del pueblo, deſde eſte Publicola, que alcanço eſte ſobrenombre por lo que hizo en ſu primer conſulado en favor del pueblo.

B. La una piedra le llama Poblicola, y la otra Poblicula, y V. S. Publicola, como ſe dize comunmente: porque hai tanta variedad?

A. Yo creo que primero le dixeron Popliculo por diminucion como Publico pequeño, deſpues, deſſotras maneras: y à otros parece que viene de *colendo* como *accola*, y *incola*: y aſſi como dixeron Publico en lugar de Poblico, han mudado el nombre en Publicola.

B. Que es en la ſegunda piedra que ſe añade *Jovi Junoni Sac.* y lo demas?

A. Yo creo que Publio Petronio hallo una piedra antigua muy conſumida, donde eſtavan todas las otras letras, por las quales parecia que el dicho Publicola havia conſagrado, ò dedicado à Jupiter, y Junon aquella piedra.

B. Como dizen?

A. Non hic condere aut educare ſignificat, ſed parere.

B. HORVNC, rectene pro *Horum*?

A. Antiquitus uſitatum arbitror, & in Comœdiis priſcis occurret.

B. Placetne illud *inceſſu commodo*?

A. Nequaquam, ut nec illud *Lanam fecit*, ſed ſunt toleranda quædam. Libet nunc alios exhibere titulos Romanorum perveteres, etſi non conſtet aurei illius eſſe ſæculi Ciceronis, ſed ſuſpicor Auguſtum, vel Trajanum poni juſſiſſe, quos Inſcriptiones ſtatuis in foro ſubjeciſſe legere alibi memini. Elegantes adeo ac breves ſunt, ac de illuſtribus agunt perſonis, ut quovis honeſto loco ſpectari merito poſſint. Prima eſt Valerii Publicolæ, quam olim in ædibus Cardinalis Maffæi ipſi vidimus: *Valerii Poplicolæ.*

P. VALESIVS. VOLESI. F.
POBLICOLA.

Poſt reperta eadem Romæ, ſed major:

P. VALESIVS. VOLESI. F.
POPLICVLA.
IOVI. IVNONI.
SAC.
P. PETRON. RESTITVIT.

*Valeriorum* familia (primum dicta *Valeſiorum* per S, ut *Fuſii* qui poſt *Furii*, & *Auſelii* poſt *Aurelii*) Romæ inter principes exſtitit, & a primorum Conſulum temporibus ad Tiberii uſque Cæſaris ætatem viros domi militiæque claros extulit. Curiis Sabinorum Romam commigrarunt, cum Titus Titius una cum Romulo regnavit, multoſque Sabinos in urbem adduxit poſt Sabinarum raptum: cujus raptus imago viſitur in *Titurii Sabini* nummis [*]. Valerius autem Maximus hanc gentem refert Ludis occaſionem dediſſe Sæcularibus, qua etiam de cauſſa Romam venerint, nomenque induerint. Fuere autem *Valerii*, etſi Patricii eſſent, plebis ſtudioſi, jam inde ab hoc Publicola, qui hoc ſibi nomen primo Conſulatu, quod populum coleret, invenit.

(*) *Tab.* LX. 2. *Valer. lib.* II. *cap.* 4.

B. Alter lapis Poblicola præfert, alius *Poplicula*, & nunc *Publicola*, ut vulgo fit, pronuncias. Unde hæc varietas?

A. Suſpicor primum *Popliculum* dictum, diminuta forma, quaſi *Publico parvo*, & mox variatum: a *colendo* autem derivant alii, ut *Accola* & *Incola*. Et ſic ut *Publicum* pro *Poblicum* dicere cœperunt, ita & *Publicola* dici cœpit.

B. Quid in altero additum marmore video *Jovi Junoni Sac.* & quæ ſequuntur?

A. Credo equidem Publium Petronium marmor reperiſſe vetuſtate conſumptum, cui eſſent priora illa inſculpta, unde appareret Publicolam Jovi ac Junoni lapidem dedicaſſe.

B. Verba itaque legendo interpretare.

A. *Jovi Junoni Sacrum Publius Petronius reſtituit.* Exſtat & inſcriptio illuſtri Romæ viro Appio Claudio Cæco poſita, legiturque Florentiæ apud clariſſimum doctiſſimumque virum Pet. Victorium:

*Appii Claudii Cæci.*

A. *Jovi Junoni Sacrum Publius Petronius reſtituit.* Otra inſcricion hai de una perſona muy ſeñalada que ſe dixo Appio Claudio el Ciego: eſta en Florencia en poder del muy nombrado Pedro Vitorio:

APPIVS. CLAVDIVS
C. F. CÆCVS
CENSOR. COS. BIS. DICT. INTERREX. III
PR. II. ÆD. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COM
PLVRA. OPPIDA. DE. SAMNITIBVS. CEPIT
SABINORVM. ET TVSCORVM. EXERCI
TVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO
REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. VIAM
APPIAM. STRAVIT. ET AQVAM. IN
VRBEM. ADDVXIT. ÆDEM. BELLONÆ
FECIT

B. Aurum huic oppoſitum contra non carum, & theſauri inſtar eſt Inſcriptio: quales ſi ceteræ eſſent, certior profecto Romanarum Hiſtoriarum narratio eſſet, ſed cæcus cum eſſet qui tantos geſſit Magiſtratus?

A. Illud tantum geſſit cæcus memorandum, quod nollet pacem cum Pyrrho Epirotarum Rege a Romanis fieri, eratque ejus in manibus oratio, ait Cicero; & Q. Ennius verſibus inſulſis conſcripſit:

*Cicero in Catone majore, & Plut. in Pyrrho.*

*Quo vobis mentes rectæ quæ ſtare ſolebant*
*Antehac, dementes ſeſe flexere viai?*

B. In Familiis Romanis a Te proditum memini *Claudios* fuiſſe Sabinos, Romamque veniſſe poſt exactos Reges: quomodo ergo cum Sabinis bellum geſſit?

A. Non id curæ erat Romanis, quandoquidem & urbem ſuam *Albam longam* everterunt.

B. Quem in recenſendis magiſtratibus ordinem ſervat?

A. Quem in cenſura ſervare ſolent, cum cenſorium natu maximum Principem Senatus crearent, & ceteros deinceps ordine Cenſorios, ut ſupra expoſui, poſt hos conſulares, & eos prius, qui ſæpius Conſules fuiſſent.

*Princeps Senatus. Dial. VII.*

B. Nonne major Dictator erat, a quo provocare nefas?

A. Erat profecto, ſed ordinarius non erat Magiſtratus, ut nec Interregem eſſe.

B. Prius itaque nominanda erant, *Prætura, Ædilitas*, & *Quæſtura* qui erant ordinarii magiſtratus.

A. At hi carebant Conſulari poteſtate.

C. Si Appius ſub Regibus non fuit, quomodo *Interrex?*

A. Poteſtas Conſularis eadem quæ Regum fuit: cumque Conſules annuum magiſtratum geſſiſſent, poteſtas finiebatur, & *Interregnum* dicebatur, ut hodie mortuo recens Pontifice *ſedes vacare* dicitur. Senatores itaque ſex dierum Interregem creabant, quem Patricium eſſe oportebat.

B. Quamobrem quæſo?

A. Quia primi Patricii fuerant, & Magiſtratus initio Patriciorum tantum erant; cumque Conſulatum, alioſque Magiſtratus plebi concede-

B. Vale un teſoro eſſa inſcricion: y ſi todas fueſſen tales, ſeria la hiſtoria de los Romanos muy mas cierta. Pero como pudo hazer un ciego tantas coſas?

A. Una ſola hizo ſiendo ciego de las eſcritas, que no conſintio que ſe hizieſſe la paz con el Rey Pyrrho; y ſu oracion dize Ciceron que en ſu tiempo ſe hallava, y Ennio la puſo en unos verſos harto deſſabridos.

B. Vueſſa S. dize en ſu familias que los Claudios fueron Sabinos, y vinieron à Roma algunos años deſpues de echados los Reyes: como eſte combatia contra los Sabinos?

A. No tenian cuenta con eſſo los Romanos, pues ſu propria ciudad que fue Alba longa deſtruyeron.

B. Que orden ſigue en los magiſtrados?

A. El que devio ſeguir el en ſu Cenſura, poniendo por principe del Senado al Cenſorio mas antiguo, y deſpues à los otros Cenſorios como queda ya dicho, deſpues à los Conſulares primero à los que fueron mas de una vez Conſules.

B. No era mas ſer Ditador, que era ſin apelacion?

A. Mas era: pero era magiſtrado eſtraordinario, y aſſimiſmo el ſer Interrex.

B. Pues puſiera primero que ellos al Pretor tambien, y al Edil, y al Queſtor, que eran ordinarios.

A. No tenian eſtos poderio conſular.

C. Como pudo ſer Interrex, ſino fue Appio en tiempo de Reyes?

A. El poderio conſular era el miſmo que tenian los Reyes, y quando era paſſado el año del magiſtrado de los Conſules, faltava aquel poderio, y deziaſe como agora ſe dize *Sede vacante, Interregnum*: y los Padres elegian un Interrex para ſeis dias, y havia de ſer Patricho de neceſſidad.

B. Que neceſſidad havia?

A. Porque los primeros fueron Patricios, y los magiſtrados de principio no los tuvieron ſino Patricios, y quando comunicaron el Conſulado con

con los plebeyos, y deſpues algunos otros magiſtrados no comunicaron eſte: y los Augures reſponderian, ſi otro fueſſe hecho que no podia ſer, y no ſeria Interrex.

B. Tanto podian los Augures?

A. Podian no ſolamente en eſte magiſtrado que era de ſeis dias, pero en el Conſulado, y los demàs hazer que dexaſſen ſus magiſtrados: como cuentan de un Conſul creo que Tiberio Gracho padre de Tiberio, y Cayo Tribunos, que deſpues del conſulado ſe fue à Cerdeña, y alli ſe acordo de una coſa que hizo mal quando ſe havian de votar los Conſules ſiguientes, porque paſſo le pomerio que era deſpues de la muralla de Roma ſin mirar por agueros, ahunque miro por ellos la otra vez que paſſo, y quiça otras dos, y aquella fue la tercera: porque los comicios centuriatos ſe tenian fuera de los muros de Roma en el campo Martio: y dixeron los Augures que eran los Conſules mal hechos como ya otra vez lo havian dicho, ſin atinarà la razon tan importante como la que Tiberio eſcrivia: y fue meneſter que perdonaſſen los Conſules, y ſe les quito el Conſulado, y eligieron otros. Eſto fue el año de quinientos noventa y uno, cien años antes que fueſſe Conſul Ciceron, ò un año mas, ò menos, que por eſſo me acuerdo.

B. En que ſe conoce que eſte letrero no es de aquellos tiempos de Appio, ò de los de Ciceron?

A. En que le llama *Cæcus*, lo qual ſus hijos no le llamaran, y en que no hai de aquella orthographia antigua de la coluna de Duilio que fue de ſu tiempo, ni de la otra orthographia menos antigua, y en la elegancia de lo que eſta eſcrito.

B. Oido he dezir que para eſcrivir elegantemente baſta poner el verbo à la poſtre. En eſta inſcricion eſta eſto guardado muchas vezes.

A. Quantas dexaria de ſer elegante Ciceron, ſi eſto fueſſe verdad? Mas cierto es que en Romance parece muy mal el verbo à la poſtre, ahunque lo uſavan por elegancia Hernando del Pulgar, y el Marques de Santillana, y otros de aquellos tiempos.

B. Como ſe lee el quarto renglon?

A. *Prætor bis, Ædilis Curulis bis, Quæſtor, Tribunus militum ter.*

B. Porque tuvo tantas vezes cada magiſtrado?

A. Lo del Tribunado fue uſado con otros: que como era cargo en la guerra era ſeñal que provava bien en ella. El ſer Pretor, y Edil dos vezes no ſe uſo tanto, antes en algunos fue ſeñal de deshonra, como en Publio Cornelio Sura, y en Cajo Salluſtio, que por haver ſido echados por los Cenſores del Senado, fueron dos vezes Queſtores, y tuvieron otros magiſtrados.

B. Eſſo deſſeo entender mejor: como à los echados del Senado hazian dos vezes Queſtores: ò les davan otros magiſtrados?

A.

derent, Interregis non conceſſerunt. Augures ad hæc reſpondiſſent, ſi plebejus crearetur, nefas fore, nec Interrex eſſet.

B. Tanta ne Augurum auctoritas?

A. Erat profecto, non modo in hoc ſex dierum Magiſtratu, ſed & in Conſulatu, ceteriſque dignitatibus, cogere ut abdicarent, ut de Ti. Gracccho Conſule accepimus, patre Tiberii & Caii Tribunorum, qui poſt Conſulatum in Sardiniam profectus, memor rei malo omine geſtæ, cum de Conſulibus creandis ſuffragia ferrentur, quod pomœrium (qui locus poſt muros urbis Romæ erat) non obſervatis augurio avibus tranſiiſſet, etſi poſt ſemel iterumque de cælo ſervaſſet. Comitia enim centuriata extra muros Romanos Martio in campo habebantur. Augures itaque dixerunt Conſules non recte factos, ut alias ſæpe, pronunciarunt, nulla habita ratione ejus cauſſæ, quam Tiberius ſcripſiſſet. Conſules ergo vel inviti abdicare coacti, aliique ſuffecti. Fuit hic annus poſt Rom. conditam DXCI. centum prope annis ante Ciceronis Conſulatum, quantum commemini.

B. Unde coniicis, non eſſe hanc Inſcriptionem ſæculo Appii, aut Ciceronis poſitam?

A. Quia *Cæcus* nominatur, quod filii non facerent, & quia non ea ſcribendi forma vetus, quæ in C. Duilii columna roſtrata cernitur, qui Appii fuit æqualis, ac ne antiquioris quidem Orthographiæ ullum apparet veſtigium, neque ea ſermonis elegantia.

B. Audire memini in ſermonis elegantia verbum claudere periodum oportere. Quod hic non fieri obſervo.

A. Quoties elegans Cicero non eſſet, cum ſæpe id non obſervet? In vulgari noſtra lingua abſonum eſt verbum ultimo in loco ſtatuere, etſi Ferdinand. a Pollice Marchio S. Helenæ, & alii ejus ſæculi ſcriptores ad elegantiam ita ſcripſerint.

B. Quarto verſu ut legendum eſt?

A. *Prætor bis, Ædilis Curulis bis, Quæſtor, Tribunus militum ter.*

B. Singulos Magiſtratus cur toties geſſit?

A. In Tribunatu frequens id, & cum multis commune, quæ dignitas cum eſſet militaris, fortem eſſe ac ſtrenuum oſtendebat. *Prætorem* quidem & *Ædilem* bis fieri rarum erat: immo ignominiæ nota, ut in P. Cornelio Sura, & in A. Hoſtilio Mancino, & Metello Pio, ſcriptor de Viris illuſtr. cap. 59. & 63. ut ibi notavimus, & in C. Salluſtio, qui a Cenſoribus Senatu moti, bis Quæſtores facti alios ſunt Magiſtratus adepti. *Bis quando iterati Rom. Magiſtratus.*

B. Itera dum eadem iſta mihi, aveo enim melius cognoſcere. An Senatu moti bis Quæſtores fiebant? & ceteri eis Magiſtratus committebantur?

A.

Cenſores.

A. Cenſor in Luſtro nomina recenſebat Senatorum, ducto a Cenſoriis & Conſularibus initio, ut jam diximus; & ſi cujus diſplicerent mores, nomen tabulis eradebant, nec ſuis inſerebant. Luſtro condito hic præteritus in Senatum ire non poterat, niſi quem prius Magiſtratum geſſiſſet, vel alius Cenſor altero luſtro in Senatorum retuliſſet numerum. Ut itaque gradum citius recuperarent, Magiſtratum petebant, qui plebeiis, etſi Senatores non fuiſſent, concederetur, quem jam adepti Senatum ingredi poterant, neque Senatu motos fuiſſe perinde apparebat. In oratione contra Salluſtium ſcripta ita legitur: *Tu, Criſpe Salluſti, tantidem putas eſſe bis Senatorem, & bis Quæſtorem fieri, quam bis Conſularem, & bis Triumphalem?* Illud quoque incommodi bis eundem Magiſtratum gerendo accidebat, quod tempore impedirentur, ne majores peterent Magiſtratus.

C. Vox *cepit* rectene ſcribitur, an œ diphthongus addenda?

A. Cum pro *accepit* ſumitur, recte ſic pingitur, cum vero pro *incœpit* O addendum.

C. *Tuſcorum*, nonne addi aſpiratio debet?

A. Minime, ut nec in *Etruſcus* ſpiritus additur, quod Romæ primum didici. Antea enim H appingere ſolebam, ut in libris vulgatis repereram, & hic lapis ad hæc confirmanda ſatis eſſe queat: ut & *Oppidum* ſcribendum, etſi qui ab ope cum *Iſidoro* derivant uno P ſcribant.

B. Quod ait: *In Cenſura viam Appiam ſtravit, & aquam in urbem adduxit*, in Pandectis, opinor, legitur.

L. 2. §. Juris civilis. D. De orig. Juris.

A. Recte mones, bis enim occurrit, ſemel Titulo De origine Juris: iterumque Titulo De poſtulando, non longe a principio, ubi hæc legas: *Appius denique Claudius Cæcus conſiliis publicis intererat, & in Senatu ſeveriſſimam dixit ſententiam de Pyrrhi captivis.* Alibi vero Juriſconſultus nominatur *Centimanus*, & hic inſcriptum reperio: *Appiam viam ſtravit, aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in urbe non recipiendo ſententiam tulit.* Addit duos conſcripſiſſe libros, unum *Actionum*, alterum *de Uſurpationibus*: qui liber Pomponii etiam tum ætate deſiderabatur. Adhæc ejus cauſſa R caninæ litteræ uſum inductum, ut jam tum *Valeſii*, *Valerii* dici ſint cœpti, & *Fuſii*, *Furii*. Præterea Cicero *Papiſios*, *Papirios* dictos affirmat, ſed tempus abnuit. Illud certe falſum R. litteram ab hoc Appio, ut novam, primum repertam.

*R. canina littera quando inducta.*

*Lib. IX. epiſt. XXI.*

B. Contextus clare ſic loquitur.

A. Sive textus, ſive gloſſa id aſſerat, equidem non aſſentior. *Roma* enim longe antea cum R. dicta eſt non *Soma*: itemque notæ S. P. Q. R. non poſt Appium primum adhibitæ: atque adeo Romulus & Remus, urbis conditores, ſic dicti, non Somulus & Semus. Quin & ætatum omnium Nomiſmata cum ærea tum argentea R. præferunt.

B.

A. El Cenſor leia en el luſtro el aranzel de los Senadores començando por los Cenſorios, y Conſulares como dixe: y ſi havia alguno que no le contentava por alguna razon, lo borrava del aranzel paſſado, no lo poniendo en el ſuyo. Hecho el luſtro no podia aquel borrado yr al Senado haſta que tuvieſſe algun magiſtrado, ò haſta que otro Cenſor le tornaſſe en otro luſtro à nombrar entre los Senadores: y para poder tornar preſto pedian un magiſtrado de los que ſe podian dar à plebeyos ahunque no fueſſen Senadores: y alcançando aquel magiſtrado entravan en el Senado, y no ſe echava de ver tanto lo que havian perdido. En la Oracion contra Salluſtio hai eſtas palabras, *Tu Criſpe Salluſti tantidem putas eſſe bis Senatorem, & bis Quæſtorem fieri, quam bis conſularem, & bis triumphalem?* Havia otro perjuicio en tener dos vezes eſtos magiſtrados menores, porque perdian el tiempo de pedir, y alcançar los mayores mientras ſe detenian en eſtos.

C. La palabra *Cepit* eſta bien eſcrita? ò ſe havia de eſcrivir *Cœpit*?

A. Quando ſe dize por *accepit*, bien eſta: quando por *incœpit*, ſe eſcrive con O.

C. En *Tuſcorum* no falta la aſpiracion?

A. Ni *Tuſcus*, ni *Etruſcus* tienen aſpiracion; lo qual aprendì en Roma, que primero yo con H eſcriva eſtas palabras, como lo hallava impreſſo: y baſta eſte letrero para que aſſi ſe eſcriva: como la palabra *Oppida* que algunos dizen que viene *ab ope*, y aſſi ſobra la una P.

B. Lo que dize, *In Cenſura viam Appiam ſtravit, & aquam in urbem adduxit*, creo ſe halla en los Digeſtos.

A. En dos partes ſe hace mencion del, en el titulo *De origine juris*, y en el *De poſtulando* al principio, donde dize claramente: *Appius denique Claudius Cæcus conſiliis publicis intererat, & in Senatu ſeveriſſimam dixit ſententiam de Pyrrhi captivis.* En el otro lugar eſta nombrado por Juriſconſulto, con ſobrenombre *Centemmanus*, y dizen las palabras deſta inſcricion: *Appiam viam ſtravit, aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in urbe non recipiendo ſententiam tulit.* Dize tambien que eſcrivio dos libros, el uno era las *actiones*, y el otro *de uſurpationibus*, el qual libro en tiempo de Pomponio ya no ſe hallava: y mas dize que por ſu cauſa ſe començo à uſar la R, y entonces ſe dixeron los *Valeſios Valerios*, y los *Fuſios Furios*: tambien Ciceron dize que los *Papiſios* ſe dixeron *Papirios*, pero no concuerdan en el tiempo: à lo menos es muy falſo que eſte Appio hallaſſe la R como coſa nueva.

B. No lo dize claro el teſto?

A. Digalo claro el teſto, ò la gloſa, yo no lo creo: porque Roma ſe llamo *Roma* con R, y no Soma; y las cifras S. P. Q. R. no ſon deſpues de Appio; y Romulo, y Remo aſſi ſe dezian, y no Somulo, y Semo; y en las medallas de todos tiempos hai R en plata, y en cobre.

B.

B. Fue liberto deſte Appio el que publico las *actiones*, que creo ſe dezia *Cneo Flavio?*

A. No puede ſer deſte: porque de Flavio trata Livio al fin del libro IX. y de Appio en los diez libros perdidos, donde trata de las guerras contra Pyrrho, y de la primera contra los Cartagineſes.

B. Lo del templo de Bellona hallaſe en otra parte?

A. En Ovidio hai eſtos verſos en los Faſtos:

*Hac ſacrata die Tuſco Bellona duello*
*Dicitur, & Latio proſpera ſemper adeſt.*
*Appius eſt ductor, Pyrrho qui pace negata,*
*Multum animo vidit, lumine captus erat.*

B. Quien era eſta dioſa Bellona?

A. Unos la hazen muger, otros hermana del dios Marte, y la llaman por otro nombre Enyo. Della dize Feſto que tenia delante ſu templo una coluna que llamavan *bellica*, ſobre la qual echavan una lança quando movian guerra contra ſus enemigos llamavaſe en aquel tiempo eſta mala dioſa *Duellona*, y aſſi devia eſtar ſi eſte epitaphio fuera del tiempo de Appio, ſegun ſe vee en Marco Varron, como entonces por dezir *bellum* dezian *duellum*: mas à Caio Duilio nunca le dixeron Caio Bilio, como dize un amigo mio, ſino Caio Bellio algun tiempo deſpues del, ſegun refiere Ciceron. Digamos ya de otro no menos claro Romano Quinto Fabio Maximo, cuya inſcricion tiene tambien el miſmo Pedro Vitorio en Florencia:

B. Libertuſne Appii hujus fuit *Cn. Flavius* dictus, qui Actiones publicavit?

A. Hujus eſſe non potuit. Flavii enim meminit T. Livius extremo lib. IX. urbis conditæ: Appii in decem libris Decadis ſecundæ, temporis injuria amiſſæ, qua de bello Pyrrhi, & Punico primo actum.

B. De *Bellonæ templo* alibi ne mentio?

A. Immo apud Ovidium in Faſtis hæc leguntur: *Ovid. lib. VI. Faſt.*

*Hac ſacrata die Tuſco Bellona duello*
*Dicitur, & Latio proſpera ſemper adeſt.*
*Appius eſt ductor, Pyrrho qui pace negata,*
*Multum animo vidit, lumine captus erat.*

B. Quæ hæc Bellona Dea? *Bellona Dea.*

A. Sunt qui Martis conjugem, alii ſororem faciunt, nominantque aliter Enyo. De hac Feſtus Pompejus ante templum ſuum columnam, *Bellicam* dictam, habuiſſe, in quam haſta jaceretur, cum bellum hoſti moveret. Dicta tum *Duellona.* Unde ſuſpicor poſt Appii tempora hunc titulum poſitum, quantum e M. Varrone coniicio, quo etiam tempore *duellum* pro *bello.* Sed *C. Duilius* nunquam vocatus eſt. *C. Bilius*, (etſi (*a*) amicus id meus aſſeruit) ſed *C. Bellius* poſt ea tempora, auctore (*b*) Cicerone. Age, dicamus de perinde illuſtri Romano *Q. Fabio Maximo*, cujus Inſcriptio Florentiæ apud eundem Petrum Victorium V. CL. exſtitit:

Q. FABI MAXIMI.

Q. F. MAXIMVS
DICTATOR. BIS. COS. V. CEN.
SOR. INTERREX. II. ÆD. CVR
Q. II. TR. M. II. PONT. AVG.
PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBE
GIT. EX. HIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO. ET
QVARTO. HANNIBALEM. COMPLVRI
BVS. VICTORIS. FEROCEM. SVBSEQVEN
DO. COERCVIT. DICTATOR. MAGISTRO
EQVITVM. MINVCIO. QVOIVS. POPV
LVS. IMPERIVM. CVM DICTATORIS
IMPERIO. ÆQVAVERAT. ET. EXERCITVI
PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO. NOMI
NE. AB. EXERCITV. MINVCIANO. PA
TER. APPELLATVS. EST. CONSVL. QVIN
TVM. TARENTVM. CEPIT. TRIVMPHA
VIT. DVX. ÆTATIS. SVÆ. CAVTISSIMVS
HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATVM
DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST

B. No he viſto coſa mas à mi guſto: como ſe cuentan todas eſſas grandes hazañas con tan pocas palabras tan claras, y proprias y tan elegantes; pero digame V. S. porque no eſta eſcrito FABIVS con todas ſus letras?

A. Bien ſe entiende como eſta: porque lo que dize no ſe puede entender de otro. Todavia mi opinion es que falta otro renglon con letras mayo-

B. Nihil ad meum palatum legi unquam jucundius. Quam apte res ab eo præclare geſtæ, & quidem paucis verbis, commemorantur? eleganter ſane ac proprie. Verum cur non FABII hic nomen integre poſitum video?

A. Quia ſic bene cognoſcitur, neque de altero accipi hæc poſſint. Facile tamen tecum ſentio, verſum hic paucarum litterarum deeſſe, qui ita



*a* Pet. Ciacconius Tolet. in columnam roſtratam Duilii.
*b* Cic. in Orat.

ita præmitti poſſit: Q. FABIVS Q. F. MAXIMVS.

B. Recte nunc habet, ſed unde conſtat *Quinti filium* fuiſſe?

A. Multi teſtimonium dixerint, ſed omnium ſit inſtar Verrii Flacci ejus, qui Faſtos Capitolinos digeſſiſſe putatur. Hic anno Urbis conditæ DXX. Conſules nominat: Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVM. VERRVCOS. M. POMPONIVS. M. F. M. N. MATHO. eodemque modo Cenſorem nominat.

B. Teſtis hic omni eſt exceptione major. Non igitur requiro alium. Sed cur hic *Maxum*, & Inſcriptio noſtra *Maximus* præfert, nec a Verrucis ductum addit cognomentum.

A. Ante Julii Cæſaris ætatem dictum non eſſe *Maximus*, nec *Optimus*, ſed *Optumus*, & *Maxumus* auctores laudare poſſum.

B. Nonne Verrius poſt Julii Cæſaris ætatem floruit? cur non igitur *Maximus* ſcripſit.

A. Antiquos ſecutum arbitror, ut & in aliis; at qui Inſcriptionem hanc propoſuit, uſui temporis Orthographiam exhibuit: unde efficitur poſt Cæſaris ætatem eſſe poſitam. De cognomento autem *Verrucoſſi* & *Oviculæ* nihil nunc quidem honoris gratia dixit.

B. In Magiſtratibus recenſendis alium, quam ſuperior Inſcriptio, ſervat ordinem, ubi Dictator poſt Cenſorem & Conſulem nominatur, hic vero Dictaturam præmittit: cauſam ex te audire lubet.

A. Diverſitatis hujus cauſſam perſonarum efficit varietas. Appii enim res maxime memorandæ in Cenſura geſtæ ſunt, & Conſulatu, paciſque artibus & toga magis excelluit, ſago vero ac militia *Q. Fabius*, homo militaris. Quare ejus Dictatura primo nominatur, ac præponitur.

B. Lege, quæſo, hos Magiſtratus: DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX. II. ÆD. CVR. Q. II. TR. M. II.

A. *Dictator bis*, *Conſul quinquies*, *Cenſor*, *Interrex bis*, *Ædilis Curulis*, *Quæſtor bis*, *Tribunus militum bis.* Quod Interrex fuerit, Patricium fuiſſe arguit, ut *Fabii* omnes Patricii ab Urbis initiis fuerunt, qui ab Hercule generis principium ducebant.

C. Cur COS. ſine N ſcribitur, pro *Conſul?*

A. In ea ſum equidem ſententia ita ſcriptum pronunciatumque antiquitus, quo modo dixerunt *aſa* pro *anſa*, & poſt *ara*, *prægnas prægnatis*, & *damnas*, pro quo nunc ſcribimus *prægnans prægnantis*, & *damnans* vel *damnatus*.

B. Cur hic ſacerdotia ſunt poſita, *Pontifex Augur*, quæ in altera aberant?

A. Forte, quod iis caruerit Appius, aut per oblivionem ſint omiſſa.

B. Cum ait: *Primo Conſulatu Ligures ſubegit*, *&c.* dixeris *C. Marii*, qui ſepties Conſul fuit, videri.

A. Potuit ſane ejus eſſe temporibus poſita Inſcriptio.

Ligures. B. Quinam *Ligures* ſunt?



yores: y entonces dira: Q. FABIVS Q. F. MAXIMVS.

B. No puede ſer otra coſa: mas como ſe prueva que ſu padre ſe dezia Quinto?

A. Hartas pruebas havra dello: pero baſtara el teſtimonio de Verrio Flacco el que penſamos que hizo los Faſtos Capitolinos, en los quales pone el año DXX. por Conſules Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVM. VERRVCOS. M. POMPONIVS. M. F. M. N. MATHO, y de la miſma manera le nombra por Cenſor.

B. No quiero otra prueba. Porque Verrio eſcrive *Maxum*, y la inſcricion tiene *Maximus*? y no le añade el otro ſobrenombre de las verrugas?

A. Refieren antiguos eſcritores, que antes de Julio Ceſar no dezian *Maximus*, ni *Optimus*; ſino *Optumus Maxumus.*

B. Verrio no fue deſpues de Julio Ceſar? porque no dixo como el *Maximus*?

A. Siguio los antiguos en eſſo, y en algunas otras coſas. El que hizo el letrero ſiguio lo que ſe uſave en ſu tiempo: y aſſi en eſto comiença à moſtrar que no es eſcrito antes de Ceſar: el otro ſobrenombre dexo por poco honeſto.

B. En el orden de los magiſtrados no ſigue el del letrero paſſado, poniendo alli al Ditador deſpues del Cenſor, y del Conſul, y aqui antes que ellos: qual puede ſer la cauſa?

A. Si conſideramos las calidades de las perſonas, hallaremos la razon deſta variedad. Las mas ſeñaladas coſas que hizo Appio fueron las de la Cenſura, y de los Conſulados, y fue mas principal hombre en la paz que en la guerra: mas Quinto Fabio fue ſingular hombre en la guerra, y aſſi lo que hizo Ditador fue ſobre todo lo demas.

B. Como ſe han de leer eſſos magiſtrados: DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX. II. ÆD. CVR. Q. II. TR. M. II.

A. *Dictator bis*, *Conſul quinquies*, *Cenſor*, *Interrex bis*, *Ædilis Curulis*, *Quæſtor bis*, *Tribunus militum bis.* De haver ſido *Interrex* ſe conoce que fue Patricio, como lo fueron los Fabios deſde el principio de Roma: ſu origen dezian que era de Hercules.

C. Porque ſe eſcrive COS. ſin N por *Conſul?*

A. Yo creo que antiguamente no la eſcrivian ni pronunciavan: como dixeron *aſa* por *anſa*, y deſpues *ara*; *prægnas prægnatis*, y *damnas*, lo que agora eſcriven *prægnans prægnantis*, y *damnans*, ò *damnatus*.

B. Porque en eſte letrero hai ſacerdocios *Pontifex*, *Augur*; y en el paſſado no los huvo?

A. Podria ſer que no los tuvieſſe Appio, ò que ſe olvidaſſen de ponerlos.

B. En lo que dize, *Primo conſulatu Ligures ſubegit*, *&c.* parece à la inſcricion de Cajo Mario.

A. Podria ſer que fueſſe hecha en el miſmo tiempo.

B. Quales ſon los *Ligures*?

A. Los de la rivera de Genova, y por alli cerca, ahunque à las vezes los eſcritores eſtienden el nombre haſta Marſella.

B. *Ex iis triumphavit*: eſta bien la palabra IIS? no eſtaria mejor HIS, ò EIS, ò TEIS?

A. No mudaria yo ninguna deſſas quatro eſcrituras.

B. *Tertio, & quarto Hannibalem compluribus victoris ferocem ſubſequendo coercuit.* La palabra *Hannibalem* otros eſcriven *Annibalem*: qual es mejor?

A. Yo imagino que es derivado eſte nombre de *Hanno*, y aſſi creo que es mejor eſcritura *Hannibalem.*

B. En que conoce V. S. que es derivado?

A. Es opinion mia viendo que ſe parecen en las primeras letras, y que la miſma rerminacion hai en otras palabras Punicas, como *Aſdrubal*, *Adherbal*, y otros.

B. La palabra VICTORIS parece impropria, ſi es ſegundo caſo.

A. No viene de *Victor*, ſino de *Victoria*, y eſta por *Victoriis*, y eſtuviera mejor con I luenga.

C. No veo en eſte letrero la palabra *Cunctator* que le dan comunmente.

A. *Subſequendo coercuit*, dize mas honradamente lo miſmo: y mas abaxo eſta, *Dux cautiſſimus.* Ennio dixo del:

*Unus homo nobis cunctando reſtituit rem,*
*Non ponebat enim rumores ante ſalutem.*
*Ergo poſtque magiſque viri nunc gloria claret.*

y Vergilio imitando el primer verſo:

——*Tu Maximus ille es,*
*Unus qui nobis cunctando reſtitues rem.*

B. *Dictator Magiſtro Equitum Minucio &c.* porque no le llama M. Minucio Rufo?

A. Por menoſprecio, ò por coſa muy conocida.

B. Porque no ſe eſcrive con T *Minucio*, ſi viene de *minuto*?

A. Quien ha dicho à v. m. que viene deſſa palabra? deſta manera ſe engañan los que eſcriven *Mutius* diziendo que viene de *mutus.* Lo que es cierto, es que agora vengan deſſos nombres, agora no, ſe han de eſcrivir con C y no con T *Minucius*, y *Mucius*, como *Porcius*, *Patricius*, y *Ædilicius*, y *Convicium*, y algunos otros que los libros de molde ſuelen eſcrivir con T, y en las antiguallas eſtan con C.

B. Siguеſe *Quojus populus imperium cum Dictatoris imperio æquaverat.* La primera palabra es lo miſmo que *Cujus*?

A. Yo aſſi lo creo: y no es mucho que el ſegundo caſo parezca al primero en la primera letra.

B. Pues porque no eſcrivian *Quius*, ò *Quuius*?

A. Ya dixe otra vez que no querian uſar de dos vv, y la Q ſiempre trae V conſigo; y aſſi en el otro caſo eſcrivian *Quoi* por *Cui*, y aſſi eſta en

A. Qui civitatem *Genuam* hodie incolunt, ac finitimi, quanquam interdum Maſſiliam uſque Ligurum fines Geographi producunt.

B. *Ex iis triumphavit.* Rectene ſcriptum, IIS? an melius HIS, vel EIS, aut TEIS?

A. Nihil horum, ſi reperiam, mutandum cenſeam.

B. *Tertio, quarto Hannibalem compluribus victoris ferocem ſubſequendo coercuit.* Hannibalem hic per H video, num melius qui ſpiritum demunt? *Hannibal per H.*

A. Derivatum equidem arbitror nomen ab *Hanno*, unde ſpiritum rectius addi.

B. Qui id colligis?

A. Quia priores litteræ ſunt pares, eademque eſt nominis terminatio cum Punicis *Aſdrubal*, *Adherbal*, ceteriſque.

B. *Victoris*, ſi eſt gignendi caſus, non recte habeat dictio.

A. Non eſt obliquus caſus a *Victor*, ſed a *Victoria*, ſcriptumque pro *Victoriis*, longa fortaſſis I littera poni debuit.

B. Deſiderio & hic Cunctatoris proprium illius cognomentum.

A. Cum ait: *Subſequendo coercuit*, idem melius & amplius dixit, & adjecit: *Dux cautiſſimus.* Q. Ennius de hoc cecinit:

*Unus homo nobis cunctando reſtituit rem;*
*Non ponebat enim rumores ante ſalutem*
*Ergo poſtque magiſque viri nunc gloria claret;*

Virgilius primum ſic verſum, ut alia pleraque, expreſſit:

—— *Tu Maximus ille es.*
*Unus qui nobis cunctando reſtitues rem.*

B. *Dictator Magiſtro Equitum Minucio, &c.* cur non dixit, *M. Minucio Rufo?* *Minucius Mucius.*

A. Aut vituperans, aut, ut rem notam præteriens.

B. Quidni *Minutius*, per T ſcribit, ſi a *minuto* derivatum?

A. Falſum id vocis etymon, ut falluntur qui *Mutius* per T a *muto* deducunt. Illud convenit inter eruditos, quæ tandem cumque originatio eſt, per C non T ſcribenda *Minucius*, & *Mucius*, ut *Porcius*, *Patricius*, & *Ædilicius*, & *Convicium*: & id genus alia, quæ in excuſis libris per T rectius vero in lapidibus cum C ſcribuntur.

B. Sequitur: *Quojus populus Imperium cum Dictatoris Imperio æquaverat.* An prima vox pro *Cujus* adhibetur?

A. Ita opinor, itaque obliqui nominativum magis prima littera referunt.

B. Cur non igitur *Quius*, aut *Quuius* ſcripſerunt?

A. Cauſam alias reddidi, conjungere noluiſſe ac geminare vv, & Q. ſemper V. annexum habet, & dandi etiam caſu *Quoi* pro *Cui*: itaque *Dial. VI. & in hoc X.*

in Catulli calamo exaratis libris, & editis nonnullis legas:

*Quoi dono lepidum novum libellum?*

Ubi *quoi* una eſt ſyllaba, hic vero in *Quojus* duæ, & I conſonans eſt.

B. De quo imperio hic loquitur? an de Romano?

A. Non, ſed de Trapezuntino.

B. An Trapezuntiæ aliquando Imperatorum ſedes fuit?

A. Fugientem Conſtantinopoli Imperatorem Trapezuntiæ manſiſſe opinor.

B. Quæſo ne Trapezuntiam recedas, ſed ad explicanda *Dictatoris*, *Magiſtrique equitum* imperia redeas.

A. Dicere volebam hos nec Romanos nec Byzantinos Imperatores extitiſſe, nec enim Romani ſibi uſurparunt, ſed & Fabius, & Minucius Romano imperabant exercitui, quod imperium erat eorum, qui Roma cum exercitu in Provinciam tendebant, aut ad bellum ibant gerendum.

B. Eratne merum aut mixtum imperium, vel juriſdictio? ſic enim Leges noſtræ loquuntur.

A. Ita eſt, verum ut Imperator vi Legis Regiæ in milites & cives plena erat auctoritate, ita & Dictator ſummum, ut ita dicam, tenebat imperium, ut de mero ac mixto agere non oporteat.

B. Tantumne Imperii jus Prætor, Proconſul, ac Præſes, qui in Provinciam mittebatur, obtinebat?

A. Minus paullo erat. Ab his enim primitus ad Imperatorem provocare licebat, & antea ad populum Romanum, ceteroquin idem erat jus, ſed ei proprium Provinciæ.

B. *Magiſter equitum* par ne Imperio cum *Dictatore* fuit, aut qualis Legatus ad Proconſulem, vel ad Reges *Tribunus Celerum*?

A. Ex his ipſis verbis colligas, majus imperium *Dictatoris*, quam *Equitum Magiſtri* fuiſſe, quandoquidem extra ordinem M. Minucio datum par cum Fabio imperium.

B. Quid igitur diſtabant?

A. Quantum a Rege Prorex, & a Tribuno militum ejus Vicarius, quem vulgo Locumtenentem appellamus. Minucio milites parebant, dictoque audientes erant, niſi quid aliud Dictator imperaſſet, utque contra Dictatoris voluntatem quid fieret, ut cum Hannibale manus conſerere, hac opus fuit prærogativa. Idem de Legato ad Proconſulem, deque *Tribuno Celerum* apud Reges dictum videri volo, magnæ fuiſſe dicta eorum auctoritatis, niſi quod ſuperiores ſecus faciendum judicaſſent.

C. Repertum memini qui *Tribunum ſcelerum* ſcribendum una addita littera affirmare audeant, quaſi Romæ res criminales excuteret.

*Ant. Guevara falſus in Hiſtoria.*

A. Alter hic fuerit Antonius Guevara, qui ſcire ſe

en los Catullos de mano, y en algunos de molde,

*Quoi dono lepidum novum libellum?*

y es una ſyllaba, y la I es conſonante.

B. De que imperio habla eſta piedra? del de Roma?

A. No ſino del de Trapiſonda.

B. Huvole algun tiempo en Trapiſonda?

A. Yo creo que huyendo un Emperador de Conſtantinopla vino à bivir à eſſa Ciudad.

B. Torne V. S. à declarar el imperio del *Ditador*, y del *Magiſter Equitum*, y no ſe vaya à Trapiſonda.

A. Yo queria dizir, que no es como ſe dize el imperio de Roma, ni el de Conſtantinopla: porque eſta claro que ni Fabio ni Minucio fueron Señores de Roma, ſino que tuvieron un cierto mando ſobre el exercito, qual lo tenian los otros que ſalian de Roma con exercitos para alguna provincia, ò para la guerra.

B. Era eſſe mero, ò mixto imperio, ò juriſdicion? A. Eſſe es otro lenguaje peor que el de Trapiſonda. B. Como, no es lenguaje de nueſtras leyes?

A. Ya lo veo; pero como el Emperador por cauſa de la ley Regia tenia cumplido mando en los ſoldados, y en los Ciudadanos: aſſi el Ditador lo tenia, ſi queremos dezille pleniſſimo imperio, ſea norabuena, no ay para que tratar de mero, y mixto.

B. Y el Pretor, ò Proconſul, ò Preſide que iva al govierno de una provincia, tenia tan cumplido mando, ò imperio?

A. Havia del provocacion al Emperador, ò al pueblo Romano en tiempo mas antiguo; en lo demas era el miſmo, pero particular para aquella tierra.

B. El *Magiſter Equitum* tenia el miſmo imperio que el Ditador, ò era como Legado del proconſul, ò como el *Tribuno Celerum* de los Reyes?

A. De las palabras deſta piedra ſe vee que eran deſiguales el mando, ò imperio de *Ditador* y del *Magiſter Equitum*, pues por particular orden fue dado à Marco Minucio que tuvieſſe igual mando con Fabio.

B. Que diferencia havria?

A. Como de un Rey à un Virrey, como de un Capitan general à ſu lugarteniente general: haziaſe lo que Minucio mandaba, ſino mandaba lo contrario el Ditador: y para que contra voluntad del Ditador ſe hizieſſe, como era el ir à pelear contra Hanibal, fue meneſter ley nueva. Lo miſmo dire del Legado del Proconſul, y del *Tribuno Celerum*, que podian mucho ſi ſus principales no ſe lo eſtorvavan.

C. No falta quien diga que ſe ha de eſcrivir *Tribunus ſcelerum*, porque era el principal juez de coſas criminales que huvo en Roma.

A. Eſſe deve ſer otro frai Antonio de Gueva-

vara que deſimula lo que ſabe de las antiguallas, y hiſtorias Romanas, y dize coſas nunca viſtas ni oidas, porque no ſe atine à que eſtudia buenos libros deſtas materias; y aſſi inventa nombres de eſcritores, y dize lo que à el le parece que eſtara mas lexos de lo que otros eſcrivieron. *Celeres* llamavan entonces à la gente de cavallo. Eſte officio de *Tribuno Celerum* ſe acabò con los Reyes, y ſu raſtro quedo en eſte *Magiſter Equitum*.

B. Torne V. S. al mero imperio todos eſtos no tenian *gladii animadverſion?*

A. Yo lo confieſſo, y juriſdicion tambien.

B. Grande, ò pequeña?

A. Muy grande, que podian oir cauſas por ſi y por otros, y dar juezes, y hazen decretos, y juzgar lo que querian.

B. Son Magiſtrados?

A. Sin duda.

B. Quien les da el poder, la ley, ò los que los hazen?

A. Al Ditador, y Magiſter Equitum, y al Proconſul, ò Preſide no dudo ſino que la ley les daba el poder, al Legado creo que el que le hazia Legado.

B. Como ſe hazian?

A. Quando parecia al Senado que era meneſter hazer Ditador, mandaba al Conſul que nombraſſe un Ditador, y el lo nombraba creo que de noche. El Ditador nombraba al *Magiſter Equitum*. El Proconſul, ò Preſide era embiado por el Emperador, ò en tiempo antiguo por el Senado, ò por el Pueblo Romano. El Legado era hecho por el Proconſul, ò Preſide. Del *Tribuno Celerum* no ſabemos nada, creeſe que lo hacia el Rey.

B. Que es lo que dicen, que la ley *Curiata* daba el imperio à los que iban con Exercito fuera de Roma?

A. Son difficultades de algunos lugares de autores ſobre el tratar las coſas antiguas; y ſi todo ſe pudieſſe ſaber, placer ſeria entenderlo: pero muchas vezes ſe gaſta mas tiempo en lo que importa nada.

B. Todavia que entiende V. S. en pocas palabras de lo de la ley *Curiata* que daba el imperio?

A. Lo que yo ſe es, que muchas vezes deſpues de haver los Conſules ſorteado ſobre las Provincias que havian de tener, ò en ſu conſulado, ò deſpues de acabado ſu año, ſe aparejaban para partir de Roma: y ſegun eran agoreros, y ceremonioſos, no podian ſalir ſin guardar ciertas ceremonias, y agueros, los quales ſe hacian llamando las treinta curias, y con voto dellas, ahunque dado mas por cerimonia que por voluntad de todos los curiales de cada curia, ſi la mayor parte de las curias, como digamos dezíſeis, conſentian, ſe paſſava por ley curiata, que aquella perſona ſalieſſe con exercito, y ſe le dieſſe la ayuda de coſta acoſtumbrada. Sucedieron algunas vezes algunos malos agueros, ò de aves, ò que ſalieſſe la curia Faucia por ſuerte la primera à votar, y eſtorvavaſe la partida. Tambien ſi algun enemigo del que havia de ſalir hacia algun embarazo con

ſe antiqua, Romanaſque Hiſtorias fingit, eaque comminiſcitur, quæ nec viſa, nec audita mortalibus, nemo ut divinare queat, in quos ille libros inciderit. Nova itaque nomina ſcriptorum excogitavit, ſomniaque venditat, obtruditque quæ apud nullum reperias auctorem. *Celeres* tunc dicti equeſtres turmæ. Officium autem *Tribuni Celerum* deſiit una cum Regibus, manſitque in *equitum Magiſtro* veſtigium.

*Dionyſ. Halic. lib. II. Plin. lib. XXIII. c. 2.*

B. Redeamus ad merum Imperium, nonne hi gladii animadverſionem habebant?

A. Demus utique, imo & Juriſdictionem.

B. Parvam an grandem?

A. Grandem ſane, quod per ſe vel per alium audire cauſſas poſſent, vel judices dare, decreta facere, & quæ vellent, judicare.

B. Magiſtratus igitur eſt?

A. Ecquis dubitat?

B. Quis igitur poteſtatem dedit, Lex ne, an Legislatores?

A. Dictatori quidem & Magiſtro Equitum, & Proconſuli, ac Præſidi citra controverſiam Lex auctoritatem dedit, ut Legato is qui Legatum miſit.

B. Id quomodo fieri uſitatum?

A. Cum Senatui placeret Dictatorem renunciare, Conſuli mandabat Dictatorem dicere, iſque noctu ad lucernam dicebat. Dictator vero *Magiſtrum Equitum* continuo nominabat. Proconſul, aut Præſes, ab Imperatore mittebatur, aut ante Cæſares a Senatu, populove Romano. Legatus autem a Proconſule vel Præſide fiebat. De *Tribuno Celerum* nihil nunc occurrit, niſi a Rege creari ſolitum videri.

B. Vere ne illud quidam aſtruunt, datum illis *Lege Curiata* Imperium, qui cum exercitu Roma ingrediebantur?

*Lex Curiata quæ.*

A. Difficile id ſane in antiquis Romanis Hiſtoriis ad pronunciandum, & forte ad cognoſcendum jucundum foret, niſi ſi temporis multum & operæ eriperet in re non neceſſaria.

B. Verum enimvero, quin tu uno verbo dic, quæ *Lex Curiata* ſit, quæ imperium dabat?

A. Illud tantum in præſens occurrit, cum ſæpenumero Conſules ſortiti provincias eſſent, quas aut in Conſulatu aut illo defuncti adminiſtrarent, Roma ingredi ſolebant, utque auguriis erant cærimoniiſque dediti, egredi ſine cærimoniis atque auguriis non poterant: quæ ſervabantur convocetis triginta Curiis, ſuffragiiſque earum, etſi ritu magis quam ſuffragiis Curialium gerebantur, ſi major Curiarum pars, verbi gratia, ſedecim conſentirent, Lex inde Curiata fiebat, ut cum exercitu hic aut ille egrederetur, commeatuſque de more daretur. Inciderunt interdum infauſta auguria ſive ab avibus, ſive quod curia Faucia ſorte prima ferret ſuffragium, & iter impediebatur. Deinde ſi quis hoſtis ejus, qui profecturus erat, ſervando de cælo omen infelix prodigiumve vidiſſet, per emiſſarios vi Legis Curiatæ iter impediebatur. Quamobrem erant

erant qui abſque Lege curiata in provincias diſceſſerunt, ac rem præclare geſſerunt, recte ne an ſecus, ac bono jure ipſi viderint, vixerunt enim, ratioque Deo ab ipſis jam reddita. Nos ad inſtitutum redeamus.

B. *Et exercitui profligato ſubvenit, & eo nomine ab exercitu Minuciano Pater appellatus eſt.* Legiſſe videor, ſive in (*a*) T. Livio, ſive in C. Plinio, coronam illi gramineam datam.

A. De (*b*) Cicerone idem fertur, coronam illi, ſed civicam datam, quod Catilinariam extinxiſſet conjurationem, ab aliis vero Q. Catulo, M. Catone, ceteriſque *Patrem patriæ* appellatum, ut Poeta (*c*) canit:

*—— Roma parentem,*
*Roma Patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

Quod & a Plinio (*d*) proditum: *Salve*, inquit, *primus omnium parens patriæ appellate.* Certum, & illud, teſtimonio ornatum a Senatu M. Tullium, non, ut multis rei bene geſtæ, ſed ut antea nemini, conſervatæ Reipub. Adhæc ſingulari genere (*e*) ſupplicationis ad omnia pulvinaria Deorum immortalium templa eſſe patefacta. Cetera in Senatu geſta, datis ſuffragiis de præmio ornandis, qui conjurationem illam, qua detexiſſent, qua oppreſſiſſent. Idem Q. Fabii coronæ forte uſuvenit, aut qui Titulum illi poſuit, ut incertam rem, ſtudio prætermiſit. Omiſſum etiam, & illud, M. Minucium imperio ſe abdicaſſe ſubjectumque denuo Q. Fabio, quod honoris gratia præteritum opinor, ut & reliqua Minucii nomina, quod paullo ante dixiſſe memini.

B. Pater, an hic *Pater* eſt *Patriæ?*

A. Non equidem exiſtimo, quod ad exercitum Minucii dumtaxat pertineat.

B. Quis ante Auguſtum Cæſarem *Parens patriæ* eſt appellatus?

A. Præter *Ciceronem*, de quo jam diximus, & *Julium Cæſarem* nominare poſſum neminem. Nam de hoc ſculptum frequenter vidimus in nomiſmatis ejus antiquis, &, niſi memoria fallit, in Ciceronis Philippicis [*].

Philipp. XIII. [*] Tab. II. 17.

B. Sequentia videamus: *Conſul quintum Tarentum cepit, triumphavit.* Cur quidam *Quinctus*, & *Quinctilianus* hodie ſcribunt?

A. Quæris? Quia ſic nummi perpetuo præferunt, & marmora Romanorum, præcipue vero Faſti Capitolini, etſi Hadrianus Turnebus eos alibi reprehendere non veretur, ut & *Paullus* geminato LL. ſcribi, ſimiliaque damnat: Qua in re illum atque Dionyſium Lambinum ratio fugit. Imitari enim eos cum loquendo, tum ſcribendo par eſt, qui ſæculo illo aureo principes exſtiterunt. Ciceronem inquam, & Cæſarem, & eorum æquales.

Turn. lib. XXX. Adverſar. c. 28.

B.

con el mirar por agueros, ò otras cerimonias, y tenian gente ſobornada que eſtorvaſſe eſta ſalida con eſta ley curiata, para eſto huvo algunos que ſin uſar de la ley curiata ſalieron à las Provincias, y las governaron, ſi fue con buena conciencia, ò no, y con buen derecho, ò no, ellos han dado ya cuenta. Noſotros tornemo à nueſtra inſcricion.

B. *Et exercitui profligato ſubvenit, & eo nomine ab exercitu Minuciano Pater appellatus eſt.* Pareceme haver leido, ò en Tito Livio, ò en Plinio, que le dieron una corona graminea.

A. Tambien dicen de Ciceron que le dieron otra corona *civica* por lo de la conjuracion de Catilina, y otros que fue llamado *Pater patriæ*; y aſſi eſcrive un Poeta:

*—— Roma parentem,*
*Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

y creo lo miſmo dize Plinio. Los mas cierto es, que hizieron ſuplicaciones por lo que el hizo, diziendo que por ſu cauſa ſe havia conſervado la Republica Romana: la qual honra ninguno havia ganado antes del. Lo demas ſe dixo por los Senadores quando votaban ſobre dar premio à los que fueron cauſa de deſcubrir, y oprimir la conjuracion. Aſſi, pudo ſer lo de la corona de Quinto Fabio, ò el que hizo el letrero lo tuvo por coſa incierta. Otra coſa ſe dexa, como Minucio renuncio ſu imperio, y ſe ſugetò à Quinto Fabio: lo qual con razon ſe dexo decir por menoſprecio, como los nombres de Minucio, como yà diximos.

B. La palabra Pater ſera lo miſmo que *Pater patriæ?*

A. En eſte lugar no es, porque no ſe refiere ſino al Exercito de Minucio.

B. Quien tuvo el nombre de *Pater Patriæ* antes de Auguſto?

A. Yo no ſe mas de lo que dixe de Ciceron, y que Ceſar fue dicho *Parens patriæ*: y eſte nombre eſta en medallas de Ceſar, y creo que en las Philipicas de Ciceron.

B. Siguese, *Conſul quintum Tarentum cepit, triumphavit.* Porque eſcriven algunos *Quinctus*, y *Quintilianus?*

A. Porque aſſi eſtà en medallas, y en piedras, eſpecialmente en los Faſtos Capitolinos, ahunque Adriano Turnebo reprehenda los que uſan eſto, y *Paullus*, y otras orthographias antiguas; en lo qual el, y el Lambino ſe engañan: pues como dixe otra vez, ſe han de ſeguir los que bien hablaron, y eſcrivieron, que fueron Ciceron, y Ceſar, y los de ſu tiempo.

B.

*a* T. Liv. lib. XXII. Plin. lib. XXII. cap. 5. Agell. lib. V. cap. 6.
*b* Cic. in Piſonem, & pro Sextio. Poſt red. ad Quirites. Plut. & Appianus.
*c* Juvenal. Sat. VIII.
*d* Plin. lib. VII. cap. 30.
*e* Cic. in Piſonem, Catil. 3. & 4. pro Sulla, Philipp. 2. & 14. & lib. 15, Epiſt. 4. ad Famil.

B. Vueſſa S. me hace acordar de Dionyſio Lambino, que eſcrive *emtus*, y *redemtus*, y *comtus*, y otras palabras de eſta manera: confirmaſe ſu opinion con piedras, ò medallas?

A. Eſſa fue agudeza ſuya, y ha contentado à muchos: pero contra el hai muchas inſcriciones, y ſe han de tener por heregia en eſcriver: y ſe halla *emptio*, y *empto* que es mas eſtraño, y los que el pone ſin P, *emptio*, y *redemptus*, y *comptus*: y en todos los libros viejos que yo he viſto, eſta como digo.

B. Lo que eſta al fin, *Princeps in Senatum duobus luſtris lectus eſt*, no havia de eſtar *in Senatu*?

A. Eſſo quiſiera decir, que en el Senado le havian leido por Principe en dos luſtros.

B. Que ſon eſtos luſtros?

A. Hizieron antiguamente los Reyes, y deſpues los Conſules una reſeña general, ò alarde de todos los ciudadanos Romanos, y eſcrivian ſus haciendas, ſus edades, y condiciones, de que tribu, ò curia eran, de que municipio, ò colonia, de que oficio, ò collegio, ò ſacerdocio, quantos hijos tenian, y de que edad, y renta: eſcrivian la renta de toda la Republica, y ſi era meneſter tomavan cuenta à los arrendadores, y arrendavan de nuevo. Para hazer todo eſto bien fue meneſter magiſtrado nuevo, y hizeron dos Cenſores que de cinco en cinco años hizieſſen luſtro, ò reſeña de todos. Dizeſe luſtro porque con ciertas ceremonias luſtravan, ò lavavan aquella gente con un ſacrificio que ſe dezia *Sueovetaurilia*, que es palabra compueſta de puerco, oveja, y toro, es verdad que no havia oveja ſino carnero ſin caſtrar, la qual llamavan *ovis* en genero maſculino: y aſſi quando ponian pena pecunaria, ponian de pena tantas ovejas en genero maſculino: y deſte nombre *luſtro* viene tambien *armiluſtrium*, y *tubiluſtrium*, quando las armas, ò las trompetas ſe purificavan deſta manera.

C. Lo que dice Aldo el mozo, que no hai diferencia entre *tubicines*, y *tibicines*, es coſa verdadera?

A. Tan verdadera como decir que no hai diferencia entra *tubas* que ſon trompetas, y *tibias* que ſon ſtatuas. Paſſemos adelante: conviene dar buena compañia à los ya dichos Publicola, y Appio Claudio, y Quinto Fabio. Juntemos à Marco Caton el primero, y à Paulo Emilio, y à ſu hiyo Scipion el Africano ſegundo.

B. Bien ſon eſſas perſonas para competir con las paſſadas.

A. De Marco Caton trahe Aldo una inſcricion muy breve, y dice que eſta en Roma cerca del Capitolio: la qual yo no he viſto.

M. PORCIVS.
CATO.
CENSORIVS.

B. Porque no dize *Portius Cenſorinus*, como muchos lo ſolian llamar antes de ſer deſcubiertos los Faſtos?

A.

B. In memoriam commodum mihi revocas de Lambino, ſcribere ſolitum, itaque ſcribi ſine P voluiſſe, *Emtus*, & *Redemtus*, & *Comtus*, & id genus alia. Lapidum ne & nummorum nititur auctoritate?

A. Illius hoc, inventum eſt, multoſque repperit aſſeclas. Sed marmora ei repugnant, & ut errorem reiicio, qui lapidibus aſſentior libenter, *Emptio* enim cum P proferunt, imo, quod non ſequor, *Tempto*. Cetera vero ab illo allata cum P in libris antiquis calamo exaratis conſtanter leguntur, *Comptus*, *Emptus*, *Redemptus*. *Imo & veterum Victorini, & Scauri repugnante licet Priſciano.*

B. Quod in extremo legitur: *Princeps in Senatum duobus luſtris lectus eſt*, nunquid *in Senatu* rectius, ex uſu Latinitatis foret?

A. Minime, hoc enim rem in Senatu geſtam ſignificaret, ſed illud amplius eſt duobus luſtris *Senatus* factum eſſe *principem*.

B. Quid Luſtra Romæ?

A. Reges primum, quibus exactis conſules civium Romanorum delectum, cenſumque facere ſoliti, cum eorum facultates, ætates, ſtatum, & quis cujus eſſet curiæ, vel Tribus, cujus Coloniæ aut municipii, quod officium, collegium, ſacerdotiumve gererent, quot liberi eſſent, cujus ætatis, quo cenſu, deſcriberent. Civitatis adhæc bona apud Quæſtores explorabant, creabantque Quæſtores. Cui rei Magiſtratus inventus, *Cenſores bini*, qui quincto quoque anno *Luſtrum conderent*, hoc eſt, cenſum agerent univerſorum. Sic dictum, quod luſtrarent populum ſacris, quæ *Sueovetaurilia*, voce ex *ſue*, *ove*, & *tauro* compoſita, appellabant. Etſi non ovis erat ſed vervex, non caſtratus. *Cumque a Magiſtratibus populo Rom. more majorum multa dicebantur* obſervatum ut *Ovis* genere virili appellaretur. Derivatum & *Armiluſtrium*, & *Tubiluſtrium* cum eodem ritu arma, tubæque luſtrabantur, a *Luſtro*. *Cenſores bini.* *A. Gell. lib. XI. c. 1.*

C. Vere ne Aldus minor aſſeruit *Tubicines*, ac *Tibicines* nihil differre?

A. Nequaquam. Diſcrepant enim *tuba*, quod ſoni eſt inſtrumentum notum, & *Tibia*, quæ fiſtulæ eſt ſpecies. Ad alia tranſeamus. Dandi enim comites jam recenſitis *Poplicolæ*, *Appio Claudio*, & *Q. Fabio*. B. Quinam? A. *M. Cato major*, *Paullus Æmilius*, ejuſque filius *Scipio Africanus minor*.

B. Nihil ſane prioribus illis inferiores nominaſti.

A. M. Catonis perbrevem attulit Inſcriptionem Aldus minor in Orthographia, lectam, ut ait, juxta Capitolium, mihi videre non contigit. M. CATONIS.

M. PORCIVS.
CATO.
CENSORIVS.

B. Quidni legitur *Portius Cenſorinus*? ut ante repertos Romæ Faſtos Capitolinos ſæpe appellatum memini. *Dial. IV.*

A.

A. *Cenſorini* ſunt gentis *Marciæ*, ut alias diſſerui, eſtque Marciorum cognomen. At *Cenſorius* aut *Cenſorinus* non eſt M. Catonis cognomentum, ſed a Cenſura graviter geſta *Cenſorius* cœpit appellari, ut Prætorius a Prætura, Quæſtorius a Quæſtura, a Conſulatu Conſularis, ab Ædili Ædilicius, a Tribuno Tribunicius, ut & a Triumpho Triumphalis, & qui Primipilus fuiſſet, Primipilaris, ceteraque ad eundem modum deducta. PORCIUS autem cum C non T ſcribendum, e nummis & marmoribus, & a *porco* vel *porca*, non a *porta* manavit nomen, quod M. Varro, niſi fallit memoria, libris *de re ruſtica* monuit, additque & Romæ *Scrofas* a porca nominatus. *M.* autem *Cato* municipii fuit Tuſculi, vir ſane magnus, cum in ſtudiis, tum armis, gerendaque Repub. Ad ſummam vero perveniſſe ſenectutem *in Catone majore Cicero*, *de Senectute loquentem inducens*, *ſatis oſtendit*.

*Varro lib. II. de re ruſt.*

*Plut. in Catone.*

B. Cur ceteri, quos geſſit, non recenſentur Magiſtratus?

A. Quod non eo ſit conſilio, ut ceteræ, poſita Inſcriptio, ſed titulus tantum, aut in baſi ſtatuæ, *de quarum copia ejus dictum eſt elegans*: *Malo quærant cives Rom. cur Catoni non eſt poſita*, *quam cur poſita*:) aut, quo erat animi candore, quod faſtus plenos repudiaret titulos. Ut de ejus pronepote M. Catone Plutarchus jucunde refert, qui cum proavi inſiſteret veſtigiis, in Provinciamque cum imperio eſſet miſſus, frequentem hominum occurſum repudiabat. Antiochiam itaque ingreſſuro magna hominum turba in veſte candida de more occurrit, pedibus ambulanti cum paucis ſervis, ac libertis, equo invectis, quos ad pedes deſilire juſſit, ferens moleſte tantam occurſantium turbam. At mox ira deſedit, cum congreſſu utrimque facto ex eo quidam quæreret; Adeſſet ne Demetrius? Is erat Pompeii libertus. O miſeram, inquit, civitatem! Reſpondere ſervum de Demetrio, quæ noſſet, imperat. Venio nunc ad Paullum Æmilium.

*Plut. in vita Pompeii.*

B. Nunquid Dianii major longe eſt M. Catonis Inſcriptio, quam Pet. Victorius, & Ambroſius Moralis, ut germanam decepti adferunt?

A. Mihi quidem videre non contigit, at ne illi quidem legiſſe ſe affirmant, de qua alias erit opportunum diſſerere copioſius: nunc ſane de fide mihi in ſuſpicionem illa venit, ut conficta. Paulli Æmilii in lapide fracto viſitur, ſed quam ejus eſſe facile appareat:

*Dial. XI. num. XIX.*

*Paulli Æmilii.*

—— IVS. L. F. PAVLLVS.
—— CENS. AVGVR.
—— VMPHAVIT. TER.

In eodem marmore legitur, & P. Africani Titulus.

*P. Corn. Scipionis Africani minoris.*

P. CORNELIVS. PAVLLI. F. SCIPIO.
AFRICANVS. COS. II. CENS.
AVGVR. TRIVMPHAVIT. II.

In Paulli hæc deſunt, detruncata:

L. AIMIL ——
COS. II. ——
TRI ——

Hic

A. Los Cenſorinos ſon de la Familia Marcia, como queda dicho à otro propoſito, y en los Marcios es ſobrenombre; à Marco Caton no dizen Cenſorio ni Cenſorino por ſobrenombre, ſino por ſeñalar que fue Cenſor: como llamavan Pretorio al que havia ſido Pretor, y Queſtorio al que fue Queſtor. De Conſul hacen Conſular, de Edil Edilicio, de Tribuno Tribunicio; y aſſi al que havia triumphado llamaban Triumphal; al que havia tenido el primipilo Primipilar; ſi hai mas, van deſta manera. El Porcio con C, y no con T eſta en medallas, y en piedras, y viene de *porco*, ò *porca*, y no de *porta*: y creo que lo nota Marco Varron en los libros *de re ruſtica*: y el hace mencion de otro Romano que ſe llamava Scrofa por ſobrenombre y dice la cauſa. Fue Marco Caton del municipio de Tuſculo, y fue hombre para mucho aſſi en letras, como en las armas, y en el govierno, vivio muchos años.

B. Porque no ſe ponen los otros magiſtrados que tuvo?

A. Porque eſte letrero no fue mandado hazer de propoſito como los otros, ſino particularmente para algun effeto, ò por moſtrar ſu llaneza, que no querria aquellos vanos titulos de los otros. Aſſi cuenta Plutarco del otro Marco Caton ſu biſnieto, que ſiguò ſus piſadas, que no conſentia que le ſalieſſen à recibir los de las provincias a donde iva, y que eſtando cerca de la ciudad de Antiochia vio que ſalia una gran proceſſion de gente veſtida de blanco, y el iva à pie con pocos eſclavos, ò libertos que ivan à cavallo: y mandoles que ſe apeaſſen anojandoſe de que le ſalieſſen à recibir; mas paſſoſele el enojo, con que al emparejar con los de la proceſſion oyo que le demandaron: Decidme hermano viene cerca de aqui Demetrio? que era liberto de Pompeio, el dixo: O que miſerable ciudad! y hizo que un eſclavo ſuyo les dizeſſe las nuevas que del liberto ſabian. Vengo à Paulo Emilio.

B. No hai en Denia otra inſcricion mayor deſte Marco Caton, que refieren Pedro Vitorio, y Ambroſio de Morales?

A. Yo no la he viſto, ni ellos dizen que la han viſto: otro ſera ſu dia para hablar della, que por agora la tengo por ſoſpechoſa. La de Paulo Emilio eſta en una piedra rompida, pero entiendeſe bien que es del:

—— IVS. L. F. PAVLLVS.
—— CENS. AVGVR.
—— VMPHAVIT. TER.

En la miſma piedra eſta la de Africano.

P. CORNELIVS. PAVLLI. F. SCIPIO.
AFRICANVS. COS. II. CENS.
AVGVR. TRIVMPHAVIT. II.

En la de Paulo faltan eſtas palabras:

L. AIMIL. ——
COS. II. ——
TRI ——

En

UNED

En eſtas inſcriciones no ſe ponen los otros magiſtrados menores que el Conſulado, y la Cenſura confirmaſe el eſcrivir *Paullus*.

B. Porque eſta PAVLLI. F. y no P. F. ò L. F. como en otros letreros eſta ſiempre el prenombre, y aqui el ſobrenombre?

A. Porque eſte Publio Cornelio fue adotado por el hijo del otro Scipion Africano, tomo el nombre de la familia Cornelia, y dexo el de la Emilia: mas para que fueſſe mejor conocido, ponenle el nombre del padre verdadero, que fue Paulo, y para differencia del primer Africano: porque ſi eſtuviera P. F. no huviera differencia entre ellos ſino añadieſſen *Major*, ò *Minor*. Del primer año de la tercera guerra Punica dize frai Onofrio Panvinio que ſe halla un arcaduz de plomo con eſtas letras:

M. AVRELI. MARCIANI. M. MANILIO.
L. MARCIO. CENSORINO. COS.

Veeſe en Roma, y fuera pedaços de vaſos, y ladrillos con letras, y es coſa muy antigua, pues eſta en Plauto en el Rudente hablando de una urna de tener agua:

*Nam hæc litterata eſt, ab ſe cantat quoja ſit.*

Agora me acuerdo de otra inſcricion de Africano que ſe hallo fuera de Roma en tierra de Sabinos, y creo que Fulvio Urſino, la hizo traer: falta el primer renglon:

SCIPIO. AFRICANVS.
COS. BIS. CENSOR.
ÆDILIS. CVRVLIS
TRIB. MIL.

B. En eſta eſtan los dos magiſtrados menores, y falta *Augur*, y el triumpho.

A. Ya lo veo: una duda tengo cerca deſſo, porque eſcrive Lucio Floro en el libro 50. que pidiendo la Edilidad fue hecho Conſul diez años antes que pudieſſe ſerlo: y ſi eſto es verdad, ò fue otra vez Edil deſpues del Conſulado, ò eſta inſcricion es del otro Africano.

B. Ya ſeria mayor ganancia tener inſcriciones de los dos Africanos.

A. Otra inſcricion hai de Quinto Servilio Cepion en Verona, ſegun refiere el dicho frai Onofrio Verones, con eſtas palabras:

Q. SERVILIO. CN. F.
CAEPIONI
COS. CENS. TRIVMPH.
PATRIAE. LIBERATORI.
DECVRIONES. VERONENS.
OB. IVDICIA. RESTITVTA.
M. S.

Fue eſte Cepion en tiempo del miſmo Africano, y creo que el acabo la guerra de Viriato muy alabado Capitan, ò vandolero de Luſitania. De ſu triumpho no hallo nada en los Faſtos de Onofrio, pero creo que triumpho de los Luſitanos.

Hic non recenſentur Magiſtratus, Conſulatu & Cenſura minores. Probatque PAVLLVS duplici LL. ſcribendum.

B. Cur lego integre PAVLLI F. & non ut in aliis ſolet, & in Faſtis, P. F. aut L. F. prænomina collocando, hic vero cognomentum.

A. Quia *P. Cornelius* iſte adoptione filii P. Cornelii Scipionis Africani in familiam Corneliam ex Æmilia tranſiit, utque cognoſceretur promptius, nomen hic parentis veri, Paulli nimirum, adſcriptum eſt, & ad diſcrimen Africani majoris. Si enim P. F. diſtingui non potuiſſent, niſi addito *Majoris*, & *Minoris* epitheto. Tertii belli Punici anno primo Onufrius Panvinius, aquæductum plumbeum his inſcriptum litteris adfert:

M. AVRELI. MARCIANI. M. MANILIO. *Conſulum ann. 604.*
L. MARCIO. CENSORINO. COS.

*Quibus Conſulibus anno poſt Rom. cond. DCIV. Tribunus militum erat hic Scipio, ut initio Somnii ipſe commemorat.* Romæ autem extraque Romam, fragmenta vaſorum litteris inſcripta in dies reperiuntur: eſtque res priſca, quando & Plautus in Rudente urnæ ſic meminit:

*Nam hæc litterata eſt, ab ſe cantat quoja ſit.*

Venit nunc in mentem alia Africani Inſcriptio extra muros Romanos reperta apud Sabinos, quam Fulvius Urſinus advehendam curavit, cui primus deeſt verſus: *Scipionis Africani majoris.*

SCIPIO. AFRICANVS.
COS. BIS. CENSOR.
ÆDILIS. CVRVLIS.
TRIB. MIL.

B. Hic duo viſuntur minores Magiſtratus, deeſtque Auguratus & triumphus.

A. Ita eſt; unum tamen hic dubium occurrit. Scribit enim in Liviana epitoma L. Florus, ſeu quis alius, lib. I. & *de viris illuſtribus Scriptor.* * Ædilitatem dum peteret, Conſulem creatum Scipionem, decem fere annis antequam per leges liceret; *vel, ut Paterculus ait, anno ætatis trigeſimo ſexto.* Quod ſi ita eſt, aut iterum Ædilis poſt Conſulatum factus, aut, *quod verius arbitror*, alterius erit Africani Inſcriptio.

* *Cap.* 58.

B. Lucro ſane id apponendum, ſi alterius etiam ſuppetat Inſcriptio.

A. Q. Servilii Cæpionis Veronæ ſpectatur Inſcriptio, referente eodem Onufrio Veronenſi his verbis: *Q. Servilii Cæpionis.*

Q. SERVILIO. CN. F.
CÆPIONI.
COS. CENS. TRIVMPH.
PATRIÆ. LIBERATORI.
DECVRIONES. VERONENS.
OB. IVDICIA. RESTITVTA.
M. S.

Africani hujus Cæpio ille æqualis fuit, finemque impoſuit bello cum Viriatho forti duce; & prædone Luſitano geſto. De triumpho ipſius nihil Onufrius in Faſtis; de Luſitanis tamen arbitror triumphaſſe.

B. Quid in extremo ſingulæ litteræ M. S. notant?

A. *Monumentum ſtatuerunt* legendum arbitror.

B. Cur ait *ob judicia reſtituta?* an hic Servilius auctor eſt *Legis Serviliæ* de judiciis?

A. Non, ſed alius ætate poſterior: quæque hic leguntur, ad Veronenſes non Romanos pertinent. Alterius tituli juxta Vicetiam Italiæ idem Onufrius ſic concepti meminit:

*Sex. Serra-*

SEX. ATILIVS. M. F. SERRANVS.
PRO. COS. EX. S. C.
INTER. ATESTINOS. ET.
VEICETINOS. TERMINOS.
STATVIT.

Conſulem fuiſſe ait anno V. C. DCXVIII. Ecce VEICETINOS dictos, qui nunc Vicentini. Rurſum eſt alia Romæ his litteris:

Q. FABIO. ALLOBROGICINO. MAXIMO.

*C. Cæcilii Metelli.*

Conſulem facit anno Urbis DCXXXIII. Onufrius. Romanum iterum titulum recitat *C. Cæcilii Metelli*, qui Conſul fuit anno primo belli cum Cimbris geſti:

C. CÆCILIVS. Q. F.
METELLVS. IMP.

*Conſulum.*

Adfert quoque, quem aquæductum e plumbo vidit, ſic Inſcriptum:

M. VLPI. SVLPIC. C. CASSIO. VARO.
M. LICIN. LVCVLLO. COS.

Qui decem fere annis ante Ciceronis Conſulatum Conſules fuerunt DCLXXXI. poſt Rom. cond.

B. Quomodo vox illa legenda *Sulpic?*

A. Opinor *Sulpiciano.* His omnibus vetuſtior Inſcriptio Romæ viſitur in ædibus Card. Cæſii:

*M. Aimilii Dictatoris.*

M. AIMILIVS. M. F. L. N.
BARBVLA. DICTATOR.

Quidam Q. F. ſcribunt, & Onufrius ad annum V. C. retulit CDXXXIII. & quis hic ſit, aut quando Dictator fuerit, ignotum: hoc tantum, multis ante Ciceronem cos. annis Dictatorem non fuiſſe. Suſpicor itaque poſtremum fuiſſe anno V. C. DLI. hoc eſt centeſimo & quadrageſimo ante Conſulem Ciceronem.

C. Cur ſcriptum video *Aimilius* non *Æmilius?* ita etiam in illa Cornelii Paulli.

A. Quia Faſti Capitolini ſic etiam ſcribunt, & interdum *Ailius* pro *Ælius*, quomodo Poetæ:

*Aulai in medio libabant pocula Bacchi.*

*L. Munatii Planci.*

Reſtat una explicanda *L. Munacii Planci*, Ciceronis quidem æqualis, ſed ſub Auguſto periit, ut & Salluſtius, & M. Varro: Cajetæ, alii Lugduni Gallorum exſtare affirmant:

B. Que quieren dezir las letras M. S?

A. Creo que *Monumentum ſtatuerunt.*

B. Porque dizen, *Ob judicia reſtituta?* es eſte Servilio el que hizo una ley Servilia *de judiciis?*

A. No fue el, ſino otro muchos años deſpues, y lo que aqui ſe dice ſirve para Verona ſolamente, y no para los Romanos. De otra inſcricion que eſta cerca de Vicencia en Italia, haze mencion el miſmo frai Onofrio con eſtas palabras:

SEX. ATILIVS. M. F. SERRANVS.
PRO. COS. EX. S. C.
INTER. ATESTINOS. ET
VEICETINOS. TERMINOS
STATVIT

Dize que eſte fue Conſul el año 618. de Roma. Notaſe aquella palabra VEICETINOS por lo que agora dizen Vicentinos. Otra pone que eſta en Roma con eſtas letras:

Q. FABIO. ALLOBROGICINO. MAXIMO.

y dize que fue Conſul año de 633. El miſmo refiere otra inſcricion de Roma de Caio Cecilio Metelo que fue Conſul el primer año de la guerra contra los Cimbros:

C. CAECILIVS. Q. F.
METELLVS. IMP.

El tambien refiere que vio un arcaduz de plomo con eſtas letras:

M. VLPI. SVLPIC. C. CASSIO. VARO. M. LI
CIN. LVCVLLO. COS

que fueron año de 681. diez años antes que fueſſe Ciceron Conſul.

B. Como ſe lee aquella palabra SVLPIC?

A. *Sulpiciani*, ſegun creo. Mas antigua que todas eſtas es la que eſta en caſa del Cardenal de Ceſis en Roma con eſte letrero:

M. AIMILIVS. M. F. L. N.
BARBVLA. DICTATOR.

Algunos eſcriven Q. F. y frai Onofrio la pone año de 433. y no ſe puede bien ſaber quien fue, ni quando fue Ditador, pero es cierto que muchos años antes de Ciceron no huvo Ditadores, creo que fueſſe el poſtrero año de 551. que ſon ciento y quarenta años antes del conſulado de Ciceron.

C. Porque eſta eſcrito *Aimilius*, y no *Æmilius*; y lo miſmo en otra de Paulo?

A. Porque aſſi tambien eſta en los Faſtos Capitolinos, y algunas vezes *Ailius* por *Ælius*: y aſſi es lo de los Poetas:

*Aulai in medio libabant pocula Bacchi.*

Ya no me queda mas de una por dezir, que es la de Lucio Munatio Planco, el qual fue en tiempo de Ciceron, pero murio en tiempo de Auguſto, como Salluſtio, y Marco Varron. Dizen que eſta en Gaeta, otros en Leon de Francia eſte letrero:

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON.
PLANCVS. COS. CENS. IMP. II. VII. VIR.
EPVLON. TRIVMPH. EX. ROETEIS. AEDEM. SATVRNI.
FECIT. DE. MANVBIIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA.
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT.
LVGDVNVM. ET. RAVRICAM.

Gan-

Ganaſe con eſta inſcricion allende de ſaber la hiſtoria de lo que ſe cuenta, la eſcritura verdadera deſta palabra *Munatius*, que otros la traſtruecan en *Numatius* en Ciceron, y en Horacio, y diran que viene de *Numantia*, ò de *Numa Pompilio*, como dize no ſe quien de *numus*, y de *Numantia*.

C. Eſſo es como lo de Frai Juan de Viterbo que refiere Florian de Ocampo, que los lugares que comiençan por T los fundo Tubal, y los que comiençan con N los fundo Noe.

A. No lo dize por eſſas palabras, pero tanto monta.

B. Que es IMP. II. VII. VIR. EPVLON?

A. *Imperator bis, Septemvir Epulonum.*

B. Y eſſo que es?

A. Que dos vezes que fue con exercito vencio de manera que le llamaron Emperador los ſoldados, como ya queda dicho de Ciceron, y de otros; y pues triumpho, claro eſta que fue llamado Emperador, por que ninguno triumphava ſinque aquello ſe hizieſe primero.

C. El otro officio que es? era uno de ſiete Maeſtreſalas del Emperador?

A. No del Emperador, ſino de ſus negros dioſes.

C. De manera que los dioſes tenian Maeſtreſalas?

A. No me burlo, ſino que ſe les dava un *epulo*, que aſſi dezian à cierto ſacrificio, que eſtos ſiete ſacerdotes hazian.

B. Ellos ſe lo comerian todo.

A. Tambien tenian camas, ò bancos donde ſe echavan à comer con ciertas almohadas que llamavan *Pulvinaria*: y aſſi dizen que ſe hazian las ſuplicaciones *ad omnia pulvinaria deorum*: y à Ceſar quando le hizieron dios le dieron *faſtigio*, y *pulvinar*, y *flamen*, como creo ſe hallara en las Philipicas de Ciceron.

B. Coſa de riſa era eſſa por cierto: pero que es DE MANVBIIS?

A. En Aulo Gellio eſta declarado, que lo que el Capitan vitorioſo vendidos los deſpojos ſacava en dinero, ſe dezia *Manubiæ*.

B. Haſe de leer, *Fecit de manubiis*: ò *de manubiis agros diviſit?*

A. *Ædem Saturni fecit de manubiis*.

B. Que lugar es Raurica?

A. No me acuerdo: pueblo es en Francia, como dize Lebrixa. Por la palabra ROETEIS que eſcrive frai Onofrio, Aldo menor lee RAETIS, y trahe otra inſcricion en la qual eſta RAETORVM, mas lo quiero creer, que irlo à buſcar. El miſmo lee RAVRICVM, y no RAVRICAM. Otra inſcricion hai que parece antigua reſtituida por el Emperador Trajano, y ſe halla en el Capitolio de Roma:

Præter Hiſtorica hic relata commodi & illud accedit, recte ſcribi *Munatius*; quod nomen alii in *Numatius* apud Ciceronem & Horatium perverterunt, nec dubitant inepti a Numantia, vel Numa Pompilio derivare: non nemo etiam a Numo Numantiam, & Numam.

C. Certe tale illud, quale de Joanne Viterbienſi Florianus Ocampius refert, qui oppida a T. littera inchoata a Tubale omnia eſſe condita, ut a Noe quæ ab N. inciperent, nugabatur.

A. Non iis quidem verbis, ſed quæ eodem recidant.

B. Lege illud IMP. II. VII. VIR. EPVLON.

A. *Imperator bis, Septem Vir Epulonum.* *Dial. IV. extremo, & Dial. X. Septem Viri Epulonum.*

B. Et hoc quid eſt?

A. Bis cum exercitui præfectus eſſet, ita viciſſe ut Imperator a militibus ſit appellatus, ut de Cicerone aliiſque alibi expoſui. Cumque triumpharit *Imperatorem* fuiſſe nominatum conſtat. Nemini enim triumphi jus, niſi Imperatori dicto dabatur.

C. Alterum illud officium erat ne Æconomi Cæſaris officium?

A. Non Imperatoris, ſed Deorum fictorum.

C. Ergo Dii atrii Præfectos habebant?

A. Minime; ſed non jocor epulum illis datum. Sic enim certum Sacrificium, a VII. Sacerdotibus offerri ſolitum, appellabant.

B. Hi omne abſumpſiſſent epulum.

A. Habebant & fulcra ac triclinia, quibus accumbebant cum pulvinis, dictaque *Pulvinaria*, & hoc amplius, *ſupplicationes ad omnia Deorum Pulvinaria.* Cæſari quoque in Deos translato *faſtigium*, *pulvinar*, & *Flamen* attributa, ut in Philippicis auctor eſt Tullius. *Philipp. 2.*

B. Riſu ſane hæc digna: ſed quid illud DE MANVBIIS.

A. *Manubias* interpretatur A. Gellius prædam, quæ a duce victore manu capta eſt. *Lib. XIII. Noct. Attic. cap. 23.*

B. Legendumne eſt: *fecit de Manubiis*, an: *de Manubiis agros diviſit?*

A. Equidem ſic lego: *Ædem Saturni fecit de Manubiis.* *Vide Rhenanum & Ægidium Iſcudem.*

B. Quis vicus *Raurica*?

A. Non facile dixero. PRO ROETEIS, quod edidit Onuphrius, Aldus legit, RAETIS; ſimilemque profert Inſcriptionem, quæ RAETORVM eſt: idemque legit RAVRICVM non RAVRICAM. Eſt & Inſcriptio in ſpeciem vetus, a Trajano Auguſto reſtituta, quæ in Capitolio Romæ uſitur:

M. CALPVRNIVS. M. F. PISO. FRVGI. PR. EX. S. C.
FACIVNDVM. CVRAVIT. EIDEMQVE. PROBAVIT
IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE. F. NERVA
TRAIANVS. AVGVSTVS. GERMANICVS.
DACICVS. PONTIF. MAXIMVS. TRIB. POT. XII.
IMP. VI. COS. V. P. P. OPERIBVS. AMPLIATIS. RESTITVIT

*M. Calpurnio Piſonis Frugi.*



UNED

B. Vox EIDEM an pro *idem* ponitur?

A. * Exiſtimo ſane, quia I longum per diphthongum oſtenditur, ut DIVI pro duobus II.

B. Ut legenda illa poſt verbum MAXIMVS?

A. *Tribunitia poteſtate duodecimum, Imperator ſextum, Conſul quinquies, Pater Patriæ.*

B. Cur non legis *Conſul Quinctum?*

A. Quia ante diu Conſul fuerat, & hoc anno cetera confecit.

B. Quid eſt *operibus ampliatis?*

A. Opus nimirum majus fecit. Atque hoc diei hujus penſum eſto.

* *Puto eidem dandi caſu eſſe, hoc eſt Senatui probavit.*

B. La palabra EIDEM eſta por *idem?*

A. Aſſi eſta, por ſer luenga la I como en DIVI las dos II.

B. Como ſe ha de leer deſpues de la palabra MAXIMVS?

A. *Tribunicia Poteſtate duodecimum, Imperator ſextum, Conſul quinquies, Pater Patriæ.*

B. Porque no dixo V. S. *Conſul quinctum?*

A. Porque mucho antes fue Conſul, y las otras coſas las acabo aquel año.

B. Que es *Operibus ampliatis.*

A. Haviendo hecho mayor la obra. Y con eſto acabemos nueſtra jornada.

---

## DIALOGUS (*a*) UNDECIMUS.

### *De falſis Nummis, & Inſcriptionibus: & harum rerum Scriptoribus.*

B. PRomiſeras, memini, acturum Te aliquando de adulterinis cum Nummis, tum Inſcriptionibus, hodieque inceſſit cupido accurate hæc inveſtigandi. Niſi enim falſa a veris, certaque ab incertis ſegregentur, nihil in ſtudiis cum laude perfeceris. Et, ſi Aldus Manutius, Paulli filius, Orthographiam veram falſis probet Inſcriptionibus, nihil agat, fruſtraque laboret, qua falſa ſi & alibi ad probandum uti velim, toto, quod ajunt, cælo aberrem. Idem de nummis videri volo, nullius uſus futuris niſi falſos averis ſejungam.

A.

## DIALOGO ONZENO.

### *De las Medallas falſas, y Letreros falſos, y de los que han eſcrito de Medallas, y Inſcriciones.*

B. V. S. me ha prometido de hablar de las medallas, y inſcriciones falſas: hoy V. me ha venido mucha gana de ſaber eſto de raiz: porque ſin apartar lo incierto de lo que es cierto, no ſe puede hazer eſtudio con fundamento. Y ſi en las inſcriciones que refiere Aldo Manucio para provar qual es buena orthographia, ſe ſirve de letreros falſos, no hara prueva cocluyente: y ſi yo me quiero valer de aquel la inſcricion para otra coſa, tambien quedare burlado. Y otro tanto me puede acahecer en las medallas, que ſino ſe quales ſon verdaderas, y quales falſas, no puedo ſervirme dellas para coſa ninguna.

A.

### [*a*] DE FICTIS NUMMIS ET INSCRIPTIONIBUS.

I. Ad Rubiconem fluvium ficta Inſcriptio.
II. Sibyllarum falſi Tituli & nummi. *Vide XV. infra.*
III. Nummi ficti in Epiſtolis Ant. Guevaræ Epiſc.
IV. Joann. Annii Viterbienſis aſtu conficta patriæ Inſcriptio, ac de ejus Beroſo, ceteriſque ſcriptis ejus.
V. Formula Venditionis a Joviano Pontano ficta. *Vide Bern. Briſſonium in Formulis Teſtam. lib. VIII. Formul.*
VI. Teſtamentum Pomponii Læti.
VII. Falſi Julii Cæſaris Nummi, inſcripti: *Veni, vidi, vici.*
VIII. Item S. Petri, Hannibalis, Platonis, Ariſtotelis, Alcibiadis, Themiſtoclis, Pompeii, Marii, Ciceronis, aliorumque ficti nuper nummi.

### INSCRIPTIONES FALSÆ.

IX. Alexandri Magni.
X. Epitaphium Paraſiti ſcurræ.
XI. Galli Favonii.
XII. Philocaptæ.
XIII. Teſtamentum Sempronii Tucidani.
XIV. Heliodori inſani.
XV. Sibyllæ.
XVI. In Aragonia.
XVII. Barchinonæ.
XVIII. Clodii Rabia Tarracon.
XIX. Palladi Victrici.
XX. P. Corneliæ Annia.
XXI. Q. Servii Tullii.
XXII. Lucretiæ.
XXIII. Cn. Pompeii Magni, ex C. Plinio lib. VII. Nat. Hiſt. cap. 26. Quid ibidem, *Præfatio Triumphi.*
XXIV. Ejuſdem Pompeii, *ex utroque Plinio illuſtrato.*
XXV. Pallantis Liberti Ti. Claudii Cæſ. *Corn. Tacitus expoſitus.*
XXVI. Cæcilii Metelli, ex Plinii lib. VII. Nat. Hiſt.

Qui de Nomiſmatis veterum ſcripſerint. Itali, Galli, Germani. *Adde, Hubertum Goltzium, & Adolphum Occonem.*

INSCRIPTIONES antiquas Orbis totius qui colligerint, & qui certarum Provinciarum.

Accedant his longe diligentiores, Martinus Smetius, cum Auctario J. Lipſii, Lugduni Bat. & Joſ. Scaligeri, M. Velſeri; & J. Gruteri opera editum opus in Germania.

UNED

A. Mucho tiempo ha que ſoy deſſa opinion, y aſſi he procurado en eſtas coſas no creer de ligero: que como refieren, es dicho de Epicharmo Poeta Comico Siciliano, que aſſi lo traduze de Griego Quinto Tullio hermano de Marco Ciceron: *Nervos, atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere*: y con todo lo que me recatava he recebido engaño algunas vezes, pero muchos mas ſon los que he viſto dar credito a coſas que yo tenia por fabuloſas. Dire de una inſcricion que ſiempre la tuve por falſa, y halle hombres que no digo la tenian por verdadera, ſino que me dezian haverla ellos leido en la piedra original donde eſtava. Pregunto a v. m. que les reſpondiera?

B. O V. S. los tenia por hombres de credito, ò no?

A. Yo por tales los tenia, y ahun por hombres de letras.

B. Havia V. S. de ſalir de ſu opinion que aquello era falſo, y darles gracias porque le havian deſengañado.

A. Yo no hize eſſo, antes les dixe que no era poſſible que aquel letrero fueſſe antiguo.

B. Eſſo era dezirles que no dezian verdad, y tomarlos por enemigos.

A. En Roma ſe trata entre hombres dotos con gran llaneza, y no hai aquel entrar en colera de los de por aca: yo les di razon de las dudas que tenia de aquella inſcricion a mi parecer fingida, aſſi por lo que contenia, como por las palabras della: y de alli a pocos meſes viniendo yo de Alemaña hize el camino de Boloña a Roma, por la Romaña, y junto a Ceſena paſſe el rio Rubicon tan nombrado por lo que Ceſar hizo alli, y vi una piedra muy antigua eſcrita en dos partes, y lo que eſtava en la una parte era aquello miſmo que yo negava ſer antiguo.

B. Luego V. S. ſe engaño en no dar credito a los que la havian viſto?

A. Antes ellos ſe engañaron en tomar por antiguo lo que era moderno.

B. Vueſſa S. no acaba de dezir, que la piedra era antigua?

A. Y ahun muy antigua, pero digo la piedra, y no la inſcricion della alomenos en la una parte, que ahunque otro tiempo ſirvio de epitaphio de un ſoldado, y aquellas letras moſtravan gran antiguedad, en la miſma piedra a las eſpaldas puſieron con letras que ſe conoce ſer muy modernas, un mandamiento para que ningun Capitan, ni ſoldado fueſſe oſado paſſar el Rubicon que dividia la Gallia de Italia, como hizo Julio Ceſar.

B. No podia ſer verdad que aquel mandamiento fueſſe hecho?

A. Haria mencion dello algun autor, pero no era meneſter, porque ya eſtava de ſuyo que ninguno podia ſalir de ſu Provincia con gente de guerra, y paſſando el Rubicon Ceſar con gente,

caia

A. Equidem in ea pridem ſententia fui, quare non temere cuivis aſſentiendum duxi, quod eſt Epicharmi Siculi Poetæ Comici conſilium, ſic a Q. Tullio (*a*), e Marci fratre, de Græco Latine redditum: Νᾶφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Nervos, atque artus eſſe ſapientiæ non temere credere.* Attamen ut maxime adverterem, decipi non ſemel contigit: Plures tamen aſſentiri vidimus iis, quæ fabuloſa a me haberentur: Una erit Inſcriptio de falſitate mihi ſemper ſuſpecta: reperti tamen ſunt, qui non ſolum veram exiſtimarent, ſed hoc amplius, e marmore a ſe deſcriptam aſſererent, tu quid hic dixiſſes?

B. Aut fide hi digni erant, aut minime?

A. Cum tales ſunt habiti a me, tum etiam doctorum e numero.

B. Exuenda itaque tibi opinio illa de falſa Inſcriptione, habendaque gratia iis, quod errorem eripuiſſent.

A. Minime, immo vero conſtanter fieri non poſſe, ut germana eſſet & antiqua, contendebam.

B. Nimirum hoc erat falſi arguere, & inimicos capere.

A. Romæ inter litteratos candide ſic agitur, neque, ut hic, tam cito ira incandeſcunt. Rationes etenim adferebam, cur fictam videri opinarer, cum a re qua de agitur, tum a verbis. Poſt menſes autem non ita multos e Germania, Bononia Romam reverſus, & juxta Cæſenam Flaminiæ urbem, trajecto Rubicone, flumine Julii Cæſaris rebus ibi geſtis claro, lapidem inſpexi perveterem, utrimque inſcriptum, in altera vero parte eam, quam antiquam eſſe ſemper negaveram Inſcriptionem.

B. Scilicet tuum ipſe errorem ſtatim agnoviſti, quod his, qui eam antea viderant, fidem nullam habueris.

A. Immo ipſorum ille error fuit, quod recentis memoriæ Inſcriptionem antiquam exiſtimarunt.

B. Sed jam lapidem antiquum fuiſſe confiteris.

A. Ita eſt, & per antiquum, ſed lapidem, non Inſcriptionem eam, quæ in altera parte legebatur. Fuit enim militis vetus Epitaphium, & litteræ antiquitatem præferebant, ſed in altera contraria lapidis parte nuperis admodum litteris Edictum inſculptum, ne quis dux, mileſve Rubiconem, qui fluvius Galliam ab Italia disjungeret, tranſire auderet, ut Julius Cæſar fuiſſet olim auſus.

B. Nunquid Edictum illud fieri potuit?

A. Potuit, ſed exſtaret ejus rei in ſcriptoribus mentio, neque opus profecto erat hoc Edicto. Nemini enim licebat Provincia cum exercitu excedere, & Cæſar Rubiconem cum milite *Sueton. in Cæſ. c. 31. & 32.*

tranſ-

*a* Lib. de Petit. Conſul. Cic. ad Attic. lib. 1. epiſt. 16. & Dion. Chryſoſtomus Orat. LXXIV.

tranſiens hanc legem, quæ id vetaret, violarat. Subſtitit hic itaque Cæſar, & tranſeundo: *Jacta*, inquit, *eſt alea*, ducta ab alea ludentibus tralatione.

B. Quod eſt Inſcriptionis illius principium?

A. IVSSV. MANDATVVE. P. R. COS. IMP. MILI. TYRO. COMMILITO, &c. Attulit hanc Manutius minor, in altera Orthographiæ majore editione, ut ea probet *Tyro* cum Y: & forte in priore editione eodem probat marmore *Tiro* cum I ſcribendum, & tametſi ex Euripide vulgo uſurpatum *ſecundas eſſe curas* ſolere *ſapientores*, in priore melius ſententia permanſiſſet, confirmata Pandectarum Florentinorum ſcriptura, quibus *Aimilius Tiro*, Tit. *De effractoribus*, legitur.

*Tiro, per I. ſcrib.*

B. Si nova eſt, ut dicis, Inſcriptio, nihil ea comprobari poteſt.

A. Affirmat ille, non modo a ſe viſum, deſcriptumque e marmore Edictum, ſed & antiquiſſimum eſſe, anno etiam adſcripto.

B. Me ſane facile decepiſſet, atque adeo gemmam me nactum arbitrarer, cum in celebrem illam rem a Lucano poeta (*a*) decantatam incidiſſem.

A. Libetne falſam eſſe cognoſcere? ſatis hæc verba arguunt, COS. IMP. MIL. TYRO. COMMILITO. Quis unquam Senatuſconſultum his verbis conſcriptum vidit? quis uni mandat *Conſuli*, quin addat. *Alter ambove*, *ſi eis videatur?* Cur non alios nominat civiles Magiſtratus, ut *Proconſules*, ut *Prætores*; aut militares, ut *Tribunus militum*, *Præfectos*, *Centuriones?* Quis unquam Edictum ad milites, & quidem Tirones promulgavit? Plura non addam, talibus enim integra conſtat.

B. Otioſus ipſe inſpiciam, ſed alias fictas Inſcriptiones, ac Nomiſmata audire ex Te cupiam.

A. Ut menſarii per vicos ambulando, etſi pecuniam non tangant, hanc bonam eſſe, illam adulterinam longo uſu pronunciant. Materiam enim formamque monetæ diu multumque perſpectam habent, ſic nummorum veterum explorata materia ac forma, item Inſcriptionum uſu, mox diſſeremus quæ proba ſint, aut adulterina. Quædam autem obvia magis, quæ nullo negotio cognoſcas, ut litteræ ſunt ſyllabarum, Delphicæ aut Cumææ, quæ in libris quibuſdam Inſcriptionum vulgo circumferuntur, cum numeris PP. SS. VV. FF. παίγνια nimirum puerorum, qualia Antonio Guevaræ Roma ad explicandum plerumque mittebantur.

*Ant. Guevara Epiſc.*

C. Imperatoris quoque Nummi, quos ſolus expoſuit, conficti etiam ſunt?

A. Impreſſi ab eo omnes falſi, mihi quidem videntur, ut artem oſtentaret in fictis Hiſtoriis, fa-

caia en las penas de las leyes que eſto vedavan: y aſſi paro alli Ceſar, y dixo paſſando: *Jacta eſt alea*; como quien echa ſu reſto con pocos puntos.

B. Como comienza eſſa inſcricion?

A. IVSSV. MANDATVVE. P. R. COS. IMP. MILI. TYRO. COMMILITO &c. Deſta manera la pone Aldo menor en la ſegunda impreſſion de ſu Orthographia, y pienſa provar con ella que *Tyro* ſe ha de eſcrivir con Y, y quiza en la primera provo con la miſma piedra que *Tiro* ſe eſcrivia con I. Y ahunque ſe dize que los ſegundos penſamientos ſuelen ſer los mejores, mas acertado fuera quedarſe con la primera orthographia, y confirmarla con los Digeſtos de Florencia, donde eſta *Aimilius Tiro* eſcrito en el Titulo *De effractoribus.*

B. Si la inſcricion es moderna, no hai para que hazer fundamento en ella.

A. El dize que la vio, y que era un edicto antiquiſſimo, y que la ſaco de ſu original, y pone el año.

B. A mi facilmente me engañara, porque tratando de aquella hiſtoria tan encarecida por los antiguos, y cantada por Lucano, yo penſara haver hallado una rica joya.

A. Quiere v. m. ver como es falſa, no quiera ver mas de aquellas palabras, COS. IMP. MILI. TYRO. COMMILITO. Quien jamas vio *Senatuſconſulto* donde ſe puſieſſen aquellas palabras? Quien mando a un Conſul ſolo, que no añadieſſe, *Ambo*, *alterve*, *ſi eis videatur*? Porque dexo de nombrar los otros magiſtrados, como *Proconſules*, *Prætores*, y los de la guerra *Tribunus militum*, *Præfectos*, *Centuriones?* Quien dio mandamiento a ſoldados, y a tirones? No quiero paſſar adelante, toda ella es deſſa manera.

B. Yo la vere deſpacio. Pero querria ſaber que otras inſcriciones, y medallas hai falſas, y como ſe pueden conocer?

A. Como hazen los cambiadores, que paſſando por una calle qualquier moneda que veen ahunque no la toquen, dizen: „Aquella moneda es „falſa, aquella es buena“ por la mucha platica que tienen, porque ſaben qual es la materia, y la forma de cada moneda: mirando bien noſotros en la materia, y forma de las medallas antiguas, y letreros, hariamos un habito a ellas, que muy preſto caeriamos en la cuenta de lo que es falſo, y verdadero. Pero algunas coſas hai mui claras, y no es meneſter hazer mucho eſtudio para deſecharlas como es la ficion de las letras de la Sibylla Delphica, o Cumea que andan en los libros de inſcriciones con cierto numero de PP y SS y VV y FF, que ſon entretenimiento de niños: y otras ſemejantes a eſtas fingio frai Antonio de Guevara que le embiaron de Roma a declarar.

C. Y las medallas del Emperador que el ſolo declaro, ſon tambien fingidas?

A. Lo que el imprimio, tengolo yo por inventado, por moſtrar ſu habilidad de fingir hiſtorias, o

*a* Lib. I. v. 13. Ad quem Poetam commentans Lambert. Hortenſius, etiam poſita hac falſa Inſcript. deceptus ipſe alios decipit.

o fabulas, y autores, y medallas, y interpretaciones: y podria ſer que no le huvieſſe el Emperador moſtrado algunas medallas, ſino que lo finge por ſu paſſatiempo. Como me contava Latino Latini natural de Viterbo hombre doto, y de mucha verdad, que frai Juan Annio havia hecho eſculpir ciertos carateres en una loſa, y que la hizo enterrar en una viña, la qual havia de ſer cavada preſto junto a Viterbo; y quando ſupo que havia cavadores en la viña, les hizo cavar hazia donde eſtava ſu loſa, diziendo que el hallava en ſus libros que en aquella parte havia un templo el mas antiguo del mundo: y como ſe cavaſſe hazia la loſa, el primero que topo con la piedra ſe lo vino a dezir: y el hizo que la deſcubrieſſen poco a poco, y comenzo a maravillarſe de la piedra, y de los carateres: y tomando copia della fue a los que tenian cargo de la ciudad, y les dixo que cumplia mucho a la honra de la ciudad que aquella piedra ſe puſieſſe en la parte mas honrada della, porque alli eſtava la fundacion de Viterbo, que era mas de dos mil años mas antigua que Romulo, pues la fundaron Iſis, y Oſiris, y contoles ſus fabulas; y ſe hizo todo lo que el quiſo: y de eſta piedra andan tambien los traslados de molde, y creo que comienza, EGO. SVM. ISIS. &c.

C. Eſſe deve ſer el que trahe Florian de Ocampo, y dize que comento a Beroſo; y que ſino fueſſe porque dirigio ſu obra a los Reyes Catolicos de immortal memoria, le tendria por fabuloſo.

A. Luis Vives dize de Beroſo, y del fraile: *Alter mulget hircum, alter ſupponit cribrum*: del qual dicho uſa Luciano à otro propoſito. No fueron menos ingenioſos, pero hizieron con mas elegancia ſus ficiones Joviano Pontano, Pomponio Leto, Juan Camerte, y Cyriaco Anconitano, y no ſe ſi hai otros que fingieron inſcriciones, y hizieron hazer medallas con alguna dotrina. De Pontano hai muchas obras en verſo y en proſa muy elegantes para aquellos tiempos: en una dellas pone una vendicion de una caſa fingida, que tambien la he viſto de molde ſin nombre de autor como antigua, y comiença PASCVTIVS. CVLITA. &c. De Pomponio Leto andan algunas coſas dotamente eſcritas, y ſuyo es un teſtamento bien fingido en muchas partes que comiença DEI. OPTIMI. MAXIMI. *numine invocato &c. Hæc eſt L. Cuſpidii diſpoſitio &c.* Alli haze mencion de un hijo ſuyo, y dize del, *Vixiſſes Læte fili: fili mi vixiſſes &c.* donde ſe vee quien fue el autor. Deſta eſcritura he viſto muchas copias de molde, y de muchos es tenida por antigua. Del Camerte ſe cree que ſon ciertas inſcriciones fabuloſas, y ridiculas, y en ellas ai alguna mencion de los Camertes. De Cyriaco Anconitano hartas inſcriciones vemos en los libros de Ambroſio de Morales.

B. Ya me maravillava yo como era poſſible que entre tantas, y tan ſeñaladas inſcriciones no ſe hallaſſe ninguna en Eſpaña.

A.

fabulis, auctoribus, nummis, & interpretationibus ex tempore adferendis, immo puto Carolum Quintum Cæſ. nummos ſuos veteres minime illi, ut ad voluptatem jactat, oſtendiſſe. Quod mihi Latinus Latinius Viterbienſis vir doctus bonæque fidei de Joanne Annio Viterbienſi monacho narrare jucunde ſolebat: Lapidi inſculpendas curaſſe litteras, quem vineæ infodi juſſerat, non procul a Viterbio. Cumque fodienda eſſet vinea, ad lapidem uſque ut fodiendo pervenirent juſſit, narrans in libris ſe reperiſſe templum ibi orbis terrarum antiquiſſimum latere. Terra jam effoſſa primus qui lapidem invenit vinitor accurrit: paulatim detegi ſarcophagum imperat, hic ſtupens, lapidis antiquitatem, & litteras a ſe confictas admiratur, ac deſcribens, ad urbis Senatores lætus confugit, & civitatis honori fore perſuadet, in ampliſſimo publice ſpectari loco. Viterbii enim urbis originem contineri, quæ bis mille annis Romana eſſet urbe, a Romulo condita, longe antiquior, utpote ab Iſide & Oſiride conditæ. Fabulas hic ſuas, quibus abundabat, venditavit, factumque ut ille juſſerat. Fertur manuſcripta inſcriptio ficta, typis etiam evulgata, hoc initio: EGO SVM ISIS, &c.

*Joann. Annii Viterbienſis impoſtura.*

*Diodor. Siculus lib. 1. Biblioth.*

C. Hanc adfert Florianus Ocampius in Hiſpaniæ Annalibus, atque Beroſum ab illo Annio, ut eſt, expoſitum circumferri, & niſi Catholicis Regibus opus inſcripſiſſet, ſe pro mendoſo ac fabuloſo habiturum.

A. Ludovicus Vives de Beroſo, & illo interprete, *alter*, inquit, *mulget hircum*, *alter ſupponit cribrum*: quo dicto Lucianus Sophiſta in Demonactis vita, ſed in re alia, eſt uſus. Neque minus ingenioſe, ſed eruditius a ſe conſicta ornarunt Jovianus Pontanus, Pomponius Lætus, Joannes Camerts, & Cyriacus Anconitanus, aliique falſarum auctores Inſcriptionum ac Nomiſmatum, ſed cum aliqua doctrinæ nota ac ſigno. Pontani quidem multa ſunt cum vincta numeris, tum ſoluta oratione conſcripta eleganter, ut illis temporibus, in his alibi obtrudit *Venditionis formulam* a ſe fictam, quam & alibi ſine auctoris nomine, quaſi vetus ea eſſet, editam videre memini, hoc principio: PASCVTIVS. CVLITA, &c. Pomponii quoque Læti de Rom. rerum Antiquitate & Hiſtoria quædam habemus. Ejus quoque *Teſtamentum* confictum legitur, tali initio: DEI OPTIMI MAXIMI *numine invocato, &c. Hæc eſt L. Cuſpidii diſpoſitio, &c.* Meminit ibidem filii ſui *vixiſſes*, ait, *Læte fili, fili mi vixiſſes, &c.* quibus auctor ſe prodit. Et hanc ſæpe excuſam vidimus, atque adeo pro vetere *Teſtamento* habitam. Camertis putantur Inſcriptiones aliquot fictæ ac ridiculæ, in quibus & Camertium popularium mentio. Cyriaci autem Anconitani Inſcriptiones plurimas in Annalibus Hiſpaniæ Ambroſius Morales temere deſcripſit.

*Qui ficta evulgarunt.*

*Venditionis ficta formula.*

*Pomponius Lætus Teſtamentum finxit.*

*Camertis Inſcriptiones.*

*Cyriacus Anconitanus.*

B. Mirari equidem ſoleo in tot, tantiſque antiquis Inſcriptionibus, quas ille attulit, nullas hodie in Hiſpania legi.

A.

*Annales Annii & Pſeudo-Beroſi nugis plene.*

A. Illud incommodi eſt, videri Joannem Annium & Cyriacum ſimiliſque farinæ homines, Hiſpanos irridere voluiſſe, confictis Hiſpanorum rebus geſtis ſub Noe & Tubale, ſerie item contexta Regum falſorum, quaſi noſtris regnaſſent temporibus, fictis adhæc lapidibus, de bello cum Viriatho, & Sertorio, civili quoque Cæſaris ac Pompeii, &c. Quo factum eſt nullam hodie Hiſpaniæ exſtare pene Hiſtoriam populari ſermone, quæ Beroſi careat nugis, vel Metaſthenis, ac denique Joannis Annii Viterbienſis fabulis, fictiſque Cyriaci Inſcriptionibus.

C. Gravem ſuſcipis adverſariam, ſi falſitatis omnes illas Hiſtorias atque Inſcriptiones damnas.

A. Equidem honori gentis meæ conſulo, ne audiamus male, auſos ſcilicet fuiſſe Italos nobis obtrudere ut domi geſta, quorum adeo exſtent epigrammata ac marmora viſa ab illis, nec a nobis reperta.

C. Cur igitur typis cuſa ſunt *Romanorum Antiquitatum* titulo, imo & *totius orbis*: hoc amplius in Aldi minoris Orthographia majore.

A. Si quæ typis edita ſunt vera neceſſario eſſent, eſſent & veræ Luciani Fabulæ *Verarum narrationum*, ſeu *veræ Hiſtoriæ*, & Dialogus, *Mendax* inſcriptus: *Amadiſii* item Gallici nugæ, & *Don Clarianus*, & *Orlandi furioſi*, aulicorum otioſorum deliciæ, aliaque hac tempeſtate conficta: cumque de Nummis ſermo ſit, vidimus Lugduni editum *Promptuarium Iconum* omnium ſæculorum jam inde ab Adamo & Noe, ubi illorum videas, & Priami & Hectoris effigies, ceterorumque nunquam in Nummis cuſorum. Leone quoque decimo, & Clemente ſeptimo Pontificibus exiit Romæ liber, primus ut opinor Nomiſmatum, in quo Imperatorum omnium non modo capita, quæ ſunt in Nummis, viſuntur, verum & feminarum, parentum, & affinium & ſororum, quorum nihil quidquam veri unquam reperias, ſed nomina ſunt illi architectati e Suetonio Tranquillo, ac mutuati, in cujuſque Imperatoris vita. Æneas quoque Vicus Parmenſis opus foras dedit *Nomiſmatum Auguſtarum*: cumque veræ deeſſent icones, ſupplevit ex altero, quem dixi, libro, falſus tamen ingenue unde hauſiſſet, non ex veris ab eo viſis Nomiſmatis. Sic & nummum falſo Cæſaris cuderunt additis vocibus VENI. VIDI. VICI. & brevius tribus ſingularibus litteris V. V. V. Auguſti quoque finxerunt nummum dicto appoſito FESTINA LENTE: Neronis item cum litteris: PETRVS. GALILAEVS, quem nummum ingenti pretio Paulo IV. Pontifici impoſtores obtruſerunt.

*Promptuarium Iconum, per Gul. Rovillium.*

*Æneas Vicus.*

*Nummi falſo cuſi.*

B. Quis hic, amabo, nummus erat?

A. Cuderant ipſi, hinc quidem Neronis caput, cum ſolitis titulis, in averſa autem parte *S. Petri* faciem, qualis in plumbis Bullarum ac Diplomatum Pontificiorum ſpectatur, adſcriptumque erat: *Petrus Galilæus*. Addebant reper-

A. El mal es, que aſſi Juan Annio como Cyriaco, y otros parece que ſe hayan burlado de los Eſpañoles fingiendo hechos de Eſpaña del tiempo de Noe, y Tubal, y una orden de Reyes tan particular como ſi fueran de poco tiempo aca: y unas piedras de las guerras contra Viriato, y Sertorio, y de Ceſar, y Pompeio &c. y dello ha reſultado que no haya hiſtoria de Eſpaña ſin Beroſo, y Methaſtenes, y frai Juan de Viterbo, ni ſin inſcriciones de Cyriaco Anconitano.

C. Vueſſa S. toma gran pendencia, ſi da por falſas tantas hiſtorias, y inſcriciones.

A. Yo reſpondo por la honra de todos, que no haviamos de ſer tenidos en tan poco, que ſe nos atreviеſſen eſtos Italianos à darnos à entender que havian paſſado eſtas coſas por aca, y que ſe hallavan inſcriciones que ellos las havian viſto, y noſotros no las hallamos.

C. Como andan de molde en los libros de las antiguedades de Roma, y en otro que dizen *Antiquitates totius orbis*, y en la Orthographia de Aldo?

A. Si todo lo que eſta de molde es verdadero, tambien lo ſera lo que eſcrive Luciano en los libros de *veris narrationibus*, ò de la verdadera hiſtoria, y en el dialogo que ſe intitula *Mendax vel non credulus*; y Amadis, y Don Clarian, y Orlando, y tantas otras ficiones de nueſtros tiempos: y porque hablamos de medallas, en un libro de molde andan los retratos de todas las perſonas ſeñaladas en el mundo, donde fingen los geſtos de Adam, y Noe, y de Priamo, y Hetor, y de tantos otros, de los quales no ſe hallan medallas: y en tiempo de Papa Leon, y de Clemente imprimieron un libro creo, que fue el primero que ſe ha impreſſo de medallas; alli ponen allende de las de los Emperadores, en las quales hai algunas erradas, muchas otras de las mugeres, padres, y madres, y hermanas dellos, que nunca fueron viſtas en ninguna parte: ſino que tomaron los nombres propios que hallavan en Suetonio Tranquillo, y en otros en la vida de aquel Emperador, y fingian una medalla de cada uno: y Eneas Vico publico en mi tiempo un libro de medallas de mugeres, y porque no podia henchir el libro con ſolas las verdaderas, añadio todas las que hallo en aquel libro que dixe; en una coſa acerto, que confeſſo ſer tomadas del otro libro, y no de medallas por el viſtas. Aſſi ſe han fingido medallas de Ceſar con las palabras VENI. VIDI. VICI. ò mas brevemente con tres letras V. V. V. y de Auguſto con FESTINA. LENTE. y de Neron con PETRVS. GALILAEVS. la qual vendieron à Papa Paulo quarto.

B. Que medalla era eſſa?

A. Hizieron una medalla que tenia de la una parte la cabeça de Neron con las letras acoſtumbradas, y de la otra la cara de S. Pedro como ſe pone en el plomo de las bullas, con letras que dezian *Petrus Galilæus*: y fingieron que ſe havia hal-

hallado junto à la Capilla de S. Pedro en otra capilla que ſe dize de S. Silveſtre : y quando la llevaron al Papa le dieron à entender que le parecia S. Pedro en el geſto. Otra medalla falſa me moſtro el Almirante de Napoles que le havian vendido por de Hannibal, con letras Latinas que creo que dezian HANNIBAL. DVX. POENORVM. y de otra parte eſtava el à cavallo tirando una lança, con una letra que no me acuerdo, pero era como eſta, ACCIPITE.

B. Porque ſe fingio eſſa medalla ?

A. Dize Plinio que Hannibal llego tan cerca de Roma, que tiro una lança dentro de los muros, y fingen que quando la tiro dixo aquella palabra. En Roma me moſtro un Eſpañol afficionado à medallas unas modernas muy bien labradas de oro de perſonas antiguas con muy buenos roverſos, que pudieran engañar à qualquier perſona, y los dineros eran muy bien empleados en comprallas en precio honeſto. Alli havia medallas de Platon, y de Ariſtoteles, las unas con roverſo de uno que tenia un arnero y cernia todas las letras ſino la A que ſe quedeva en lo alto: queriendo dezir que del principio no pudo hazer lo que hizo de las otras coſas, que con ſu ingenio las cernio, y las deſmenuzo. En el otro roverſo eſtava la dioſa de la naturaleza con una letra que dezia *Entelechia*, palabra propria de Ariſtoteles, la qual dizen que no entendio Ciceron en la primera Tuſculana. Havia otra medalla de Alcibiades muy hermoſo con un roverſo de Cupido que con una ſaeta rompia un rayo. Havia otras de Themiſtocles creo que con una Victoria naval : y aſſi de otros que no me acuerdo. Otras medallas de no tan buenos maeſtros he viſto, y tengo algunas dellas de Cajo Mario, de M. T. Ciceron, de Caton, de Quinto Fabio, y de Scipion Africano, de Dido, de Artemiſia, y de otras perſonas iluſtres. Eſtas ſon muy conocidas, por ſer muy differentes en ſu forma, y labor de las de los Romanos, y Griegos. Las mejores de todas ſon las de un Paduano que contrahaze las mejores medallas de las antiguas que agora tenemos, y eſtas eſtan tan bien hechas, que es gran plazer miralllas: y ſino fueſſe por algunos errores que hai ò en las letras, ò en las coſas debuxadas, no havria que deſſear mejores. Otros maeſtros han querido hazer otro tanto, y no aciertan aſſi, y algunos ſe atreven à hazer lo que no eſta en ninguna medalla antigua y ponen letreros falſos, y roverſos falſos, y aſſi no hai que fiar en ellas.

B. Que exemplos hai de las inſcriciones del Camerte, que V. S. llamo fabuloſas, y ridiculas ?

A. Aldo menor para provar que *Septemtrio* ſe ha de eſcrivir con M, y no con N trahe un letrero de la ciudad de Pola en Dalmacia; porque los teſtigos del mentiroſo han de ſer muertos, ò auſentes muy lexos comiença, ALEXANDER.

pertum nummum juxta S. Petri ſacellum, S. Silveſtro ſacrum. Hoc amplius, Pontificem S. Petro perſimilem eſſe aſſerebant. Aliud nomiſma adulterinum olim mihi exhibuit Almirantius Neapolitanus, venditum ſibi pro *Hannibalis* effigie, appoſitis Latinis litteris HANNIBAL. DVX. POENORVM. Illinc equo inſidens haſtam jaciebat, adſcriptumque hoc, aut quid ſimile : ACCIPITE.

B. Cur hunc confixerunt Nummum ?

A. Refert C. Plinius Hannibalem cæſis internecione Romanis ad Cannas, Romam appropinquaſſe, & lanceam intra urbem jeciſſe. Fingunt itaque cum id faceret Barbarus, hac uſum voce : *Accipite*. Romæ cum eſſem, Hiſpanus Antiquarius recentes Nummos, ſed affabre in auro ſculptos, oſtendit illuſtrium Virorum, cum parte averſa, quibus decipere quemque potuiſſet. Sed quia aurei erant, non male poſita pecunia. Hic *Platonis* & *Ariſtotelis* imagines vidimus: quodam in antica cribro litteras omnes, excepta A, dimittente, ſignificans de Principiis rerum naturalium non potuiſſe ſuo ingenio, ut reliqua omnia, cribrare, hoc eſt extenuare. Alibi (*a*) *Natura* ut Dea inſculpta, adſcriptumque *Entelechia*, quam vocem in animæ definitione Ariſtoteles adhibuit (*b*), negantque a Cicerone in Tuſculanis recte converſam, *continuatam & perennem motionem*. Erat & *Alcibiadis* ibidem nummus elegans, & illinc Cupido, qui jaculo radios perfringeret : alter item *Themiſtoclis* cum victoria navali, pluresque alii quorum me nomina fugiunt. Vidimus & alios, ſed non tanti opificis, & habeo effictum *C. Marium*, *M. T. Ciceronem*, *Catonem*, *Q. Fabium*, *Scipionem Africanum*, *Didonem*: adhæc & *Artemiſiam* pluresque illuſtres. Verum a peritis facile dignoſci queant, quod a genuinis Romanis ac Græcis forma & qualitate differant. Patavinus quidam hac in plaſtica excelluit, veteres nummos feliciter exprimens, ut ſpectanti voluptatem præbeant, & niſi peccarent interdum vel litteræ, vel imagines, nihil requiras amplius. Imitari conati ſunt & alii, ſed non perinde ſucceſſit: Progreſſi etiam eo ſunt audaciæ nonnulli, ut non quæ in antiquis ſunt, æmulentur, ſed a ſe inventos falſos titulos, litteras, imagineſque partis averſæ obtrudere audeant. Quare nihil his fidendum cenſeo.

*Plin. lib. XXXIV. Nat. Hiſt. cap. 6.*

B. Sed Inſcriptionum falſarum Camertis, quas nuper fictas, atque adeo ridiculas nominabas, cedo exemplum aliquod?

INSCRIPTIONES *falſæ*.

A. En tibi, Aldus minor ut probet *Septemtrio* ſcribendum cum M. non cum N. Polæ urbis Dalmatiæ lapidem litteratum profert. Quid mirum? Mendaces enim teſtem proferunt aut mortuum, aut longe poſitum. Ejus hoc initium



*a* Talem Ariſtotelis falſum Nummum exponit in Parergis lib. 2. cap. 4. Franc. Luiſinus, deceptus & ipſe.
*b* Jo. Argyropylus & Philelphus, quos refellit Politianus cap. 1. Miſcell. & Budæus de Aſſe.

eſt : ALEXANDER. PHILIPPI. REGIS. *Macedonum Archos Monarchiæ*, *&c.* Alteram quoque indidem, ejuſdem, quod ajunt, farinæ hoc principio: VIATORES. CIVES. OPTIMI, &c. Paraſito dicaci & ſcurræ frigidum poſitum Epitaphium, ut *Cloacæ* Orthographiam edoceat. Attulit & ex agro, ut ait, Luſitano, ne cito reperiatur, hanc, docere conatus *Condicio* cum C. ſcribendum. Incipit autem *ego Gallus Favonius Jocundus*, *&c.* Hæc forte non a Camerte conficta, ſed a Jocundo Veronenſi antiquario. Ridicula & hæc Inſcriptio in Romanis Antiquitatibus, hoc initio: CINERES. ET. OSSVA. PHILOCAPTAE, &c. Fictum ibidem Teſtamentum legitur, cum hoc principio: D. O. M. L. MALLIO. ET. Q. TORQVATO. COS. *Sempronius*, *Tucidanus*, *&c.* In Antiquitatibus Orbis totius a Petro Apiano, & Bartholomæo Amantio foras datis, fictæ multæ ſunt a diverſis auctoribus Inſcriptiones, & in Prooemio *Pomponium Lætum* Romanum quaſdam publicaſſe ait, plures Cyriacum Anconitanum cognomento *Antiquarium.* In altera item Præfatione Nicolaum V. Pont. ait quærendarum Inſcriptionum gratia miſiſſe undique Cyriacum, ponitque primum Hiſpanicas, unamque a Cyriaco repertam apud Gades, quam nunc inſulam Cadiz nominamus. Inepta autem eſt, hoc quidem principio: D. M. S. SI. LVBET. LEGITO. *Heliodorus inſanus*, *&c.* Dehinc poſt unam Tarraconenſem, fabula ſubiicitur Valentini Moravi, qui Sibyllæ Inſcriptionem e Luſitania hanc adfert: VOLVENTVR. SAXA. *Litteris & ordine rectis*, *&c.* Omiſſiſque aliquot veris illis quidem, ſed male deſcriptis, ſubiicit: *In Aragonia Urbe clariſſima* QVO VADAM? *neſcio*, *&c.* Et mox *In Barchinova* D. M. S. BELLO. *Sertoriano*, *&c.* Iterumque *Barchinovam* nominat Barcinonem noſtram, unde fraudem prodit ſuam, & inſcitiam. Hinc taurorum in Baſtetaniæ adfert titulos, quos tauros vulgo *de Guiſanda* appellamus, confictis Inſcriptionibus. Poſt Tarraconenſem ponit, nihilo ſupradictis veriorem hoc initio: D. M. S. CLODIVS. *Rabia*, *&c.* ubi *Aragoniæ* meminit. Interjectis hinc paginis aliquot hanc Dianii repertam, & a Petro Victorio, & Ambroſio Morali allatam, ponit:

DER. PHILIPPI. REGIS. *Macedonum Archos Monarchiæ &c.* Otra ſuya como dizen al miſmo tono, tambien en Pola de Dalmacia eſta otro letrero que comiença, VIATORES. CIVES. OPTIMI. &c. a un paraſito muy chocarrero, y muy frio: trahele para provar la eſcritura de la palabra *Cloaca.* Otro letrero hai para provar que *Condicio* ſe eſcrive con C, y dize que eſta *in agro Luſitano*, porque no ſe halle tan preſto: comiença, EGO. *Gallus Favonius Jocundus &c.* Eſte podria ſer que no fueſſe del Camerte, ſino de otro antiquario que llamavan Jocundo. Otro ridiculo hai en las antiguedades de Roma que comiença, CINERES. ET. *oſſua Philocaptæ &c.* Un teſtamento fingido hai en el miſmo libro que comiença, D. O. M. L. MALLIO. ET. Q. TORQVATO. COS. *Sempronius Tucidanus &c.* En el libro que publicaron Pedro Appiano, y Bartolome Amantio de inſcriciones de todo el mundo, hai infinitas deſtas falſas de diverſos autores; y en un proemio ſe haze mencion que Pomponio Leto Romano publico algunas, y muchas mas Cyriaco Anconitano por ſobrenombre Antiquario: y en otro proemio ſe dize, que el Papa Nicolao quinto embio à Cyriaco à buſcar inſcriciones por todo el mundo, y las primeras pone las de Eſpaña: y una que el alaba que hallo Cyriaco en Gades que es Cadiz, es de las peores comiença, D. M. S. SI. LVBET. LEGITO. *Heliodorus inſanus &c.* Y paſſada una de Tarragona hai otra fabula de un Valentin Moravo que da cuenta de otra inſcricion de Portugal fabuloſa de la Sibilla, VOLVENTVR. SAXA. *litteris, & ordine rectis &c.* Y paſſadas algunas verdaderas pero falſamente eſcritas, dize *In Aragonia urbe clariſſima*, QVO VADAM? *neſcio &c.* y luego, *In Barchinova* D. M. S. BELLO. *Sertoriano*, *&c.* Alli llama otra vez *Barchinova* à Barcelona, con que mueſtra tambien ſu falſedad, y poco ſaber. Luego pone lo de los toros de Baſtetania que llaman agora los toros de Guiſando, con unas inſcriciones fingidas. Tras eſtos letreros viene uno de Tarragona tan verdadero como los dichos, D. M. S. CLODIVS *Rabia &c.* donde ſe haze mencion de Aragon. Deſpues de algunas hojas pone aquel de Denia que alaba Pedro Vitorio:

PALLADI. VICTRICI. SACRVM<br>
HIC. HOSTIVM. RELIQVIAS. PROFLIGAVIT. CATO<br>
VBI. ET. SACELLVM. MIRO. ARTIFICIO<br>
STRVCTVM. ET. AEREAM. PALLADIS.<br>
EFFIGIEM RELIQVIT.<br>
PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. OMNES<br>
SENAT. ET. PO. RO. IMPERIVM. DEOR.<br>
NVMINE. ET. MILIT. FORTITVDINE. ET<br>
TVERI. ET. REGI.

B. Quid hic vitii latet, ut falſitatis damnes?

A. Suſpecta mihi Inſcriptio, quia a viris ambiguæ fidei laudatur, &, *hoc incommodi*, ajebat Ariſtoteles, *accedit mendaci*, *quod*, *etſi verum dicat*, *fides non temere adhibeatur.* Deinde non hic ſermo eſt M. Catonis, neque ſcriptura,

B. Que tachas tiene eſta inſcricion, para haverla de deſechar por falſa?

A. Yo la tengo por ſoſpechoſa, lo uno porque tenemos nuevas della por perſonas de poca fe, y como vemos ſus mentiras ya dichas, ahunque digan verdad no les creemos; lo otro porque no hablavan de aquella manera en aquel tiempo, ni aquel

aquel es lenguaje de Caton, ni orthographia: y el primero es verſo ſeptenario ruin, lo demas proſa. Las palabras, *Sacellum miro artificio ſtructum &c.* no me agradan, ni ſon bien fingidas para Caton; ni puſiera ſu nombre ſin todos los otros acoſtumbrados, y ſu magiſtrado. *Pareant ergo &c.* No dize à quien han de obedecer, ni que perſonas ſon las vencidas, ni es buena conſequencia para uſar del ERGO, y es clauſula no uſada en piedras, y no ſe guarda bien el decoro, como ſe dize de Caton; el qual en ſu hiſtoria que intitulo *Origenes* ninguna coſa dezia particular de las perſonas de cada uno, ſino de las ciudades, y republicas. Eſte año embio nueſtra republica tanta gente con tantas naves à tal parte, y hallaron tanto numero de gente, ò de navios de Eſpañoles, ò Cartagineſes, y dioſe la batalla deſta manera. Vencieron los nueſtros con tanta perdida de los enemigos, que ganoſe tal provincia. Quien hazia hiſtoria tan corta no es de creer que perdieſſe tiempo en eſtos letreros.

B. Tito Livio dize del que hablava de ſus coſas largamente.

A. Yo lo creo: pero no por eſſo eſcriviera lo que aqui ſe dize: y ſeria bien averiguar, ſi en aquel lugar vencio Caton alguna batalla ſeñalada, que podria ſer que no; alomenos Livio no cuenta ſino lo que hizo cabe Empurias, y en Turdetania, y lo demas no parece que fueſſe de importancia, tampoco nombra à Denia, que yo me acuerde.

B. Hai otras falſas en eſſe libro?

A. Son tantas que no me atrevo à contarlas: pero mas barato ſaldre con moſtrar à v. m. el libro, y mis ſeñales que puſe otro tiempo en ellas: y entre otras hai unas tomadas de un libro que ſe dize *Polyphilo*, del que eſcrivio la Hypnerotomachia.

B. En que lengua? Griega, ò Latina, ò Italiana?

A. En todas eſſas lenguas, y en ninguna dellas.

B. Como aſſi?

A. Porque parece que quiſo eſcrivir ſus ſueños, y locuras en Italiano, y mezclo tantas palabras Griegas, y Latinas, y procuro tanta eſcuridad, y mezcla deſtas tres lenguas, que podemos dezir que no eſcrivio en ninguna.

B. Agora me acuerdo de haverlo viſto en lengua Franceſa que parece que ſobre apueſta le traduxo un hombre curioſo.

A. Deſdichado fue en perder tiempo en un tal libro: en el qual entre otras invenciones malas hai diverſas inſcriciones como las que eſtan en eſte libro de Appiano: una comiença, D. M. P. CORNELIA. *Annia &c.* Otra, ASPICE. VIATOR. Q. SER. *Tullii &c.*

C. Que me dize V. S. deſtos verſos, con que he topado abriendo el libro, en que ſe eſcrive que eſtan cabe la puerta de S. Pablo de Roma?

*Semicapri quicumque ſubis ſacraria Fauni,*

*Hæc*

ra, & primus eſt verſus ſeptenarius Jambicus, cetera numeris non devincta. Hæc autem *Sacellum miro artificio ſtructum, &c.* mihi non placent, neque apte Catoni adfinguntur, nec ſuum ſine teliquis conſuetis nomen poneret, adderet & Magiſtratus quos geſſit: *Pareant ergo, &c.* quibuſnam parendum ſit tacet, nec a quibus, neque ERGO recte e ſuperioribus infertur, nec vox Inſcriptionibus uſitata, nec denique decorum ſervatum in Catonis perſona. Nam in Hiſtoriis, quas *Origenes* ille inſcripſit, nihil, ſingulatim de perſonis refert, ſed de urbibus, ac Republica. Verbi gratia: *Civitas noſtra tot tantoſque cives tot navibus eo allegavit, totidemque ibi numero reperti, vel Hiſpanorum naves vel Carthaginienſes, Prælio tandem decertatum eſt, noſtri ſuperiores tanta hoſtium clade evaſerunt, factaque Provincia eſt populi Rom.* Qui conciſe adeo ſua narraret, credo equidem hujuſmodi Inſcriptionibus temporis nihil tribuiſſe.

B. T. Livius ait de ſuis rebus largius fabulari ſolitum Catonem.

A. Credo equidem, & loquaces eſſe ſenes ipſe de ſenectute diſſerens fatetur, non tamen, ut hic, nugaretur, & de loco amplius quærendum quo M. Cato manus conſeruit, nihil tale fortaſſe in libris reperies, ac ne in Livio quidem, qui apud Turdetanos & Emporitanos rem geſſiſſe ait: cetera, ſi operæpretium fuiſſet, non prætermiſſet, nec puto Dianii alibi Livium meminiſſe. *Cic. in Catone majore.*

B. Suntne aliæ hic falſæ Inſcriptiones?

A. Sunt profecto, ut numerare pigeat. Commodius igitur utrique fuerit, librum a me lituris & obelis confoſſum per otium inſpicere. Sunt enim & hic decerptæ e libro, qui *Polyphilus* vulgo inſcribitur, ejus qui Hypnerotomachiam conſcripſit.

B. Qua lingua? Græca, Latina, an Italica?

A. Omnibus his linguis, vel nulla potius.

B. Quid ita?

A. Apparet enim ſomnia ſua ac nugas Italice ſcribere ingreſſum, ſed toties Græca admiſcet ac Latina, obſcuritatemque his potiſſimum affectavit, ut nulla prope lingua loqui videatur.

B. Jam Gallice me converſum vidiſſe memini, & ab homine quidem non plane indocto.

A. O male collacatas horas in his ineptiis deſcribendis! quarum e numero fictæ ſunt aliquot Inſcriptiones, a Petro Apiano huc tralatæ, quarum una incipit: D. M. P. CORNELIA *Annia, &c.* Altera ſic inchoatur: ASPICE. VIATOR. Q. SER. TVLLII, *&c.*

C. Quid de verſibus cenſes, in quos aperto libro incidi, quos ad portam ſancti Pauli Romæ legi prædicare non dubitat?

*Semicapri quicumque ſubis ſacraria Fauni,*



*Hæc*

*Hæc lege Romana verba notata manu.*
*Herſilius hic jaceo, mecum Marulla quieſcit,*
*Quæ ſoror & genitrix, quæ mihi ſponſa fuit.*

A. Nolo plura legas. Nam mihi cordolium eſt, ſcio enim turpiora ſequi. Fortaſſe a Michaele Marullo, bono ævi ſui Poeta, aut ab ejus amico effuſi ſunt verſus. Neque tale ænigma uſquam gentium poſitum exiſtimo, ac ne tales quidem in cæmeteriis ſepeliri fas erat.

C. Incidi in aliam quantivis pretii Inſcriptionem, quam Viterbii in Epiſcopio legi affirmant.

A. Si Viterbii exſtat, merito ſuſpecta eſt, ſed quale habet principium?

C. COLLATINVS. TARQVINIVS. DVLCISSIMAE. CONIVGI.

A. Hic mane, neque enim dignum eſt *Lucretia* Epitaphium. Sed quoniam huc diſſerendo dilapſi ſumus, dicam falſas eſſe quaſdam, habendas tamen pro bonis, quales aliquot Onuphrius Panvinius attulit, & in libris Inſcriptionum leguntur.

B. Si falſæ ſunt, quomodo bonæ?

*Lib. VII. Nat. Hiſt. cap. 26.*

A. Exemplis res clarior evadet. C. Plinius de geſtis Cn. Pompeii Magni verba faciens, ſic ait: *Hos ergo honores Urbi tribuit, in delubro Minervæ, quod ex manubiis dicabat*, CN. POMPEIVS. MAGNVS. IMP. *bello triginta annorum confecto, fuſis, fugatis, occiſis, &c.* VOTVM. MERITO. MINERVÆ. Antiquarii hanc libris inſeruerunt ſuis, etſi confuſam, quaſi hodie ſpectaretur.

B. Trecentas utinam id genus collocaſſent.

A. Equidem viginti numero contentus eſſem, etſi ipſiſſimas mallem Inſcriptiones, quam e libris conformatas.

B. Atqui Plinius nonne fideliter tranſcripſit?

*Triumphi Præfatio: Plinio, quæ.*

A. Credo equidem: Sed quædam omiſiſſe arbitror, cujus quidem vicem alia ſupplent non minoris pretii, quæ vocantur *Præfatio Triumphi.*

B. Quid hoc verbi eſt, & quid ſignificat?

*Dial. I.*

A. Certi nihil adferre poſſum. Suſpicor tamen in Triumphi apparatu, quo variæ Provinciarum formæ civitatum, fluminum, montium, ac Deorum, ceterarumque rerum ejus regionis circumferrentur, (ut de candelabris Hieroſolymitanis, & *Silphio* alibi diximus:) vites item & frutices balſami, animantiaque exotica, & id genus alia in ferculis geſtarentur. Reges bello capti ducebantur, & bello cæſorum quorundam ſtatuæ, ut Cleopatræ, ut Catonis, ut Scipionis Metelli, quorum imagines triumpho Cæſaris & Auguſti prælatæ. Ferebantur adhæc Inſcriptiones, quos *Titulos* nominabant, quibus ſingula declararent, dicta quoque, ſed ad rem pertinentia, ut Julii Cæſaris illud: *Veni, Vidi, Vici.* Hujus itaque *Triumphi præfatio*, velut in Comœdia prologus a Plinio præmittitur, & memoriæ cauſſa aſſervari ſolitam arbitror.

B.

*Hæc lege Romana verba notata manu.*
*Herſilius hic jaceo, mecum Marulla quieſcit,*
*Quæ ſoror & genitrix, quæ mihi ſponſa fuit.*

A. No lea v. m. mas, que me dan dolor de cabeça: ya ſe que lo que ſe ſigue es mucho peor: podria ſer que Marulo un buen Poeta de aquel tiempo los huvieſſe hecho, ò otro ſu amigo. No es de creer que eſte, que coſa, y coſa, ſe eſcrivieſſe en ninguna parte, ni que ſe pudieſſen enterrar en los ſacrarios en aquel tiempo.

C. Con otra he topado de mucha eſtima ſi es verdadera, que dize que eſta en Viterbo en la caſa del Obiſpo.

A. En ſer de Viterbo es ſoſpechoſa, pero como dize?

C. COLLATINVS. TARQVINIVS. DVLCISSIMÆ. CONIVGI.

A. No paſſe adelante, que no merecio Lucrecia tan ruin epitaphio. Pero quiero dezir por cauſa deſte letrero, como hai algunos falſos que pueden tenerſe por buenos: como ſon ciertos que pone frai Onofrio Panvinio que eſtan en los libros de inſcriciones.

B. Si ſon falſos, como pueden ſer buenos?

A. Yo pondre algunos exemplos para darme à entender mejor. Dize Plinio hablando de los hechos de Pompeio Magno: *Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Minervæ, quod ex manubiis dicabat*, CN. POMPEIVS. MAGNVS. IMP. *bello* XXX. *annorum confecto, fuſis, fugatis, occiſis &c.* VOTVM. MERITO. MINERVÆ. Han pueſto los antiquarios eſta inſcricion ahunque confuſamente en ſus libros, como ſi hoy ſe hallaſſe.

B. Oxala puſieran otras trezientas tales.

A. Yo me contentaria con veinte: verdad es que quiſiera mas el original que eſte traslado.

B. Pues Plinio no la ſaco fielmente?

A. Yo creo que ſi lo que ſaco: pero temome que dexo alguna coſa. En pago dello nos dio otra coſa de no poca importancia, la qual llama *Præfatio Triumphi.*

B. Que quiere dezir?

A. Yo no lo ſe de cierto: pero creo que en el aparato del triumpho ſe llevavan diverſos bultos de provincias, de ciudades, de rios, de montes, de dioſes, de coſas particulares de aquella tierra: como diximos del candelero de Jeruſalem, y del ſilphio, y aſſi de la parra, ò cepa del balſamo, y animales eſtraños, y otras coſas tales: paſſavan los Reyes cativos, y de algunos enemigos muertos ſus eſtatuas, como de Cleopatra, y de Caton, y Scipion Metelo ſe cuenta que fueron trahidas en los triumphos de Ceſar, y de Auguſto. Con todas eſtas coſas paſſavan muchos letretos que llamavan titulos, con los quales ſe declarava que era cada coſa: y algunos buenos dichos à propoſito; como fue el de Ceſar, *Veni, vidi, vici.* Creo yo que el prefacio, ò prologo deſta comedia fue un letrero, cuyas palabras pone Plinio: y es de creer que ſe regiſtraſſe, y guardaſſe por memoria.

B.

B. Gran coſa fuera hallar eſſos regiſtros.

A. Todo lo conſume el tiempo. Las palabras deſte prefacio ſon eſtas: CVM. ORAM. MARITIMAM. A. PRAEDONIBVS. LIBERASSET. &c. ſi deſtas palabras han hecho una inſcricion, nadie los puede acuſar por falſarios, ahunque no ſea verdad que ſe hallen en piedras, ſino en los papeles de Plinio. Del miſmo autor ſe ſirven para las haçañas de Lucio Sicinio Dentato, que ſon maravilloſas, y Livio, y Dionyſio las eſcriven. No quiſiera que Aldo menor penſara provar con el letrero fingido tomado de las palabras de Plinio, que *Prœlium* ſe ha de eſcrivir con O. como el miſmo para provar que ſe ha de eſcrivir Q. ò QVE por lo que otros eſcriven q; ſe ſirve deſta inſcricion:

TI. CLAVDIVS. AVG. L.
PALLAS.
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM.
PIETATEM. QVE. ERGA.
PATRONOS. ORNAMENTA.
PRÆTORIA. DECREVIT.
ET. HS. CENTIES. QVIN.
QVAGIES. CVIVS. HONORE.
CONTENTVS. FVIT.

B. Que mal tiene eſſa inſcricion?

A. No es muy grande: porque Plinio el menor eſcrive à Montano un amigo ſuyo eſtas palabras: *Eſt via Tiburtina intra primum lapidem, proxime adnotavi monimentum Pallantis ita inſcriptum*, HVIC *Senatus ob fidem; pietatemque erga patronos ornamenta Prætoria decrevit, & ſeſtertium centies quinquagies, cujus honore contentus fuit.* Las miſmas palabras ſe repiten en otra carta, donde dize que hallo el miſmo ſenatuſconſulto que entonces ſe hizo: y parece que fue en tiempo del Emperador Tiberio Claudio, cuyo fue eſte liberto; y del hazen mencion Suetonio, y otros. La hiſtoria trahe Cornelio Tacito en el libro XII. en el conſulado de Fauſto Sulla, y de Salvio Othon, hablando del ſenatuſconſulto Claudiano de las mugeres que duermen con ſus eſclavos, del qual ſenatuſconſulto hai mucha memoria en nueſtras Leyes, y en el Codigo Theodoſiano: y dize Tacito que fue cauſa deſte decreto el dicho Pallante, por lo qual ſe le mando dar aquel dinero, y ornamentos de Pretorio, y le dieron gracias porque ſiendo de linage de los Reyes de Arcadia eſtava en ſervicio del Emperador Claudio.

B. Quanto ſeria lo que dize eſſe letrero que rehuſo eſſe liberto?

A. Son quinze millones de ſeſtercios, que hazen tres millones, y ſetecientos, y cinquenta mil reales, ò dracmas, ò denarios, que à diez reales la libra ò eſcudo ſon trezientas ſetenta y cinco mil libras, ò eſcudos.

B. Quan rico devia eſtar quien tanto rehuſava.

A. Eſte letrero por teſtimonio de Plinio no es del todo falſo, mas no prueva como ſe ha de eſcrivir QVE.

B. Yo tengo por cierto que V. S. fue cauſa

que

B. Tales complures titulos ſervatos ad hanc diem fuiſſe pretium operæ eſſet.

A. Tempus omnia deſtruit ac vaſtat. Præfatio his erat verbis concepta: CVM. ORAM. MARITIMAM. A. PRÆDONIBVS. LIBERASSET, &c. Si ex his Inſcriptionem cuderunt, nemo eos jure ut corruptores accuſarit, etſi in lapide ſculpta non exſtent, ſed in Plinii dumtaxat libro. Ex eodem ipſo Plinio aliam cuderunt de L. Sicinii Dentati admirandis geſtis, quæ & Livius, Dionyſius Halicarnaſſeus, & apud Fulgentium M. Varro commemorat. Nollem ficta illa e Plinio Inſcriptione Aldus minor, in Orthographia contendiſſet *Prœlium* per Œ ſcribendum. Ut idem alibi Q. vel QVE ſcribi dum vult, hunc titulum advocat: *Plin. lib. VII. c. 28.*

TI. CLAVDIVS. AVG. L.
PALLAS.
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM.
PIETATEM. QVE. ERGA.
PATRONOS. ORNAMENTA.
PRÆTORIA. DECREVIT.
ET. HS. CENTIES. QVIN.
QVAGIES. CVIVS. HONORE.
CONTENTVS. FVIT.

B. Quid vitii hæc Inſcriptio continet?

A. Non ita magnum. Plinius enim junior Montano ſic ſcribit: *Eſt via Tiburtina intra primum lapidem; proxime adnotavi monimentum Pallantis, ita inſcriptum*: HVIC *Senatus, ob fidem pietatemque erga patronos, ornamenta prætoria decrevit, & ſeſtertium centies quinquagies, cujus honore contentus fuit.* Eadem in alia leguntur epiſtola de eodem Senatuſconſulto reperto, & tunc promulgato. Apparet autem Tiberii Claudii Cæſaris æqualem fuiſſe, atque adeo ejus libertum a Suetonio, cæteriſque nominatum. Hiſtoriam Corn. Tacitus lib. XII. commemorat in Faſti Sullæ & Salvii Othonis Conſulatu, de Claudiano agens Senatuſconſulto lato in feminas, quæ ſervis miſcerentur: cujus Senatuſconſulti frequens eſt in Jure noſtro Civili mentio, & in Theodoſiano Codice. Tacitus autem *Pallantem* hunc auctorem ferendi ejus Senatuſconſulti exſtitiſſe: qua de cauſſa hæc illi numerata ſit pecunia, & ornamenta Prætoria decreta: actæ etiam ſint gratiæ, quod cum ſtirpe eſſet Regum Arcadiæ oriundus, Claudio ſerviret Imperatori. *Lib. VII. Epiſt. Ridebis, & lib. VIII. Epiſt. Cognoviſſe.*

B. Sed quanta hic decreta pecunia liberto eſt, & ab eo repudiata?

A. Tricies ſepties centena & quinquaginta millia Denariorum (quos Regales Hiſpani vulgo nominant,) ut decem libram, ſeu ſcutatum adæquent. Erunt itaque ſcutatorum trecenta ſeptuaginta quinque millia.

B. Qui tanta repudiavit, dives fuerit neceſſe eſt.

A. Iſta Inſcriptio non uſquequaque falſa, quia a Plinio eſt minore allata, ſed non efficit quod vult Aldus QVE integre eſſe ſcribendum.

B. Illud certo conſtat Te primum correxiſſe

ma-

malam copulæ ſcripturam *q*; quod e Pandectis Florentinis anno 1543. edentur curaveris *que* vel *q*. ut ſequuntur qui accurate Orthographiam tenent.

A. Idem Aldus ut probet *Triumphum* cum PH ſcribi, titulum adfert hoc principio : L. CÆCI-
*Lib. VII. cap. 43.* LIVS. L. F. METELLVS. PONT. MAX. &c. In Rom. vero Inſcriptionum volumine ſic incipit : S. P. Q. R. L. METEL. PONT. II. COS. &c. Illud certum, Plinium avunculum in Naturali hiſtoria ita narrare. Q. Metellum cum pro funere L. Metellum parentem laudaret, Magiſtratus honoreſque, quos geſſiſſet, vitamque adeo pro concione recitaſſe, e quibus verbis hæc confictа Inſcriptio. Et vero plures id genus, ut Papiniani, aliorumque apud Hieron. Magium in Miſcellan. auctorum verbi nuper contextas eſſe, nec omnino reprehendendas, ut falſas, exiſtimo.

DE NVMMIS *qui ſcripſerint.* B. Aveo nunc ex te audire Scriptorum nomina, qui de nummis antiquis ſcripſere, & Inſcriptiones collegerunt, quandoquidem paucos recenſuiſti.

A. Dicam quotquot in mentem venerint, erantque in uſu antiquariis cum Romæ degerem, etſi poſt alios prodiiſſe conſtet. Primum Nomiſmatum opus jam nominavi Leone X. Pontifice Romæ cuſum, collectumque, ut opinor, ab Andrea Fulvio, anno ſalutis 1517. & ſub Clemente VII. acceſſio facta, item Pauli tertii temporibus. Hic imagines tantum Imperatorum, ac vitæ, ſine averſis partibus, quarum quædam in calce ſpectantur, & argentei plerique ſunt nummi, pauci ærei, nonnulli etiam ficti, præter ſupra nominaras, ut *C. Marii*, *Cn. Pompeii*, *Ciceronis*, *&* *Catonis*. In altera editione Argentorati nomen præfixit ſuum Joann. Huttichius, ann. 1537. Poſt Jacobus Strada librum hoc titulo foras dedit : *Epitome Theſauri Antiquitatum.* Continet Imperatorum capita, ſine antica parte, idemque Faſtos Onuphrii Panvinii in Germania cum iconibus Cæſarum evulgavit. Lugduni vero Gul. Rovillius ſemel iterumque hac Inſcriptione librum excudit : *Promptuarium Nomiſmatum*, ſed fictæ ſunt effigies illuſtrium omnium ſæculorum domi militiæque virorum, ac feminarum, jam inde ab Adamo ad hæc uſque tempora admiſtis & Auguſtorum, ſed abſque averſis, imaginibus. Cum averſis edidit Æneas Vicus Parmenſis varios libros. Primum eſt duodecim primorum. *Auguſtorum*, quorum vitas Suetonius Tranquillus deſcripſit. Alter eſt *Auguſtarum*, ſeu conjugum eorundem duodecim Imperatorum. Tertius eſt Nomiſmatum *Julii Cæſaris* : quæ omnia affabre ſculpta viſuntur, & pauci admodum falſi nummi intexuntur. Quartus tomus *Nomiſmatum* continet *explanationem*, libris duobus Venetiis olim editis, anno 1555. Venetus quoque nobilis Sebaſtianus Erizo Tractatum Nomiſmatum variorum temporum, & averſarum imaginum edidit, ſed quas non recte ſculptas obſervavi, eſtque in ea ſententia, Nummos illos monetæ loco minime fuiſſe, ut Dialogo primo dicere memini. Gal-

que ſe mudaſſe la mala orthographia de *q*; porque hallando en el libro de las Pandetas de Florencia ſiempre *que*, y *q*. aſſi lo hizo imprimir año 1543. y eſto han ſeguido todos los que bien eſcriben.

A. El miſmo Aldo trahe para provar que *Triumpho* ſe haya de eſcrivir con PH, un letrero que comiença L. CAECILIVS. L. F. METELLVS. PONT. MAX. *&c.* y en las inſcriciones de Roma comiença, S. P. Q. R. L. METEL. PONT. II. COS. *&c.* La verdad es que Plinio mayor en la hiſtoria Natural refiere, que Quinto Metello alabando à ſu padre Lucio Metello en ſu muerte, dixo los cargos, y honras, y vida que tuvo, y por eſſa ocaſion fingieron eſtos letreros. Deſta manera creo que hai algunos otros tomados de palabras de algunos autores, y ſon menos malos que los otros del todo falſos.

B. Mucho deſſeo ſaber que libros hai de molde donde ſe trate de medallas, y de inſcriciones, pues V. S. hoy ha començado à darme noticia de algunos.

A. Yo dire los que ſe me acordaren, y los que eran mas conocidos en Roma quando yo eſtava en ella, ahunque ſe que deſpues aca ſe han impreſſo otros. El mas antiguo libro de medallas es aquel de quien hablavamos poco ha, que fue hecho en tiempo de Papa Leon, cuyo principal autor entiendo que fue Andres Fulvio año 1517. y deſpues impreſſo con addiciones del tiempo de Papa Clemente, y de Paulo III. Alli hai ſolamente las caras, y vidas de los Emperadores ſin roverſos, ahunque al fin del libro hai diverſas medallas con roverſos, las mas dellas ſon por la mayor parte de las de plata, y algunas pocas de las de cobre, y hai muchas fingidas allende de las que diximos, como de Cayo Mario, Neo Pompeyo, Ciceron, y Caton. En la ſegunda impreſſion pone ſu nombre Juan Huttichio en Argentina 1537. Deſpues imprimio Jacomo Eſtrada un libro con titulo de *Epitome theſauri antiquitatum*, en que hai retratos, y medallas de Emperadores ſin roverſos, y ſus vidas : y aſſi miſmo tambien imprimio Rovillio otro libro, con titulo de Promptuario de medallas, donde eſtan roſtros fingidos de todas las perſonas ſeñaladas con algunos verdaderos deſde Adam haſta nueſtro tiempo, ſin roverſos : y aſſi tambien en diverſas hiſtorias, y vidas de Emperadores han pueſto ſus retratos, y medallas ſin roverſos, como hizo el miſmo Eſtrada quando hizo imprimir los Faſtos de frai Onofrio Panvinio en Alemaña. De medallas con roverſos imprimio Eneas Vico diverſos libros : el primero fue de los roverſos de los doze Emperadores ; el ſegundo de las Auguſtas mugeres de los miſmos doze Emperadores : el tercero fue de las medallas de Julio Ceſar : todas eſtas eſtàn muy bien ſacadas, y hai pocas falſas entre ellas: el quarto libro es un diſcurſo ſobre las medallas partido en dos libros, impreſſo en Venecia el año 1555. Otro diſcurſo hai de un Gentilhombre Veneciano llamado Sebaſtian Erizo, en el qual pone muchas medallas de diverſos tiem-

tiempos, y declara ſus roverſos muy dotamente: pero en los libros que yo he viſto eſtan muy mal pintadas las medallas, y tiene por opinion que eſte genero de medallas no era moneda de aquellos tiempos. Otro diſcurſo hai de la religion antigua de los Romanos, y de otras coſas de Guillermo Choul Gentilhombre Frances natural de Leon: pone muy buenas pinturas allende de las medallas, y de ſus roverſos, de diverſas joyas y otras antiguedades de los Romanos: es el libro eſcrito con mucha diligencia, y erudicion, y eſta en lengua Franceſa, y Italiana. De Wolfango Lazio Medico muy doto, al qual conoci en Viena, hai dos Libros de comentarios de coſas de Grecia: y al principio hai muchas medallas Griegas mal debuxadas. Deſpues que yo ſali de Roma he viſto que Humberto Goltzio Herbipolita ha impreſſo tres libros grandes de medallas: en el uno eſtan los faſtos de los magiſtrados, y triumphos de Romanos con muchas medallas à propoſito dellos, en el otro eſtan Julio Ceſar, y los que le mataron, y los Triumviros, y eſta la hiſtoria, y medallas con los roverſos muy bien hechos: en el tercero hai medallas Griegas de Italia, y Sicilia, y de algunas otras partes: ſon los libros de muy grande erudicion, y muy bien pintados. El poſtrer libro es las Familias de Fulvio Urſino, donde eſtan declaradas muy bien, y debuxadas todas las medallas de plata de Romanos haſta el tiempo de Auguſto Ceſar: no ſe ſi me dexo algunos otros libros.

C. V. S. ſe dexa un libro de Juan Sambuco, donde deſpues de unos emblemas pone algunas medallas ſin declaracion; y otro libro de Gabriel Simeon que intitulo, *Iluſtracion epitaphios*, y *medallas*; y otro libro del Conde Conſtancio Lando: es verdad que eſtos tres libros tratan brevemente de eſtas coſas.

B. Queda me por ſaber que libros hai de los epitaphios, ò inſcriciones.

A. Ya eſtan nombrados los principales: el uno es de las inſcriciones de Roma ſolamente, publicado por Andres Fulvio, impreſſo por Jacomo Mazochio en Roma año 1521. El otro es el que deziamos de las inſcriciones de todo el mundo, publicado por Pedro Apiano, y Bartolome Amancio, impreſſo en Ingolſtad el año 34. El tercero es el libro de la orthographia de Aldo Manucio hijo de Paulo, el qual libro ha ſido impreſſo tres vezes: la ſegunda edicion es la mas copioſa, y la tercera no tiene inſcriciones. Tras eſtos pondremos los comentarios de los Faſtos Capitolinos de frai Onofrio Panvinio, y el libro *de Republica Romanorum* del miſmo, y otro

tro

Gallus quoque Guillelmus Choul, nobilis Lugdunenſis, docte, ſed populari ſermone, *De antiqua Romanorum religione* diſſeruit. Imagines nummorum recte pictæ cum averſis partibus, item gemmis ac Sigillis, ſummæ eſt, & accurationis & eruditionis liber, non Gallice modo ſed & Hiſpanice, & Italice conſcriptus. Tranſeo ad Germanos. Wolfgangus Lazius medicus, & hiſtoricus Cæſaris pereruditus, Viennæ olim mihi familiaris, præter Hiſtoriarum opera varia, nummos quoque Græciæ, ſed male ſculptos, edidit: Roma quoque digreſſus vidi Huberti Goltzii Herbipolitani volumina tria quattuorve Nomiſmatum. Primus eſt *Imperatorum* omnium grandes icones; alter *Faſtorum*, hoc eſt Magiſtratuum, Conſulum, ac Triumphorum Rom. cum nummis eodem pertinentibus. Tertius eſt *Julii Cæſaris*, ac percuſſorum ejus, ac Triumvirum nummos complectens, itemque rerum geſtarum hiſtoriam, cum averſis Nomiſmatum partibus graphice ſculptis. Quartus *Auguſtum* continet, ejuſdemque ævi nummos & hiſtoriam. Acceſſit denique ejuſdem Goltzii opera *Magna Græcia & Sicilia*, ſed non abſolutum opus, *latentibus reliquis apud hæredes laminis.** Dedit & veluti Epitomen, *Theſaurum Antiquitatum* typis Plantinianis. Sunt ſane perutiles beneque ſculpti Romanarum rerum ſtudioſis libri illi. Adolphus quoque Occo Medicus Auguſtanus, e Fuggerorum theſauris opus denuo edidit Auguſtæ Vindelicorum *de Nomiſmatis veterum Imperatorum*, & averſis partibus, ſed abſque iconibus. Ultimo addamus loco *Familias Rom. Fulvii Urſini* Canonici Rom. Quo opere & imagines ſculptæ artificis manu, ac perſpicue expoſitæ leguntur, ex argenteis Romæ nummis ad Auguſti uſque tempora: ( *quod opus nuper etiam auxit, adjectis Familiis, Abrahamus Gorlæus Antuerpianus.* ) Neſcio an qui reliqui ſint libri qui me fugerint.

* *Sed quæ brevi proferentur.*

C. Præteriiſti Joannis Sambuci libellum, qui in Emblematum calce nudos appoſuit nummos. Omiſiſti & Gabrielis Simeonis *Epitaphiorum ac Nomiſmatum illuſtrationem*, item Conſtantii Landi Comitis: ſed qui breviter nimis hæc attingant.

INSCRIPTIONVM *ſcriptores.*

B. Reſtat ex te cognoſcere qui Epitaphia & Inſcriptiones antiquas evulgarint.

A. Principes jam enumeravimus, quorum unus eſt *Romanarum Inſcriptionum*, edente Andrea Fulvio, typis Jacobi Mazochii, Romæ, anno 1521. Alter orbis totius Inſcriptiones, ut diximus, eſt, edentibus Petro Apiano & Bartholomæo Amantio Ingolſtadii anno 1534. Tertius eſt Orthographiæ majoris Aldi Manutii, Pauli filii, quæ & ter edita, poſt ſine Inſcriptionibus auctior exiit. Excipient *Faſti Capitolini* Onuphrii Panvinii, ejuſdemque *de Repub. Romanorum* aurei libri. Item Wolfgangi Lazii *de Repub. Rom. Imagines* quoque illuſtrium antiquorum a Fulvio Urſino ſemel iterumque datæ. Singularum urbium *Inſcriptiones* etiam re-

re-

reperias, ut *Veronenſium* per Torellum Sarainum, & *Patavinorum*, opera Bernardini Scardeonii canonici: Nemauſenſium ſed Gallice, Joann. Poldus collegit, ut Latine Joann. Pontanus. Hiſpanicas vero Inſcriptiones Ambroſius Morales Cordubenſis Hiſpanicis Annalibus inſeruit, *& de urbium Hiſp. Antiquitatibus ſcripſit, Latine vero & Joann. Sambucus, & Adolphus Occo Commelini Typis Hiſpanica monumenta evulgarunt.* Vidimus & Moguntinas & Colonienſes Germaniæ Inſcriptiones priſcis editas temporibus, quas haud ſcio an Petrus ſit Apianus complexus. *Auguſtanæ quoque Reip. Antiquitates dedit vir nobilis atque eruditiſſimus Marcus Valſerus, Duumvir Auguſtanus.* Pyrrhi quoque Ligorii Neapolitani pictoris opus *Antiquitatum* pridem exſpectatum, in quo nummi ſunt & Inſcriptiones plures forte quam alibi gentium.

tro libro *de Republica* de Wolfango Lazio, y el libro *de Imaginibus* de Fulvio Urſino. De inſcriciones particulares de algunas ciudades hai, como el de Verona de Torello Saraina, y de Padua de Bernardino Eſcardeonio en Latin, y en Frances de la Ciudad de Nimes de Juan Poldo, y de toda Eſpaña del maeſtro Ambroſio de Morales en Caſtellano: y mas antiguo es un libro de inſcriciones de Maguncia, y Colonia en Alemaña, y creo que todas aquellas inſcriciones eſtan en el libro que hemos dicho de Pedro Apiano. Mas imprimirſe ha preſto el libro de antigualias de Pyrro Ligori Napolitano, donde hai mas medallas, y inſcriciones que en todos los otros libros juntos.

C. Sed cur præteriiſti Ludovici Ponzii Tarraconenſis de magnitudine Tarraconenſi, & urbis Inſcriptionibus? Vidimus & Venetiis cuſum anno, opinor, 1525. a Joann. Tacuino *de Notis*, quibus conſtant Inſcriptiones Romanæ, quas & (*a*) *Valerius Probus*, *&* *Petrus Diaconus* expoſuit: quo in libro Tituli ſunt partim veri, partim falſi.

C. Vueſſa S. podria hazer mencion de dos libros de M. Luis Ponz, de los quales el uno es impreſſo con titulo de las grandezas de Tarragona, y el otro de las inſcriciones de la miſma ciudad, que no eſta impreſſo. Otro libro hai impreſſo en Venecia el año de 25. por Juan Tacuino, donde eſtan diverſos autores que tratan de la interpretacion de las notas, ò cifras de los Romanos, como Valerio Probo, y Pedro Diacono; y alcabo hai muchas inſcriciones antiguas parte verdaderas, y parte falſas.

A. Credo equidem, plures eſſe libros, quos aut non viderim, aut memoriam fugerint. His autem a te de Notis jam dictis, qui non notas, ſed ſingulas litteras Antiquitatum & lapidum exponunt, addi queant, quæ Codici Theodoſiani Jac. Cujacius Juriſconſultus nuper adjecit *Magnonis*, niſi fallor, nomine.

A. Bien creo yo que deve de haver muchos otros libros los quales yo no he viſto, ò no me acuerdo dellos: mas con eſſos que v. m. ha nombrado, que interpretan no las notas, y cifras, ſino las letras ſingulares de las piedras, y otras antiguallas de Romanos, ſe puede poner el libro que publico al fin del Codigo Theodoſiano de Cujacio pocos años ha, que creo le dize *Magnon.*

B. Diſcrimen, ut video, collocas in *ſingularibus litteris* & *Notis*; nodum quæſo expedias.

B. Parece que V. S. haze differencia entre las letras ſingulares, y las notas, ò cifras: deſſeo ſaber en que conſiſte.

A. Ut *litteræ* & *Notæ* differunt, ſic & earum ſunt Interpretationes diverſæ. In Numeris Romani Litteris ſunt uſi, ut I. V. X. item cifris ſeu ſignis, ut pro mille ∞ pro quinque millibus I϶϶. ac deinceps. *Cifra* quoque Centuriones in marmoribus deſignantur forma diplæ >. *Notæ* vero Romanorum ab his diverſæ, quibus qui uterentur *Notarii* dicti, quales & Ciceronis fuiſſe ætate ferunt, imo & Libertum ejus *Tironem* uſum, teſte Plutarcho in Cicerone: qua de re epiſtola exſtat diſerta Petri Bembi Cardinalis; (*editumque nuper opus ingens Notarum veterum Senecæ nomine*:) itemque Polygraphia Joann. Trithemii Abbatis. *Litterarum compendia*, Valerio Probo, aliiſque interpretantibus, litteræ ſunt ſingulares, binæ, aut ternæ ut in Prænominibus, A. *Aulus* eſt, C. *Cajus*, M. *Marcus*, P. *Publius*: ſic & deinceps, quas non recte quidã *Notas* ſive publicas, five vulgares nominarunt. Diverſæ enim hæ ſunt, ut jam diximus. Atque

A. Como hai differencia entre letras, y cifras, aſſi hai en la interpretacion de las unas, y de las otras. En los numeros uſavan los Romanos de letras, y cifras, como I. V. X. ſon tres letras, mas mil eſcrevian con cifra ∞, y cinco mil I϶϶, y otros numeros mayores hazian con cifras, y cifra es tambien la abreviacion de Centurio que llamavamos diple >, y aſſi hai otras que los antiguos Romanos dezian notas, y à los que uſavan dellas llamavan notarios: y dizen que fueron introduzidos eſtos notarios que eſcrevian con cifras en tiempo de Ciceron, y que ſolian andar libros de Tiron ſu liberto, como creo que refiere Plutarco en la vida de Ciceron, y hai ſobre eſto una epiſtola muy elegante del Cardenal Pedro Bembo: y mas largamente trata deſto el Abad Juan Tritemio en un libro que intitula *Polygraphia.* Las otras abreviaturas que interpretan Valerio Probo, y los demas, conſiſten en abreviacion de letras: como es en los prenombres que P. ſigni-

*a* Prodierunt una cum *Magnonis* Diaconi Notis, Lugd. Bat. ann. 1599.

gnifique *Publius*, y C. *Cajus*, M. *Marcus*, y los demas: y ahunque algunos abuſan llamando à eſtas letras ſingulares Notas, ò Notas publicas, y à las otras Notas vulgares; pareceme à mi que hai entre ellas la differencia ya dicha. Y con eſto demos fin à eſta materia.

que hic Diſputationis ſit noſtræ terminus ac modus.

---

# ANDREÆ SCHOTTI

## *SOCIETATIS JESU.*

## DIALOGUS DUODECIMUS.

### *De Priſca Religione Diiſque* (a) *Gentium.*

CUM ab annorum viginti peregrinatione civili tumultui vitando olim ſuſcepta, domum tandem revertiſſem, jamque de via feſſus amicorum me & propinquorum ſalutationibus dediſſem, acceſſit vetuſta mihi neceſſitudine conjunctus vir optimus Abr. Ortelius, civis noſter, arte Geographica, & Theatro Tabularum pridem edito orbi clarus: mihique reditum congratulatus oblato libello, *Aurei ſæculi Imagine*, ſeu *de Germanorum veterum moribus ac vita*, Age, inquit, Schotte, ad Epiſcopum Torrentium, tui amantiſſimum, eamus. Nam te videre pridem exoptat, ex quo Roma te in viam dediſſe ingenti gaudio cognovit. Ego vero, inquam, ac lubens, meque amico ſocium adjunxi, foreſque pulſamus. Prior ingreſſus Ortelius Torrentium, ut eorum uſu erat, quod Mechlinienſium eſſet Archiepiſcopus jam deſignatus, conſalutando: Quid vero tandem ait, Orteli, novi? ſatin ſalvæ res? Ad hæc Ortelius. Novum, ſi ita vis, amicum adduximus. Et quem quæſo? ille, *Schottum* ait, diu patria abſentem. Ita ne vero? ait. Complexus me ſenex, colloque incumbens: Teneo te, Schotte? Identidem id repetens, data acceptaque dextera. Expectatus nobis pridem adventus tuus, ſed Majorum tuorum imperio triennii moram docendi interpretandique munere injectam eſſe triſtis inaudieram. Quam te libens volenſque intueor! Equidem grates, de more, tunc egi. Me ille de Italiæ Urbiſque rebus varia percunctatus, deque ingeniis ævi noſtri excellentibus, in Hiberia mihi notis Antoniis, Auguſtino, & Covarruvia, Didaci fratre; de Petris Ciacconio, & Nunneſio, ceteriſque, ſic ille colloquendo conſumptus eſt dies. Poſtridie ejus diei redire officii honoriſque gratia juſſus peracta re divina, cum eodem Ortelio advolamus, quæque tum nos eo cauſſa attuliſſet, ne a ſymbolus accederet, libellum e ſinu recentem a typo protulit, *Deorum Dearumque Gentilium effigies* e Rom. Nomiſmatis affabre varieque in æs ſculptis iconibus, quod illo theſauro delectari quoque Præſulem e Suetonii duodecim Cæſarum Commentario obſervaſſet, mihi quoque inſpiciendi facta copia. Et manum laudare, inquam, libet artificis, variegatis linearum ductibus, nulla ut forma alteri reſpondeat, & colligentis induſtriam tum mirabar. Excepit Torrentius. Hæc una de multis, quas Antonius Auguſtinus tuus, Dialogo primo, & ſecundo, (quos ex Hiſpania ad me miſiſti) commemorat utilitatibus e Nomiſmatis, una quoque adnumeranda eſt, ad ædium, urbium, Provinciarum, ac Virtutum imagines, *Deorum* etiam *Dearumque* in nummis Rom. *capita* exſtare, cujus rei cauſſas inveſtigare, quando nos bonus hodie Deus conjunxit, ſi ita vultis, placet. Hunc enim vobis amicis magnis, & interiorum litterarum, non de vulgo amantibus diem largior. Primum itaque, non temere Deum Opt. Max. hanc nobis pauciſque adeo æqualibus in tanta honeſtorum civium copia, mentem injeciſſe, ut Antiquitatem admirari, & eruere quotidie inveſtigando plura libeat, idque e Nummis, veterumque Inſcriptionibus marmoreis. Verum, quod doleo, ad inſaniam uſque nonnulli, & nummos Romanos, non æreos modo, ſed & argenteos, & aureos cupide coemunt, litterarum tamen bonarum ignari, rudeſque omnis Hiſtoriæ, imo & linguæ Latinæ indocti. Quo fit, ut præter inſpiciendi frequenter guſtum, fructum præterea nullum referant, ſed ut avarus quiſque

*Condit opes terra, defoſſoque incubat auro:* *Virg. II. Geog. 507.*

utque *Euclio* ille Plautinus ollam humo conditam oculo reſpectabat irretorto. *Plautus in Aulularia.* Sed quam vellem litteras bonas rudes iſti Antiquarii adjungerent, Hiſtoriamque priſcam tractarent: ſane incredibili, atque adeo utili voluptate caperentur, nunc cæci cæcorumque duces ſe profitentur, ac puerili quodam judicio imaginum dumtaxat ſpecie capiuntur; rem vero geſtam & artificium negligunt ac faſtidiunt. Adhæc Ortelius, dicendi præfatus veniam: Similis, inquit, error eſt aliorum, ſi fas eſt componere, ne dicam amentia eorum, qui floribus hodie exoticis ac peregrinis mirifice oblectantur, in quibus præter colorem varium oculos dumtaxat paſcentem, ſaporis vero odoriſve nihil ſentiant, & veluti externæ merces ac tranſmarinæ, ſed nimis, heu! caducæ, ac brevis ævi, & fragiles, inter vecordes incredibili ſæpe væneunt pretio, qui præter *Floram* Deam nihil penſi ducant. Dehinc Schottus intulit:



a Marte. Jove. Neptuno. Vulcano. Mercurio. Apolline. Junone. Veſta. Minerva. Cerere. Diana. Cybele.

*O cæcas hominum mentes, o pectora cæca!*

Huic ego dementium collegio adſcribam, ſi placet, qui auri, & argenti cupidiſſimi fallacem artem tractant Chemicam, & noſtra lingua venuſte *Alghemiſt* quaſi bonis exutos dicas, nominantur, ut plerunque accidit decoquendo, ac profligando, cum horas tum bona tam ſua quam aliena perditum euntes: nec his contenti, editis ſcriptis *Lapidem Philoſophicum*, *&* *Arborem ſcientiæ* ſe jactant repperiſſe. His nugis Reges ac Principes ineſcant, atque expilant, mendaciis & impoſturis pene conſuti. Sed ſi quis rem recta ratione pendat, ut in ligno vermes corrodentes, & in pannis tineæ naſcuntur, ſic & in omnibus omnino diſciplinis corruptela quædam exſiſtit, & quaſi pro matre noverca fit. Philoſophiæ enim Sophiſtica adverſatur. Medicæ arti, Empirici, & Paracelſiſtæ apprime nocent: Sacræ Theologiæ hæreſes adverſantur, jam inde ab ortu Eccleſiæ, Dei permiſſu, exortæ, ut conſtantes in fide appareant. Quid igitur mirum, ſi & in Antiquitatis ſtudio, quidam hoc ſæculo abuſi, male alios de eo ſentire cogant? ſed uſui abuſus præjudicare non debet. Venit in mentem & alia quorundam inſania, qui in Italia, & Ciceronis adeo temporibus, coemendis ſtatuis e lapide aut ligno, ſignis item ac picturis ad reprehenſionem uſque dediti fuere, de quibus alibi diſſerere memini, cum de *Ciceronis Imitatione reſtauranda* agerem. Hic Torrentius nos blande reſpiciens ac renidens: Age, inquit, Schotte, munus Ortelianum una inſpiciamus. Libelloque reſignato, cujus eſſet umbilicus inauratus, in limine præferebat DEORVM DEARVMQVE CAPITA. Argumentum, inquam ego, ſermonis noſtri eſto Eccleſiaſticis dignum viris, de Religione ſacriſque *veterum Rom. ac de Deorum multitudine*: qua cæcitate Gentium luce Evangelica ſumus Chriſtiani Dei benignitate liberati. Hanc enim idolomaniam Sancti Patres paſſim oppugnarunt, ac potiſſimum qui adulta jam Eccleſia, Martyrumque ſanguine irrigata, poſt Conſtantini etiam Magni ætatem, & antea, Apologiis pro Chriſtiana fide editis propugnarunt: Tertullianus, Cyprianus Martir, Arnobius, ejuſque auditor Lactantius, Minucius Felix: & de Græcis, Athenagoras, Juſtinus Martyr, ejuſque auditor Tatianus, & contra Celſum Origenes, & adverſus Julianum Cyrillus, ac denique Theophilus. Verum enim vero, non hic de *Deorum inventis* dici a me jubes, doctiſſime Levine, de quibus C. Plinius libro ſeptimo, idemque Tatianus, parentumque memoria Polydorus Urbinas conſcripſere. Neque de *Cognominibus* agere me vis, quæ Lilius Giraldus, eademque tempeſtate, ſed brevius, Julianus Aurelius, in Belgio Juriſconſultus, uno faſce colligarunt. Nec denique de Epithetis anquirendum exiſtimas, fabuloſiſque Deorum Gentilium narrationibus, de quibus Naſo in Transformationibus, ac de Græcis Palæphatus ac Phurnutus, noſtraque memoria Baſilius Zanchus erudite e Græcis fontibus pertractarunt. Quæ vero animantia, & arbores, quibus Diis, Deabuſque ſacræ eſſent, idem Ant. Auguſtinus Præſul, quem honoris cauſſa libenter appello, Dialogo II. & V. Antiquitatum abunde recenſuit. Hæc itaque mittimus, ſed de *urbibus* modo, quæque *artes* cuique ſacræ ſint breviter, quando ita jubes, exponam, ea tamen lege, ut majora ex Te, homine harum rerum peritiſſimo, audiamus, ut pro Ortelio id etiam efflagitem. Callimachus Cirenæus, Poëta elegans, Vulcano quidem fabros addictos, ut Marti milites, & Dianæ venatores, Apollini poetas, Jovi denique Reges eſſe ſacros prædicat, verſibus, quos e memoria, ſed Latine tantum, proferam:

*Tullianar. Quæſt. lib. 4. cap. 6.*

*Plin. lib. VII. c. 56.*

*Callim. Hymno in Jovem.*

*Quin & Mulcibero fabros ſacrare ſolemus:*
*Milite Mars gaudet, celeri tunicata Diana*
*Venatore, lyra Phœbus, doctiſque Poetis.*
*Ex Jove ſunt Reges, quo nil divinius uſquam.*

Deo Opt. Max. Reges ait ſacros, quod & ſacræ teſtantur litteræ: *In manu Dei cor Regis eſſe* teſtantes. Adhæc Horatius olim abs Te illuſtratus feliciter, in Odis canit:

*Prov. XXI. verſ. 1.*

*Regum timendorum in proprios greges,*
*Reges in ipſos imperium eſt Jovis,*
*Clari giganteo triumpho,*
*Cuncta ſupercilio moventis.*

De *urbibus* vero *Diis Deabuſque* conſecratis, ſibique in paucis caris, ſic Poeta vetus:

*Dodona eſt tibi, Juppiter, ſacrata;*
*Junoni Samos, & Mycæna Diti:*
*Undæ Tænaros, æquoriſque Regi;*
*Pallas Cecropias tuetur arces:*
*Delphos Pythius orbis umbilicum:*
*Cretem Delia, Cynthioſque colles:*
*Faunus Mænalon, Arcadumque ſylvas,*
*Eſt tutela Rhodos beata Solis:*
*Gades Herculis humidumque Tibur,*
*Cyllene celeri Deo nivoſa:*
*Tardo gratior æſtuoſa Lemnos:*
*Ennææ Cererem nurus frequentant:*
*Raptam Cyzicos oſtreoſa Divam:*
*Formoſam Venerem Gnidos, Paphoſque.*

Adhæc Torrentius: Recte tu quidem; nunc de priſca Romanorum Religione, quam a Græcis cum diſciplinis armorumque uſu acceperunt, qui maxime armis ac legibus bellique artibus viguerunt, agamus. Lex enim fuit a M. Tullio conformata in ea, quæ interdicit Reipub. lib. de Legibus ſecundo ex Platonis potiſſimum Legib. & Epinomide. Nam ceteræ partim e Solonis legibus partim e Decemviralibus ſeu *Duodecim Tabularum* factæ eſſe videantur. Ad Deos vero pertinens his fere verbis eſt concepta lex: SEPARATIM NEMO HABESSIT DEOS. NEVE NOVOS. SED NEC ADVENAS, NISI PVBLICE ADSCITOS, PRIVATIM COLVNTO. Socratem vero Athenis, cicutam bibere coactum ferunt, ob invectam aliam religionem. Pythagoras adhæc in Aureis car-

*Cic. Tuſc. I. Plut. in Catone. Plato in Apologia.*

carminibus, & ad Nicoclem Iſocrates Orator, & in Areopagitico, Deos colendos, ſed lege tantum, uſuque receptos affirmant. Lex itaque ſacra externa, ritus, cæremoniaſque ſacrorum privatim fieri vetat. Vaticines quoque civitate pulſos, libroſque Romæ exuſtos Livius commemorat. De Romanis autem hic in præſens potiſſimum dicam. Nam, ut Poeta, neſcio quis, vetus tamen, cecinit:

*Liv. lib. V. & XXXIX.*

*Cive Romano per orbem nemo vivit rectius:*
*Sperne majores peregrinos, mille habent offucias.*

Cato itaque in Re Ruſtica villico præcipit, rem divinam niſi *Compilatibus*, in compito, aut *Laribus* in foco ne faciant. Plutarchus in Marcelli vita, Romanos ait, patriæ Religionis morem a majoribus traditum conſtanter ſic obſervaſſe, ut ne latum quidem unguem ab ea deflecterent. Et Auguſtum Tranquillus noſter, ſupra duo librorum millia externæ fatidicæque Religionis, Græci Latinique generis cremaſſe auctor eſt. Martianus quoque Jureconſultus noſter: *Si quis privatim ſacrum ſibi conſtituerit, non ſacrum ſed profanum eſt.* Quid? Nonne ſacræ litteræ id clamant, majorum mordicus retinendam religionem? Deuteron. VI. capitul. & rurſum XXXII. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: majores tuos & dicent tibi.* Et vates Regius: *Deus auribus noſtris audivimus: patres noſtri annunciaverunt nobis.*

*Sueton. in Aug. c. 31.*

*Pſalm. 43. 1.*

Ordire itaque, Schotte, hanc telam prior. Equidem cum Deo, & Ortelius noſter, & ſi quis commodus intervenerit amicus, una pertexemus. Cum ecce puer nuntiat, fores pulſari, moxque adeſſe officii & honoris gratia Nicolaum Roccoxium, Senatorem, & Antiquitatis omnis ut peritiſſimum, ſic & abundantem Romanorum nummis, ſignis, gemmis, ac ſtatuis, juſſus introduci, ſalutatis utrimque omnibus: Ego vero, inquit, veritus ne moleſtus interveniam, ſemel negotium cum Epiſcopo expediam, aut res meæ procraſtinentur. Procraſtinari placet, ait Torrentius: Teque veniſſe delectat in Schotti adventu, quem & domo evocare, ea gratia ſtatueram. Sermonem interventu tuo non abrumpes, ſed augebis, vel arbitrum potius te præſtato, quando liberales ſunt hi noſtri ſermones.

De DIIS, inquit Ortelius, ſermo eſt inſtitutus ex iconum libello, quem excidere mihi Saturnalibus ſum paſſus, dum in brumæ productioribus hiſce noctibus domi Nomiſmatum Romanorum κειμήλια attentius conſidero, meque in Bibliothecam abdo. Vocationes interim amicorum, conviviaque & intempeſtivas cenas fugiens ipſe, nec præbens aliis. Verum quantum alii tribuunt aleæ, poculis, otio, atque ignaviæ, id omne tempus ſi Geographicis illuſtrandis impertiar, quis civium merito reprehendat? Nemo jure reprehendat, ait Torrentius. Imo uno ore laudamus omnes, teque hoc ſæculo in ſtudiis beatum prædicare ſoleo, quod foras edens Orbis terrarum Theatrum, rem familiarem mirifice auxeris, ut opus augere indies, ſpartamque ornare atque amplificare tuo ære poſſis nihili pendens ſordes operarum, atque hujus ſæculi Typographorum, qui uni lucro, non famæ, pauci publico ſtudent commodo. Adhæc Ortelius: Partiamur agedum Deos, qui in manibus ſunt in *Majorum gentium*, & *Minorum*, ut poſt Romæ Senatores diviſos memini. De Minoribus autem Diis, quando id infinitum ſit negotium ac lentum, aliis mandabo: nunc Majorum gentium ſex Deos, totidemque Deas hoc Q. Ennii verſu apud Appulejum comprehenſos, pertractemus:

*Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars:*
*Mercurius, Jovi, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Marium hic ſequamur ordinem, qui ſexus ſequiori præſtat, ducto a *Marte* initio, qui Belgium hoc, pace quondam florens, merito ſuo quadraginta ipſos annos afflixit, nondum tamen evertit: cum & *toto ſævit Mars impius orbe.* *Martem* itaque bellorum Deum, galeata forma ex Conſtantini æreo nummo exhibeo, mirandumque adeo raro reperiri, cum ſæpe *Roma* galeata appareat in nummis: An quia Deus ille Romani auctor imperii putatur, oppreſſa Rhea Silvia, e qua gemini ſint nati *Romulus* & *Remus*, in ſylva poſt a lupa lactati? An potius quod duabus potiſſimum rebus regna, Reſque publicæ, *pacis bellique* temporibus contineantur *Armis* nimirum ac *Legibus*? unde *Togati*, ac *Sagati*, qui hæc tractent, nominari ſolent. Sic enim maſcula illa Poetria *Sulpicia*, in Satyra quadam ſub Domitiano Imp. ſcripta luſit:

MARS.

*—— Duo ſunt, quibus extulit ingens*
ROMA *caput, virtus* BELLI, *& ſapientia* PACIS.

Et certe Romani poſt Græcos armis imperium & dilatarunt ad Taurum uſque Ciliciæ montem, & partum auctumque tenuerunt. Quo minus mirandum *Patrem* eſſe cognominatum, ut e Jove *Jupiter*, quaſi *juvans Pater* dictus, ſic Marſpiter nuncupatus *Mars*: quod etſi fundi calamitas labeſque ſit Bellum, pacis tamen temporibus, Juſtitiam quietemque armis excubando tueatur. Verum & Thurii præter Romanos nummum cum *Martis* imagine cuderunt, unde & *Thurius Mars* dictus ab Orpheo, Homero, & Anacreonte Poetis. Hic Roccoxius obſtupeſcens interpellat. Hui, a *Marte* ducis, Orteli, initium? Quin potius omnis Antiquitas a Jove ſolet auſpicari, a quo Opt. Max. *rerum agendarum*, inquit Cicero, *nobis ſint capienda primordia.* Et æqualis ejus Maro ex Arati Phœnomenis, aut e Theocriti Encomio in Ptolemæum Regem:

*A. Gellius lib. 5. c. 12.*

*A Jove principium Muſæ: Jovis omnia plena.*

Et Gregorius, Theologi cognomento: *Primum*, inquit, *poſtremumque rerum omnium* DEUS *eſto.* Hic Lævinus excepit: Recte tu quidem, Nicolæ. Cum me igitur hujus veluti Sympoſii Philologici hodie Magiſtrum aut arbitrum, ut Catonem olim Magiſteria delectabant, creaſtis, non bibendi ſed dicendi, age, Roccoxi, tuas eſſe dicendi partes exiſtima. Præfa-

*Cic. in Cat. Majore.*

fatus jam ille de more veniam, ſic de *Jove* non protrita eſt auſpicatus, libello interim Deorum in manus arrepto, ut laurum in conviviis σκολιὰ carmina canentes ſolebant. Occurrit, inquit, IVPITER. primo *Jupiter Opt. Max.* Deum atque hominum Rex vana Gentium habitus ſuperſtitione, hirſutus, hiſpidus in nummo Ptolemæi regis Ægypti, in qua Provincia mire idololatria viguit, ut & in Creta, ejus oſtenſum, tanquam mortalis, ſepulcrum, quo etiam nomine mendaces potiſſimum Cretenſes ſunt habiti. Iiſdem Ægyptiis & Afris *Jupiter Ammon* ab arena, arietinis cornibus, in Trajani Auguſti nummis ſpectatur, auctoribus Ovidio, Lucano, Silio, & Statio. Hujus ſe filium Alexander ille Magnus aſſentando deluſus *Q. Curt. lib. IV.* gloriabatur, teſte Curtio. Indignante interim *A. Gell. lib. XIII. c. 4.* Olympiade matre, datis ad filium, quæ apud A. Gellium ſunt, litteris. *Anxurus* vero, ſive, ut Fulvio Urſino magis placet. *Axurus*, ἀπὸ τοῦ *In lib. I. ſerm. Sat. 5.* ξυροῦ, allato Porphyrionis in Horatium loco ſic emendato: *Terracina, Campaniæ opidum, & Axur olim dicebatur, unde Jovem Axurem colebant, cujus & Virgilius meminit:* *Virg. VII. Æneid. 799. & X. 545.*

*Circæumque jugum, queis Jupiter Anxurus arvis*
*Præſidet, & viridi gaudens Feronia luco.*

*Impoſitum ſaxis, quoniam illis temporibus adhuc Terracinenſis urbs in altiſſimo monte erat. Unde poſtea in æquiorem locum poſita eſt, ut non ſint ſolum adhuc veſtigia ædificiorum in monte, ſed & murorum.* Hæc ille. Adhæc *Vejovem* hic cerno cum ſagittis a tergo manu contortis, quod noxius fuerit Deus, qua forma idem *Lib. V. c. 12.* Gellius depinxit, ſpectaturque in L. Cæſii nummis: *Simulacrum, inquit, Vejovis, quod eſt in æde ſita inter arcem & Capitolium, ſagittas tenet, quæ ſunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem eſſe dixerunt, immolatumque illi ritu humano capra; ejuſque animalis figmentum juxta ſimulacrum ſtat.* Hic igitur non tam *juvans Pater* ut *Jupiter*, quam noxius habebatur. *Ve* enim, ut augendæ, ſic minuendæ rei gratia frequentius adhibitum. *Statori* vero Jovi a *ſiſtendo* potius quam a *ſtando* datum nomen Litteratores opinantur: cui ædem Romulus cum Sabinis pugnans, ſuis in pugnæ diſcrimine fugientibus vovit. Itemque Samnitico bello M. Atilius Regulus cos. anno poſt Rom. cond. CDLIX. ut Li- *Livius lib. I. & X.* vius refert, manus in cælum tendens, templum eidem *Statori* vovit, ſi a fuga ſtitiſſet Romanas acies, redintegratoque prælio cecidiſſet, viciſſetque Samnitum legiones. *Fulminatorem* autem *Jovem*, & *Dium fidium* in nummis reperias, quem *Fidei præſidem* in Dionyſio Halicarnaſ- *Lib. 4. Antiquit. Rom.* ſeo convertit Galenius. Lapus enim antea *ſponſorem*, quaſi ἐγγυητὴς eſſet, non recte: Portus vero *Jovem Fidium* Latine reddidit. In aureis Gordiani Imp. nummis ſtat *Jupiter* dextra haſtam, ſiniſtra fulmen tenens, quaſi fulmen minitans, niſi ab Imp. revocatus ſtaret exercitus. *Tonantis* etiam *Jovis* cum fulmine, quod tonitru ſubſequitur, in Auguſti aureis cernas. His Schottus ſubjecit: Stephanus Pighius noſter ad annum V. C. CDLXXXIV. in aureis quoque *Jovem Cuſtodem*, & *Conſervatorem*, *Victorem* item ac *Triumphatorem*; *Elicium* quoque ac *Feretrium*, cui trophæa & ſpolia ſint conſecrata, celebrat; quorum hic a Plutarcho in Parallelis Σκυλοφόρος, κὶ Τροπαιοῦχος nominetur. Hujus frater *Neptunus*, maris potens Deus, ut & inferorum præſes *Pluto*, Illum a *nubendo derivat*, ut a monendo *Monetam Junonem* Cicero. NEPTVNVS. *Cic. l. de Divinat.* In Cn. Pompeii, cognomento Magni, nomiſmate *Neptunum* conſidero, barba promiſſa, a tergo tridentem geſtantem, cum & ipſe *Pompejus Alexandro Regi æmulum ſe factis fingeret*, teſte Salluſtio. *Salluſt. lib. 3. Hiſtoriar.* Sextum quoque Pompejum hujus filium, *Neptunum* ſe arroganter appellaſſe auctor eſt his verbis Dion: *Dion lib. XLVIII.* *Sicilia occupata naves plures exſtruxit, mare circum inſulam obtinuit. Auctus ea gloria ac faſtu, quaſi Neptuni eſſet filius, quod pater quondam mari univerſo imperium tenuiſſet.* Et poſt non longe: *Sex. Pompejus, magis tum elatus animo, vere Neptuni ſe filium credidit, veſtemque induit cæruleam, hoc eſt marini coloris.* Verum longe his antiquior *C. Marius Arpinas* belli arte manuque promptus, in nummis cuſum caput edidit *Neptuni*, capillis barbaque promiſſis, undarumque fluentium modo compoſitis, quaſi *a mari Marii* nomen derivaret ſuum, cum delphino ac tridenti, inſcriptumque C. MARIVS C. F. At a tergo in biga habenis regentem cernas hippocampos, ſub quibus delphinus eſt, circumplexam cuſtodiens ancoram. Significabat nimirum (quantum coniicio e Plutarcho, ejuſque *Plut. in Mario.* magnam partem æmulo Appiano, Vellejo Paterculo, ceteriſque Hiſtoricis) poſt Conſulatum *Appian. de bello Civili.* ſextum urbe pulſi ac proſcripti Marii fugam in navibus ad Africam, & Numidiam. *Vell. lib. 2.* Qui a Sulla Roma bello pulſus civili, in Minturnenſi deliteſcens palude, itemque in Africa ad Carthaginis ruinas de Fortunæ inconſtantia, rerumque adeo humanarum viciſſitudine graviter expoſtulans vitæ mortalium miſeriam calamitatemque repræſentabat. A Fannia etenim C. Titinii conjuge (quam dotis judicio rebus integris juverat) tecto acceptus, &, Valerio Maximo teſtante, a fuga collectus, reſpiravit. *Val. Max. lib. 1. c. 6. & lib. 2. c. 10. & lib. 8. cap. 2.* Ad quem in palude deliteſcentis caſum C. Marii Maronem in Sinonis verſipellis perſona reſpexiſſe equidem eruditis hominibus cur non aſſentiar? *Æneid. 2. verſ. 135.* Sic enim Poetarum Latinorum princeps:

*Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva*
*Delitui dum vela darent, ſi forte dediſſent.*
*Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi,*
*Nec dulces natos, exoptatumque parentem.*

Sed mirum profecto, ait Rocoxius, majorum gentium Diis Vulcanum, qui in Valeriani Imp. nummo VOLKANVS cuditur, adnumerari, etſi Junonis filium, cælo tamen delapſum in Lemnum inſulam, atque hinc claudum, ac fuliginoſum, igni aſſidue aſſidentem, armiſque cuden-

dendis occupatum, ut ibidem foculo in ædicula
etiam ſacra aſtantem contemplaris. Hinc pro
ignis Deo eſt cultus; ut aeris Juno, aquæ Ne-
ptunus, terræ denique Cybele, & cæli Jupiter,
Dii habiti. Hæc Gentium deliria cum audis,
Chriſtiane, aut legis, riſum tenere potes? non
*Cic. 2. de Divinat.* magis quam ſi aruſpex aruſpici occurreret, ut
M. Cato dicere ſolebat. Romulus autem Urbis
conditor ſecundum agens de Camerinis trium-
*Lib. 2. Antiquit. Rom.* phum *Vulcano* dedicavit quadrigas æreas ex ma-
nubiis, teſtante Dionyſio Halicarnaſſeo: appo-
ſita & effigie ſua, cum Græco rerum a ſe geſta-
rum elogio. *Vulcani* autem fornax credebatur
apud Liparas inſulam eſſe, quod Ætna Siciliæ
mons incenſus ignes circumcirca effuderit, &
mare inibi incenſum, rupes navaſque æſtu diſſol-
verit, piſceſque excoxerit, que a Liparenſibus
etſi peſte conflictatos necarint, ut in Prodigiis me-
*Oroſ. lib. 5. cap. 10.* morat ad annum V. C. DCXXVII. Julius Ob-
ſequens, & Paulus Oroſius. In L. Aurelii Cottæ
nummo *Vulcani* caput eſt barbatum, ac pilea-
tum, ut Arnobius lib. VI. *Vulcanus*, inquit,
*cum pileo & malleo.* Qualem hic in nomiſmate
contemplorum, at in L. Cæſii nummi tergo cum
*Plut. Quæſt. 51.* *Vejove* ſpectatur cum forcipe, & *Larius*, quos
*Præſtites* vocabant, nudis, & ſedentis habitu, &
*Lib. I. de Nat. Deor.* cum cane, cujus canis rationem Plutarchus in
Quæſtionibus Romanis reddidit. Laudatus &
Athenis, ait Cicero, *Vulcanus* ab Alcamene fa-
*Hom. Iliad. verſ. 331.* ctus, in quo ſtante atque veſtito leviter claudica-
tio non deformis appareret: Sed cur apud Ho-
merum Juno mater κυλλοποδίωνα hoc eſt clau-
dum blandiens appellarit ὑποκοριστικῶς, quæri a
doctis hominibus video ad XXI. Iliados librum,
*Vict. lib. 29. c. 19. Muret. lib. XI. c. 10. Plutarch. de facie in orbe Lunæ.* itemque a Criticis Victorio, ac Mureto in Va-
riis, ſed recte Plutarchus Philoſophus idem &
Hiſtoricus excellens, quod non corporis morbi,
ſed animi vitia, probri loco obiici ſoleant. Augu-
ſtus adhæc Imp. anno ineunte ex ſtipe a populo
Rom. abſenti collata *Larium, & Vulcani* ſigna
Romæ dedicavit, ut e duplici Inſcriptione, quæ
in ædibus amplis Card. Farneſii ſpectantur, ap-
paret, legiturque hodie in antiquis Inſcriptioni-
bus, quarum una poſita Coſſ. Druſo, & Criſpi-
no, anno conditæ Urbis DCCXLIV. altera ve-
ro quinto poſt anno Sabino, & Ruſo Coſſ.
MERCVRIVS. Nunc, tibi amiciſſime Orteli de *Mercurio* dicen-
di, velut in curſu lampada trado. Tum ille: In
C. Mamilii Limetani argenteo nummo hunc rep-
peri Deum, cum petaſo & alis in capite. Deum
interpres dictus eſt, præſeſque Eloquentiæ, Mer-
catorum adhæc & furum Deus, Majæ ſoboles.
Dictus autem a mercibus, ut negotiorum mer-
ciumque antiſtes, qui & litteras invenerit. Mani-
bus virgam tenebat, & talaria in pedibus, ut
*Æneid. IV. v. 242.* pingit Maro:

*Tum virgam capit: hac animas ille*
*evocat Orco,*
*Pallanteis alias ſub triſta Tartara mit-*
*tit.*

Dictus & *Nomius*, a legibus, nomenque cum
Pallade jungens, *Hermathenæ* bifidæ illæ ſtatuæ
dictæ, ut & *Hermeracles*, ſi cum Hercule junge-
retur. *Hermiæque* a Græcis dictæ ſtatuæ indices
viæ in bivio aut trivio, quas capite truncaſſe,
aliudve caput impoſuiſſe Athenis capital fuit:
accuſatuſque hoc nomine *Alcibiades*, teſte Plu-
tarcho, & in decem Græciæ Oratoribus *Andoci-
des*, in Oratione de Myſteriis habita. Dictus
*Hermes* quoque Tetrageonus, quaſi quadratus,
cui Julianus Cæſar parabates noctu clam ſuppli-
cabat, teſte Ammiano Marcellino. Dignum ni- *Amm. lib. 16.*
mirum patella operculum, utpote dæmonum
cultui deſerta jam Chriſtiana Religione ſic addi-
ctus, ut Chriſtianis Græcorum ſcriptorum le-
ctione ac ſtudio temere Decreto interdiceret.
Hic jam omnes velut in ſermonis arbitrum Tor-
rentium Præſulem oculos coniicere, utque de
Muſagete, hoc eſt Muſarum chorago, ſacer ipſe
Poeta, qui *De partu Virginis* poſt Jac. Sanna-
zarii Epica Lyricis ceciniſſet, de *Apolline* nunc APOLLO.
verba facere ne gravaretur comiter orare. Ego
vero, inquit, ac lubenter, quando jubetis amici,
liceatque:

*Nunc calamos inflare leves, ac dicere*
*Phœbum.*

Uſurparem alioqui Paulini Epiſcopi Nolani il-
lud ad Auſonium magiſtrum verius:

*Quid abdicatas in meam curam, Pater,*
*Redire Muſas præcipis?*
*Negant Camenis, nec patent Apollini,*
*Dicata* CHRISTO *pectora.*

Dicemus tamen obiter de multis pauca, ne hinc
a ſymbolis abeamus. In Rom. nummis, quibus
ſatis abundo, M. Plætorii, & Clodii *Appollo*
cernitur imberbis, atque intonſus. At in M. Bru-
ti Conſularibus denariis apud Fulvium in gente
*Junia* videmus Q. Cæpionis, & L. Seſtii Pro-
quæſtoris *Apollinem* in antica parte laurum &
citharam, ac tripodem, quæ ſacra ſunt Apollini.
Inſtrumenta adhæc, quibus victimas in ſacrificiis
mactabant (nam & Livius majores hic hoſtias *Liv. lib. XXV.*
dandas eſſe decretum refert:) puta ſimpulum,
ſimpuvium, ſeu capedo, ſeceſpita, ſeu ſecuris,
& culter etiam viſuntur. Item in L. & C. Piſo-
num Frugi Prætorum Urbanorum antiquis Cal-
purniæ gentis denariis inciſum ſpectamus. *Apol-
linares* autem *ludi*, qui Apollini ſacri fiebant
Romæ, quantum e vetere Kalendario Rom. col-
ligo, pridie Nonas Quinctiles, ſeptemque conti-
nentur diebus, & quidem victoriæ cauſſa, non,
ut quidam opinari, valetudinis ergo, inquit Li-
vius. A *ſæcularibus* tamen *ludis*, ne quis forte
erret, tametſi eidem fuerunt Deo conſecrati, re
& nomine diverſi erant. Illi enim a Prætore Ur-
bano Romæ ex S. C. facti, ut idem Livius tribus *Liv. lib. 25. 26. & 27.*
in libris docet, & a Bruto datos, vel ab urbe illo *Plut. in Bruto.*
abſente, per ſuos, magnificentiſſime, auctor eſt
Plutarchus, & M. Tullius Philippicarum prima,
& decima: itemque ſecunda (quam *divinam*
ob elegantiam vimque dicendi Satyricus appella- *Juvenal. Sat. X. v. 124.*
re non dubitat) his innuit verbis: *Cur ludi
Apollinares incredibili M. Bruti honore cele-
brati?* M. quoque Vipſanii Agrippæ Prætoris *Catull. Epigr. 35. Horat. lib. 1. Oda 21. & lib. 4. Oda 6. & in Epodis.*
ludos Apollinares commemorat Dion Caſſius
lib. XLVIII. *Sæcularibus* autem *Ludis* hymnos
Catullus, ac ſæpius Horatius cecinere, deque lu-
dorum illorum origine ac progreſſu ſingulari
com-

*Polit. Miſc. c.58. Sigon. lib. 1. Emendat.*

commentario Onuphrius, ac Politianus in Miſcellaneis, atque Sigonius diſſeruere. Angelus enim in Laur. Medicis V. Cl. nummis ſtelographiam ſe vidiſſe affirmat, Domitiani, opinor, Cæſaris XIIII. Conſulatu cum L. Minucio Rufo cuſam, inſcriptumque: LVD. SAEC. FEC. COS. XIV. Septimos nimirum ab Urb. cond. Acclamatum ab omnibus Torrentio, ceteras tamen, ut Deas totidem feminas recenſeret induci non potuit. Quin, ait, Roccoxius id munus non repugnanti demandatis, qui conjugem habet, feminam lectiſſimam. Nam & cælibatum perpetuo coluiſſe video Ortelium. Ad hæc juſſa Nicolaus primum tergiverſari, cedere tandem manuſque dare viſus. Quid ni, inquit, quando ita vultis,

*Juno. Regina.*

*Junoni* quoque primas hic, ut antea *Jovi*, concedamus? Sic enim apud Maronem ipſa ſeſe oſtentans:

> *En ego quæ Divum incedo Regina, Joviſque*
> *Et ſoror, & conjux* ——

Hinc & *Reginam Junonem* in nummis haberi P. *Crepuſii* (ſic enim ſculpitur; malim *Cremutii*) & C. Mamilii Limetani Triumvirorum forte Monetalium, capite vittato Reginarum prope ritu auctor eſt Fulvius: item *Soſpitam Junonem*, aut, ut in Antonini Pii nummis eſt, *Siſpitam*:

*Soſpita Juno.*

*Cic. 1. de Nat. Deor. & 1. de Divinat.*

quæ Lanuvii culta pingebatur, ut Cicero ſcribit, & hic ſpectamus, cum pelle caprina, haſta, ſcutulo, & repandis calceolis. Quid mirum? Ammoni Jovi in Africa conjugi cornibus arietinis non diſſimilis *Juno* eſt, cujus etiam Junonis filium dici ſe Alexander ille Magnus vane concupivit. Ædes *Reginæ Junonis* in XIII. regione urbis Romæ collocat Pub. Victor, quam a Camillo Dictatore Veiis captis dedicatam Livius refert, quod Lactantius tamen *Junoni Monetæ* attribuit, cujus & ipſum caput pariter vittatum in T. Cariſii eſt nummo. At vero *Junonis Feroniæ* facies coronata viſitur in nomiſmate argenteo P. Turpiliani. *Monetæ* templum, quam a monendo Tullius I. de Divinatione derivat, Naſo in Faſtis ædificatum in Manlii Capitolini domo everſa canit: dedicatum Juniis Kal. Macrobius ait. Livius vero lib. VII. L. Furium Dictatorem æde eidem vota Auruncos ſuperaſſe. Illud vero ſilentio non involvam, quod Plinius refert: M. Lydium Ætolia oriundum Ardeæ pictorem templi Junonis Reginæ, civitate Rom. idcirco donatum, verſibus id teſtantibus, qui, ut rudia illa tempora ferebant, ſimplices ſunt. Principium eorum, ſi ridere libet, proferam:

*Liv. lib. V. ab V. C. Lact. lib. 2. Inſtit.*

*Feronia Juno.*

*Juno Moneta.*

*Plin. lib. XXXV. Nat. Hiſt. c. 10.*

> *Dignis digna loco picturis condecoravit*
> REGINAE JUNONI *ſupremæ conjugi templum.*

In altero verſu bis Selidi cernas, ut priſco illo & rancido Q. Ennii ſæculo ſolet: *Sophiſtæ* vero Junonis delubrum juxta Matris Deum in X. Regione, hoc eſt, in Palatio idem Victor ponit, & Lanuvii, non autem (ne quis cum vulgo erret) Lavinii cultam, auctor eſt lib. II. Faſtorum Ovidius, Kalendis Februariis. Silius quoque Italicus Punici belli lib. XIII. Milonem Lanuvinum celebrat Dictatorem, cujus & in Miloniana M. Tullius meminit, idemque in Muræniana Conſules ait *Soſpitæ Junoni* ſacrificare ſolitos. *Feroniam* autem Deam nominibus variaſſe Dionyſius refert. Ab aliis ἀνθηφόρον quaſi *Floram* dicas, aut *Floriferam*, a nonnullis φιλοστέφανον. Ab aliis *Proſerpinam* nominatam, cujus in æde ſacra prunis inambulari ſolitum fabulatur Strabo, quod Maro Apollinis (a) delubro tribuit. Hic etiam *Feroniæ* meminit, ut & Flaccus Horatius. De *Moneta* rurſum longe alia, ſed ſine auctore, Suidas commemorat, & qui *Ajum Locutejum* eundem opinantur Deum, ii a Giraldo Lilio facile refelluntur. JUNO adhæc MARTIALIS cognomine cuſa apparet in C. Vibii Treboniani Galli Imp. nummo æreo, ſedens in delubro, & ad pedes pavo, ſacra illi avis. Equidem ratus nihil illi Deæ cum Marte eſſe commune (ſic enim *Martia* dicenda erat) ſed nuptiis præfectam, *cui ſine vincla jugalia curæ* reſcribendum arbitrabar, una trajecta littera, ut *Maritalis* eſſet. Niſi forte *Monetalis* placet, ſed longius ſic a *Martialis* diſcedas: vel denique, niſi nummis veterum cuſis, fuſis, ſculptiſque omnino peccari non poſſe temere aſſeras; cum in lapidibus atque Inſcriptionibus antiquis a lapicidis, itaque a librariis in calamo exaratis libris multa peccari deprehendas. Redito, Schotte, dixit Torrentius veluti Medimperator, ad intermiſſum, ſi placet, ſermonem. Ergo, inquam, antiquo me vis includere ludo, Præſul? Parebo, ea lege tamen, ut Ortelius noſter, cælebs & ipſe, de *Minerva* ordine excipiat. De VESTA jubes dicere? atqui decus & ocellus Belgii Lipſius noſter ſingulari de ea commentario nuper diſſeruit, poſt Agellium. An analecta legere & ſpicas a tergo comportare imperas? Mos tibi geratur. De etymo primo: a viſtando *Veſtam*, quaſi *viſtans* fuerit, Naſo tertio Faſtorum derivat:

*Lib. 3. Antiquit. Rom.*

VESTA.

*A. Gell. lib. 1. cap. 10.*

> *Stat vi terra ſua: vi ſtando veſta vocatur.*

Et quia ignis æternus aſſervabatur ad Veſtæ, ideo ſedentis forma Virgo in Imperatorum nummis repræſentator, & fere Auguſtarum in nummis obſerves, iiſque aureis, qui ceteris ſint ſculpti politius. In Claudii Cæſaris nummo velata ſedet Veſtalis, deſtra lucernam ignis perpetui & inexſtincti præferens. Cum Palladio in deſtra Veſtam præferunt nomiſmata Sabinæ Auguſtæ, Hadriani Imperat. conjugis. Templum autem *Veſtæ* rotundum in aureis Neronis video, ut & in Titi Veſpaſiani cum gradibus. Alibi cum ancili *Veſta* ſedens, & Romæ pone ſimulacrum, adſcriptumque: ROMAE AETERNITAS. Qualis autem *caperetur* (hac enim voce veteres ſunt uſi) a Pontifice, utque *Amata* inter capiendum a Pontif. Max. appellaretur, quia prima quæ capta fuit hoc fuiſſe nomine traditum eſt, quaſi manu prehenſa ab eo parente, in cujus erat poteſtate, velu-

*A. Gell. lib. 1. Noct. Attic. c. XII.*

a Lib. V. Geogr. Virg. VII. Æneid. & XI. & ibi Servius Horat. lib. I. Sat. 5. ibidemque Porphyrio. Girald. Syntagm. I. & III. JUNO Martialis, an Maritalis.

luti bello capta abduceretur; hac fere formula utendo, teſte Fabio Pictore: SACERDOTEM. VESTALEM. QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVIS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QVIRITIBVSQ. VTEI. QVAE. OPTVMA. LEGE. FVAT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Legem quoque M. Tullii, non e duodecim Tabulis, ſed e Sacrorum potius Legibus Græcorum, utinam memoria ſuggerat. Hic Lævinus, dato nolæ ſigno. Heus, puer, inquit, expedi e Bibliotheca Ciceronem de Legibus. Advolat ille, juſſuſque e libro legit ſecundo: VIRGINES VESTALES IN VRBE CVSTODIVNTO. IGNEM FOCI PVBLICI SEMPITERNVM. Mox volutis pagellis ejus interpretationem e tertio recitare jubeo libro: *Cum Veſta quaſi focum Urbis complexa ſit, ei colendæ virgines præſint, ut advigiletur facilius ad cuſtodiam ignis, & ſentiant mulieres in natura feminarum omnem caſtitatem peti* Finem legendi puer fecerat. Græcæ, inquam, originis vox Tullio, ut & altero libro de Natura Deorum aſſerit. Hebræis etiam, qui omnium ſunt ſapientum antiquiſſimi, *Eſth* ignem ſignificat, & unum eſt e primoribus Dei nominibus, unde Græcorum ἑςία, & Romanorum *Veſta* manarit. Veſtalis autem virgo ante decimum capta annum triginta ipſos annos virginitatem illibatam perpetuoque ignem ſervare cogebatur. Si corrupta antea fuiſſet, ſandapilæ impoſita veluti funere efferebatur, vivaque terra obruebatur: ait Dionyſius Halic. lib. II. Antiq. Rom. & quidem juxta Collinam portam, unde & Sceleratus ibi campus dictus, Feſto, & Plutarcho auctoribus. Si vero exſtingui ignem paſſa eſſet, flagris cædebatur. Earum antiſtes *Maxima* quoque dicta. *Mater* etiam Veſta habita, etſi innupta, niſi poſt triceſimum officii annum. Sic enim nominat præter Tullium, Maro extremo lib. I. rei Ruſticæ:

*Lib. 2. de Legib.*

*Val. Max. lib. 1. c. 1. Cic. pro domo ſua.*

*Dii patrii Indigetes, & Romule, Veſtaque Mater,*
*Quæ Tuſcum Tiberim, & Romana palatia ſervas.*

Verum ſuſtineo me, neve aliena compilaſſe videar ſcrinia, ad Lipſium, qui ſitim expleat, allegabo. Nunc de MINERVA ordine Ortelium noſtrum non invita, quod ajunt, Minerva diſſerere cupio, ac de *Cerere* Dea atque *Diana*: ſi quod in his votum eſt meum, Roccoxium exopto. Intulit ille:

*Alternis dicemus, amant alterna Camenæ*
——*Pallas, quas condidit arces.*
*Ipſa colat.*

PALLAS. *Minerva.*

Id ego Lovanii in Grudiis Philoſophici Gymnaſii foribus, quod adoleſcens Schottus hic frequentabat, inſcriptum memini. Eſt enim ſcientiarum Dea credita *Pallas*, utpote e Jovis cerebro nata, findente Vulcano caput bipenni, ut lepide nugatur Samoſatenſis ſophiſta. Video hic in æneo Domitiani Auguſti nummo caput *Minervæ* galeatum ut armiſonæ Deæ, & coronatum. Domitianum autem tyrannum Minervam ſuperſtitioſe coluiſſe refert Suetonius, & e Dione Xiphilinus, & morti vicinum, ſe ultra Deam tueri non poſſe, quod eſſet a Jove exarmata, jactabat. Viſitur & in Antonini Caracallæ aureo nomiſmate ſtans armata, dextra Victoriam, a qua coronetur, geſtans: læva conto innixa, & pone trophæa ſunt inſcriptis litteris: MINER. VICTRIX. Ceterum apud Græcos innumerabiles apparent, tamquam Græcæ Deæ, nummi cum Pallade, noctua, & Gorgone, ut me copia ipſa hujus * flaviſſæ, hoc eſt, e flata ſignataque pecunia theſauri deterreat. *Minervam* autem conciſe, quaſi *Meminervam*, dictam autumant. Oleæ inventrix eſt habita, ideoque Oleæ foliis coronatam in galea cerno. Et pacem expoſcentes Oleam præferebant. Sic enim Maro:

*Suet. in Domit. c. 15. verſ. 5.*

** Agell. lib. 2. Noct. Attic. c. 10.*

*Jamque oratores aderant ex urbe Latina.*
*Velati ramis oleæ, pacemque petentes.*

Et in M. Aurelii, & M. Commodi Impp. nummis titulus eſt: MINERVÆ. PACIFERÆ. Noctuæ autem oculi cæſii eidem a Poetis attributi, & Demoſthenis eſt Græciæ Oratorum principis lepide dictum, teſte Plutarcho, cum Athenis exulatum abiret, urbemque reſpectaret; Tribus Deam Palladem feris delectari, *noctua, dracone, & plebe.* Hanc etiam feris adnumerans, ut eſt multorum bellua capitum: &

*Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.*

Nunc, niſi quod vobis aliud placet, ad alias pergamus Deas. Excepit de *Cerere* Roccoxius: Rei præeſt frumentariæ, quod fruges primum repperit, arandique rationem excogitarit, cum primum rudes illi mortales, quales Oſcos Ennius nominabat, glandibus pecudum ritu veſcerentur. Hinc Sicilia eidem ſacra, & aratrum tributum in nummis, itemque facies cum tribus incurvis ſive cruribus, ſive brachiis, tritici ſpicas ſingulis tenentibus, queis tria fertilis Siciliæ promuntoria deſignabantur, ut ſeptimi libri Annalium Rom. procemio Steph. Pighius diſſeruit uberius. Eſt enim fuitque ſemper inſula illa fertilitatis gratia horreum populi Rom. ut hodieque Italiæ eſt, atque in anguſta annona etiam Hiſpaniæ. Currum ejus Deæ a ſerpentibus trahi, primus Orpheus commentus, a quo Latini ſumpſerint Poetæ, Naſo lib. V. Transformationum, & Claudianus lib. I. de raptu Proſerpinæ ejus filiæ, a Plutone inferorum Deo clam per vim adductæ: quam mater, tæda in Ætna monte accenſa, quæſierit diligenter: unde & *tædifera* dicta ab eodem Ovidio, ſpectaturque in nummis antiquis cum face, & ſerpentibus currum ejus trahentibus: quos nummos C. Vibius Panſa, itemque M. Voltejus M. F. ſuis etiam nominibus ſignarunt. Vidimus & C. Memmii C. F. Nomiſma, cujus in fronte QVIRINVS, ſeu *Romulus* Urbis conditor laureatus appareat; in averſa parte Ceres eſt ſedentis, habitu ſiniſtra facem, dextra ſpicas tenens, & ad pedes ſerpens exſtat, adſcriptumque: MEMMIVS. ÆD. CEREALIA. PREIMVS. FECIT. Hoc in titulo, ſi verbum tranſponas, ait interlocutus Torrentius, in metri ſic redegeris numeros:

CERES.

*Cic. Ver. IV.*

*Mem-*

*Memmius Ædilis fecit Cerealia primus.*

In PREIMVS etiam priſcam agnoſcitis diphthongum. Adjecit & Torrentius, C. MEMMIVM, Cerealia ut Ædilem curantem, Gemelli cognomento videri, & plebejum non Curulem fuiſſe Ædilem. Gens enim *Memmia* plebeja fuit. Prætorem vero Urbanum fuiſſe anno V. C. DCXCV.

*Suet. in Cæſ. c. 23.*

L. Piſone, & A. Gabinio Coſſ. cujus Præturæ in Julio Cæſare Tranquillus meminit. Inſequenti vero anno Prætorem peregrinum arbitror fuiſſe, & Bithyniam ac Pontum Provincias ſortitum, at in Conſulatus petitione repulſam cum M. Scauro tuliſſe, conſtat, creatis Coſſ. Cn. Domitio Calvino, & M. Valerio Meſſalla, anno Urbis DCC. tametſi Cæſar, (qui in gratiam poſt odium e convicio cum illo redierat, eodem

*Suet. in Cæſ. c. 49. & 73.*

teſtante Suetonio) ſuffragio juviſſet. Ambitus vero reum, exulatum Patras abiiciſſe ferunt, ad quem exulantem plures Ciceronis ſunt Epiſtolæ Famil. lib. XIII. Et in Bruto de claris Oratoribus, ac Salluſtius, *Oratorem* eum Memmium *artibus eruditum* prædicant: etſi Catullus carmine perſtringat, qui eum tamen in Bithyniam antea fuerat ſecutus. Meminit & in Epiſtolis (*a*) Cicero frequentius: Corn. Taciti locum lib. XV. Hiſt. Aug. & Dionis lib. LVIII. Ang. Politianus laudat Miſcellaneorum cap. LXXXV. Viderat enim hic ſimilem nummum apud Laurentium Medicem virum clariſſimum. Cæſar etiam Dictator Ædiles duos, qui frumento publico præeſſent, adjeciſſe fertur, teſte Pomponio Juriſconſulto lib. II. De Orig. Juris, & Dione extremo lib. XLIII. Ædiles vero ludos Romæ atque annonam curaſſe; vel me tacente omnes intelligitis, qui a Cerere *Cereales* ſunt dicti. Ex his autem *primum* fuiſſe hunc C. *Memmium Gemellum*, ex hoc nomiſmate, non alibi, lego: primum inquam fuiſſe de ſex Ædilibus, primo ſcilicet loco renunciatum, ut Veſpaſianum poſtea Cæſarem, ſexto renunciatum loco jam docuimus initio Commentarii noſtri ad

*Suet. Veſp. cap. 2.*

Veſpaſianum apud Tranquillum. Perrexit porro Roccoxius: Cereri etiam porca fiebat præcidanea, teſtibus Gellio, & Ovidio, eaque ante fruges novas immolabatur, non bos, qui ad arandum utilis eſſet. Sic enim Naſo:

*Gell. lib. IV. cap. 6. Ovid. IV. Faſt.*

*Bos aret, ignavam ſacrificate ſuem.*

*Cereales* autem ludi erant Libero, Cereri item, & Liberæ ſeu Proſerpinæ communes plerumque. Sed heus, inquit Nicolaus, *Segetiam* Deam quaſi Cereris aſſeclam imprudentes omiſimus, quæ ſpectatur in nummo Soloninæ conjugis Gallieni Imperat. Segetum ea Dea eſt, teſte Auguſtino

*Cap. 8. & 24. & 34. Plin. lib. XVIII. c. 2.*

lib. IV. de Civitate Dei. Plinius enim *Segeſtam*; a Segetibus uterque nominant, ut *Seram*, a ſerendo, quarum ſimulacra in Circo viderentur. Singulis enim rebus, ut Auguſtini verbis utar, *propria numinum officia diſtribuebant.* O ſtultitiam! o amentiam!

*O curvæ in terras animæ, & cæleſtium inanes!*

DIANA.

Nunc de *Diana* venationis Dea, quia Nobilium ea corporis exercitatio eſt, quando ita vultis, dicendum breviter. Sicula & hæc Dea, ut Ceres, cui canes ac cervi conſecrati, ut venatricis habitu in nummis apparet, quæ & cornibus cervos teneat, quique currum ejus trahere finguntur, ut & Hymno Callimachus, & Apollonius Rhodius Argonauticis, & Claudianus in Stiliconis laudatione prædicant. *Syracuſana* in primis celebratur, non in nummis modo, ſed & a Plutarcho in Marcello, qui Syracuſas cepit, & a T. Livio lib. XXXV. *Segeſtana* vero a M. Tullio Verrinarum III. Actione nominata L. Lollius Dianæ *Faſcelinæ*, atque Arcinæ ad lacum Nemorenſem cognomento, nummum cudit: quo de Pighius in Faſtis, & Giraldus Syntagmate XII. *Dianæ* vero *Epheſiæ* adeo litteris celebratæ nummos, Græce præſertim inſcriptos, Trajani & Commodi Impp. ſpectamus, & L. Hoſtilii Saſernæ, itemque L. Lentuli Marcellini. Ad Epheſios elegantem B. Pauli Epiſtolam habemus in manibus, & de notis ac litteris Epheſiis Heſychius: eodemque audiente Paulo Epheſi ſæpius exclamatum: MAGNA DIANA EPHESIORVM, & *Magnam* etiam *Deam* Græcis habitam Dionyſius Afer de ſitu Orbis teſtatur hoc verſu:

*Apoll. lib. 3. Claud. Paneg. 3. in Stilic.*

*Act. 19. verſ. 28. & 33.*

Παῤῥαλίην Ἔφεσον μεγάλης πόλιν λοχεαίρης.

Etſi quidam vulgo *μεγάλην πόλιν* legant. Παρθένου quoque ſeu *Virginis* illi adhæſiſſe Epitheton ajunt. Hujus etiam templum, incendente Heroſtrato, famæ per nefas parandæ gratia, conflagraſſe referunt, quo die natus eſt Alexander Magnus, cujus hanc fingit cauſſam Hegeſias Magneſius, quod eo nempe die & hora *Diana* (*b*) ut partus præſes, Olympiadi obſtetricaretur, templo abſens, & hinc ſuccurrere flammæ impotens. Quæ quidem adeo frigida doctis hominibus narratio viſa, ut incendium illud reſtinguere poſſe jactarent, Cicero, Plutarchus, Zonaras, ac Solinus in Polyhiſtore: duo item ævi noſtri magni Critici Victorius ac Turnebus. Partus autem præfuiſſe *Dianam* & *Lucinam* quoque dictam Poetæ referunt. Sic enim ad eam Flaccus:

*Sive tu Lucina probas vocari,*
*Seu Genitalis.*

Vidimus præterea Dialogo hujus operis quinto ſimul collocari *Cererem & Dianam*: Hanc etiam mammoſam & fere forma hermiarum ſimili, cum multis undique animantium figuris, quæ Naturam repræſentaret, in ſpectionibus Romanis nummiſque videas. Venio tandem, ut dicendi finem faciam, (Vos enim audiendo defeſſos video:) ad *Venerem*, ejuſque puerum *Cupidinem* telis, arcu, & pharetra armatum, oculiſque obvinctis, quod cæcus ſit Amor, ſui præſertim ipſius.

*a* Ad Atticum lib. I. epiſt. 16. & lib. IV. epiſt. 15. 16. 17. 18. atque ult. Item ad Familiares lib. VII. epiſt. 11. & toto lib. XIII. Item ad Q. fratrem lib. II. epiſt. 13. & ult. & lib. III. epiſt. 8.

*b* Pet. Faber. Semeſtrium lib. III. cap. 3. Cic. 2. de Nat. Deor. & 1. de Divinat. Plut. in Alex. Zonar. Tom. I. Annal. Solin. 53. cap. Victor. lib. 13. cap. 20. Turn. lib. 27. Averſ. cap. 4.

ipſius. Verum de his nugis quia dicere piget, vetatque meus pudor, ad Poetas allegabo, ſive ut in nummis cerno, *Victricem*, ſeu *Genetricem*, quam Lucretius poematis initio invocat, ſive quo alio libet nomine appellare. Pro his *Cybelem*, Deum matrem ſubiiciam. Sic dictam a cognomine monte Phrygiæ, nam Servius Honoratus (a): *ἀπὸ τοῦ κύβεσθαι τὴν κεφαλὴν*, *a capitis rotatione*, ut Galli ejus ſacerdotes ſolebant, derivat. Martianus vero Capella a cubo eidem ſacro nomen deduxit. Templum autem ab Argonautis illi ædificatum in monte Dindymo, qui Cyzico imminet, unde ſit Dindymena appellata. Variis adhæc nominibus amplius XIV. appellata, ut *Deum mater*, *Dea Magna*, & *Bona Dea*; ſolis ut virginibus ſacra illius adire ſit datum. Unde Tibullus:

CYBELE *Deum mater.*

*Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.*

Hinc P. Clodius Appii F. acer Ciceronis hoſtis, homo ſpurciſſimus, ſacra illa, dum Romæ veſte muliebri in opertum Deæ venit, violarat, Pompejæ Cæſaris conjugis amore captus, anno ab V. C. DCXCI. qui poſt ad plebem tranſiens in Tribunatu Ciceronem in exilium pepulit. Turrita autem ſemper ſpectatur in nummis Dea. An quia terram repræſentat? an

*Cic. de Aruſpic. Reſp. & 1. ad Attic. 10. & 11. Epiſt. Plut. in Cæſ. & Cicer.*

*Quod primis turres urbibus ipſa dedit?*

Curru autem invecta, quem leonum cicurum biga traheret, ſtipantibus ſacrificiis Gallis, cum Curetibus, qui tympana, ac cymbala, ut & in Bacchi ſacris, pulſabant. Sed cur a leonibus tracta? Diodorus Siculus cauſſam reddit, quod ab illis nutrita ſit. At M. Varro togatorum doctiſſimus: *Leonem*, inquit, *currui adjungunt ſolutum atque manſuetum, ut oſtendant nullum eſſe genus tam remotum, ferumque, quod ſubigi, & excoli non conveniat.* Hoc illud eſt, quod de Scientia a Poeta canit:

*Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.*

Poetæ etenim multa de hac Dea: Catullus in Aty, Ovidius, & Propertius. T. Lucretius lib. 2.

*Ovid. lib. 4. Metam. & 4. Faſt. Prop. 3. Eleg. 17.*

*Muralique caput ſummum cinxere corona;*

Maro vero III. Æneidos:

*Et juncti currum Dominæ ſubiere leonis;*

Rurſum lib. VI.

*Qualis Berecynthia mater*
*Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.*

Nummos nunc Romanos inſpiciamus. En hic C. Fabii Pictoris cuſum ab Ortelio: an alterum Juliæ Piæ Auguſtæ, Severi Imp. conjugis, ſedentis habitu, turrita, & pone leo eſt, cum litteris: MATER. DEVM. Et in Fauſtinæ Auguſtæ inſcriptum video: MAGNAE MATRI. At in nomiſmate M. Voltei bigæ inſidet, duos leones freno regens. Dixerat Roccoxius, applauſumque ab omnibus. Tum Schottus: Ex his, inquit, Magnorum Deorum Dearumque deliriis, hunc fructum referamus qui CHRISTO pridem in ſacro regenerationis lavacro nomen dedimus, nos ter quaterque beatos, ſi Dei modo erga nos beneficentiam grati agnoſcimus, eſſe prædicandos, qui luce Evangelica illuſtrati idola & ſtatuas æris, lapidis, lignorum ac fictiles Deos abdicavimus, unum verumque adorantes Deum, & Virginem Matrem patrocinio in dies in ſecundis, adverſiſque adhibentes, ſuperoſque precibus vocantes, qui in æterna illa beatitudine acquieſcentes gaudio fruantur ſempiterno, quo nobis curſus eſt, cum bono Deo, omnibus. Sic vobis, qui adeſtis, eveniat. *Omnes, Omnes*, acclamatum. Dein conſurreximus inclinato ad veſperam die, & Torrentio Præſule ſalutato, manuſque de more oſculati invicem inter nos fauſta omnia, annique ineuntis felix auſpicium apprecati diſceſſimus.

# Qui de Nomiſmatis ſcripſerint, & Icones exhibuerint ex Ant. Auguſtini Dialogo XI. & Lævino Hulſio. Utiliſſimi aſteriſco notantur.

JAC. SADOLETUS *Card. ſeu And. Fulvius*, Illuſtrium Imagines. *Romæ* 1517. CÆSAR. *Baronius Card. in Annalibus Eccleſiaſticis.*

JOANN. HUTTICHIUS, Impp Romanor. *libellum*, *Argentor.* 1525. *&* 1534. *&* Conſulum Rom. Elenchum *cum averſis aliquot ann.* 1537. 1550. *Lugduni* 1551. 1554.

WOLFGANGUS LAZIUS, *in* REP. ROM. *Viennæ* 1551. *& de rebus Græciæ lib. II.*

JAC. A STRADA *Mantuanus*, *Lugd.* 1553. *Theſauri Antiquitatum* Epitome: *& Tiguri* 1558. *Ejuſque F. Octavius a Strada*, *De vitis Impp. cum nummis averſis. Francof.* 1615.

* ÆNEAS VICUS *Parmenſis Impp. XII. cum averſis Icones*, *Venetiis* 1553. *Ejuſdem diſcurſus Italice* 1555. *Item Auguſtarum Imagines* 1557. *Et Julii Cæſaris averſa*, *ann.* 1562. *Et reliquorum Impp. averſa uſque ad L. Verum*, *Venetiis* 1601.

* HUBERTUS GOLTZIUS *Venlonianus*, *& Civis Rom. auſpiciis Marci Laurini nobilis Brugenſis edidit* IMPP. IMAGINES *fol. ann.* 1557. *&* JULIUM CÆSAREM *cum Vita*, 1563. FASTOS CONSULARES *e nummis* 1566 AUGUSTUM *Cæſ. cum Vita & averſis ann.* 1574. SICILIAM *& Magnam Græciam e nummis*, *cum deſcriptione accurata* 1581. *Reliqua Græcia*



a Strabo lib. I. Geogr. Stephan. de Urbib. Servius in 3. & 10. Æneid. Strabo lib. XII. Plin. lib. 6. c. 32.

cum Inſulis apparebit propediem, curante *Jac.* Biæo Antuerp.

Gabr. Simeonis *Florent. Epitaphia & Nomiſmata Ital. Lugd.* 1558.

Seb. Erizi *Veneti Diſcurſus Nomiſmatum. Ital. Venet.* 1559.

Abr. Ortelius *Antuerp.* Deorum Dearumque capita, *cum Notis Franc. Suertii* 1573. & 1602.

*Item in Theatro Orbis terrarum Nummi.*

* Fulvius Urſinus *Romanus Familias Roman. e Nomiſmatis, Romæ* 1577. *Item Imagines & Elogia Viror. Illuſtrium & eruditorum. Romæ* 1570. & *Antuerp. cum Notis eruditis. Theod. Gallæus excudit ann.* 1598.

Lævinus Torrentius *Epiſc. Antuerp. in* Suetonium *Comm. Nummos adhibes Rom. Plantin.* 1591.

Andreas Schottus *Antuerp. edidit* Aureliũ Victorem, *cum iconib. Imperator. Rom. ann.* 1579.

Abrah. Gorlæus *Antuerp.* Dactyliothecam *annullorum ſigilliarũ Promptuarium inſculpt.* 1601. *Lugd. Bat.*

Lævinus Hulſius, *Gandenſis, Impp. Rom. Nomiſmatum ſeriem, cum averſa parte Francof.* 1603. *Item. XII. Impp. primorum & LXXIV. parentum uxorumque effigies. Spiræ* 1599.

Gul. Choul. *Lugduni edidit Gall. de Religione Rom. e nummis. Et De re militari & Caſtris in* 4.

Ant. Piso, *al. Le Poix Diſcurſus Nomiſmatum Gall. Pariſiis* 1579.

Joann. Sambucus *Pannonius, in fine Emblematum, apud Plantinum.*

Mar. Rotæ *XXIV. Impp. e nummis & marmoribus effigies, Venetiis* 1570. *fol.*

Thomæ Treteri *Canon. Romæ.* Effigies Impp. Rom. 1590.

* Ant. Auguſtini *Archiepiſc. Tarracon. Dialogi XI. Antiquitatum Rom. in nummis Hiſpane, Tarracone* 1578. *Italice, Venetiis* 1592. *æneis: & buxeis Romæ interprete Octaviano Sada, fol.* 1592. *Latine interprete And. Schotto, an.* 1617. *f. Antuerpiæ typis H. Ærtſii.*

Marquardus Freherus *Auguſtanus de ac Nomiſmate Cenſus* 1599. *& de aliis nummis, ac de re Monetaria veterum Rom. apud Vogelinum.*

* Adolphus Occo *Impp. Nomiſmata a Pompejo ad Heraclium, abſque figuris, apud Plantinum & auctius Auguſtæ* 1601. *abſque figuris.*

Gasp. Waserus *de nummis Hebræorum, Chaldæorum & Syrorum.* Tiguri, *ann.* 1605.

* Jac. Biæi *Antuerp. Impp. Rom. Nomiſmata aurea a Julio Cæſare uſque ad Heraclium, cum Notis* 1615. *Et* 1617. *aurea, argentea, & ærea, cum averſis partibus, & Dialogis XII. Ant. Auguſtini, ab And. Schotto Latine redditis.* *Omitto qui de re Nummaria ſcripſere complures.*

Constantinus Landus *Comes Explicationem quoque Nomiſmatum ſine figuris dedit. Lugduni* 1560.

Steph. Vinandus Pighius *Annalium Rom. ſeu Faſtorum Tomis III. complures explicat nummos: typis exiit Plantinianis.*

Joann. Glandorpius *Monaſter. Onomaſticon Romanum edidit utiliſſ. de Familiis Rom. antiquis, ſine figuris. Omitto qui de re Nummaria, ac ponderibus eorum ſcripſere complures.*

# Nationum ſeries, quæ hanc ornarunt Spartam.

## ITALI.

Æneas Vicus *Parmenſis.*
And. Fulvius.
Cæsar Baronius, *Card.*
Constantinus Landus.
Fulvius Ursinus.
Gabr. Simeon, *Florent.*
Jacob. Sadoletus *Card.*
Jac. Strada, *Mantuanus.*
Sebast. Erizus, *Venetus.*
Martinus Rota.

## HISPANI.

Ant. Augustinus, *Archiep. Tarracon. princeps Antiquariorum.*

## GALLI.

Antonius le Poix.
Gulielmus Choul.

## GERMANI.

Gasp. Waserus.
Helisens Rokleyn.
Joann. Hutlierius.
Joann. Sambucus.
Marquardus Freherus.
Thomas Treterus, *Poſnanienſis.*
Wolfgangus Lazius.

## BELGÆ.

Abr. Gorlæus, *Antuerp.*
Abr. Ortelius, *Antuerp.*
Adolphus Occo *Friſius.*
And. Schottus, *Antuerp.*
Hubertus Goltzius, *Venlonianus, C. Rom.*
Jac. Biæus, *Antuerp.*
Lævinus Torrentius, *Gandenſis.*
Lævinus Hulsius *Gandenſis.*

# ANTONII AUGUSTINI
## ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
# DE FAMILIIS ROMANORUM
## *LIBER SINGULARIS.*



UNED

UNED

# ANTONII AUGUSTINI
## ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
# DE FAMILIIS ROMANORUM
## *LIBER SINGULARIS.*

### ACILIA.

ACILIA familia plebeja, ſed nobilis conſulatibus quinque, & triumpho uno ante Imperatores fuit, neque poſtea minus floruit. Vigente republica ejus ſtirpes duæ Glabrionum, & Balborum: conſulares ambæ fuerunt. Primus Glabrionum M. Acilius C. F. L. N. conſul fuit ann. DLXII. & Proconſule triumphavit de Ætolis, & rege Syriæ Antiocho anno proximo. Ejus filius Manius conſul ſuffectus L. Poſtumio Albino anno fere DC. Hic avus, vel proavus M. Glabrionis fuit, apud quem Prætorem de repetundis cognoſcentem Cicero C. Verrem accuſavit, eique in memoriam redigit legis paternæ Aciliæ, avique materni P. Scævolæ, ac Soceri M. Scauri. Aſconius in Verr. II. & pro Scauro. Hic M. Acil. M. F. M. N. conſul fuit an. DCLXXXVI. cum C. Piſone Frugi. Ex Æmilia uxore liberos procreavit. Balborum primus M. Acilius L. F. K. N. conſul fuit anno DCIII. cum T. Quinctio T. F. Flaminio. Ejus filius Manius poſt ſex, & triginta annos cum C. Catone. Sub Imperatoribus patricii Glabriones ſex conſules fuerunt, Aviolæ tres, Rufus, Fauſtinus, Severus ſingulares. Glabrionum primus ſub Domitiano conſulatum cum M. Ulpio Trajano, qui poſtea Imperat. dictus eſt, cepit, in e occiſus eſt ann. DCCCLIII. Alter illius, ut creditur filius, cum paterno Manii prænomine Coſ. fuit cum C. Bellicio Torquato ann. XXXIII. poſt patrem ſub Hadriano Imperat. Tertius ſub Pio Antonino Sex. Acilius Glabrio cum C. Valerio Omollo Veriano Coſ. ann. DCCCCIV. Quartus Manius bis conſul fuit, ſed alterius anni tempus ignotum, atque ideo ſuffectum fuiſſe credendum eſt, iterũ conſul fuit collega Commodi Imper. in quincto conſulatu ann. CCIↃXXXIIX. Hic ille eſt, quem Pertinax dignum imperio orbis terrarum judicabat, quem omnium patriciorum nobiliſſimum eſſe dicebat: originemque generis ab Ænea Veneris filio duxiſſe. Hunc quidem Manii filium, Manii nepotem eſſe credendum eſt; patrem vero fuiſſe Acilii Fauſtini conſulatus duo tituli duarum clariſſimarum feminarum ſignificant. Quinctus M. Glabrio conſul cum M. Valerio Maximo, iterum ſub Valeriano, & Galieno Impp. CIↃVIII. illius, ut arbitror nepos fuit. Ultimus Anicius Acilius Glabrio Fauſtus collega Theodoſii Jun. in XVI. conſulatu an. MCXXXIX. Chriſti CCCCXXXVII. Hic etiam ſub Honorio & Theodoſio præfectus urbis fuit: Hic videtur in Aniciorum nobilem quoque familiam inſertus utriuſque nomina uſurpaſſe. Aviolarum primus collega in conſulatu Q. Aſinii Marcelli, ſub quibus T. Claudius Imperat. mortuus eſt ann. DCCCVI. Hunc memoriæ proditum eſt in rogo poſitum ſe vivum comburi oſtendiſſe, ſed ſubveniri non potuiſſe, ut Plinius lib. VI. Val. Max. lib. I. referunt. Alter ejus, ut credibile eſt, nepos ſub Hadriano Imperat. conſul fuit cum C. Corellio Panſa ann. DCCCLXXIV. Tertius hujus fortaſſe filius cum M. Antonio Gordiano Imp. Coſ. ann. DCCCC. Quartus Rufus Acilius ante hos duos non ordinarius, ſed ſuffectus Coſ. fuit ex Kal. Jul. ſub Trajano Imperat. cum C. Cæcilio Claſſico, ut Plinius minor in epiſtola quadam refert, ann. DCCCLIV. Fortaſſe is eſt, cujus titulus exſtat Panormi L. ACILIO L. F. Q. N. RVFO Fauſtinus Glabrionis bis conſulis filius, atque Glabrionis ſenioris nepos, ut diximus, conſul fuit ſub Severo cum Cajo Cæſonio Macro Rufiniano ann. DCCCCLXII. Hujus filius C. Acilius, filia Acilia Maniliola, neptis ex filio Acilia Gavinia Præſtana Severus Acilius Coſ. ſub Conſtantino Imperat. fuit cum Fl. Junio Rufino ann. CIↃLXXIV. & poſt alterum annum Præf. urbi. De Fauſto diximus, cum de Glabrione ultimo dictum eſt.

### ÆLIA.

ÆLIA familia, ſive Ailia plebeja, ſed non ignobilis multis ex ea conſularibus viris, & duobus cenſoriis, ac duobus, qui Magiſtri Equitum fuere. Antiquiores cognomento Paiti, ſive Pæti dicti, deinde Cati, Tuberones, Ligures, Lamiæ vigente libertate. Poſtea ex eadem Imperatores fuerunt P. Ælius Hadrianus, T. Ælius Antoninus Pius, L. Ælius Aurelius Commodus, Cæſar vero tantum L. Ælius Hadriani filius L. Aurelii Veri Imper. pater. Pætos conſules quinque, cenſores duos, Magiſtros Equitum item duos ante C. Cæſaris Dictaturam fuiſſe video. Nam primus P. Ailius Paitus Coſ. fuit cum C. Sulpicio Longo ann. CDXVI. ejus filius P. Paitus Magiſter Equitum fuit Q. Fabio Ambuſto Dictatori comitiorum cauſſa, ſed vitio facti abdicarunt, & in eorum locum facti ſunt M. Æmilius Barbula Dict. L. Valerius Potitus Flaccus II. Mag. Eq. quo anno Caudina nota inuſta eſt T. Veturio Calv. II. Sp. Poſtumio Regillenſi Albino II. Coſ. an. CDXXXII. Poſt annos XXXV. C. Paitus Coſ. fuit cum M. Valerio Maximo Potito, quo anno plebs in Janiculum ſeceſſit: quam Q. Hortenſius Dictator placuit. Poſtea P. Ailius Q. F. Q. N. Paitus Magiſter Equitum fuit C. Servilio Dictatore an. DLI. Comitiorum habendorum cauſſa, quibus comitiis con-

UNED

conſules creati ſunt Cn. Cornelius Lentulus, & P. Ailius Q. F. P. N. Paitus. Fuit hic juriſperitus, & frater ejus Sextus, quam ſcientiam Tuberones quoque illuſtrarunt. Nec Mucia familia plures juriſconſultos habuit, quam Ælia. Cenſores quoque ambo fratres fuerunt, Publius collega P. Scipionis Africani poſt biennium, quam conſul ipſe fuerat, Sextus ſequenti luſtro cum C. Cornelio Cethego, luſtrumque fecere XLVI. & XLVII. Sextus conſul fuerat cum T. Quinctio Flaminio an. DLV. Hic ille eſt, qui primus Catus appellatus eſt, de quo Ennius,

*Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.*

Catum Varro interpretatur acutum potius, quam ſapientem. Ab hoc actiones compoſitæ ſunt, quod jus Ælianum dicebatur & liber Tripartita inſcriptus, ut Pomponius refert. Publii filius Q. Paitus conſul fuit cum M. Junio Penno an. DXXCVI. Hunc ſunt, qui exiſtiment primum Tuberonem appellatum L. Æmilii Paulli, qui hoc anno triumphavit Proconſule ex Macedonia, & rege Perſa, generum. Memoriæque proditum eſt, ſexdecim Ælios in una domuncula habitaſſe, ubi poſtea Mariana monumenta fuerunt, unum eos in agro Vejente fundum aluiſſe, unum eis in circo ſpectaculi locum fuiſſe: nullum apud eos argenti ſcrupulum ante, quam Paullus genero ex præda quinque pondo donaſſet. Natus ex his eſt Publius Tubero, & Q. Tubero ille Stoicus, qui in Triumviratu judicavit contra avunculi ſui minoris Africani teſtimonium: quique rogatus a Q. Fabio Maximo conſobrino ſuo, cum epulum Africani mortui nomine populo daret, ut triclinium ſterneret, pelliculis hædinis lectulos punicanos ſtravit, & expoſuit vaſa Samia, ut Cicero auctor eſt. Quibus rebus vir integerrimus, atque eruditiſſimus, & L. Paulli nepos in Præturæ petitione repulſam tulit. Hic juris quoque civiles peritiſſimus fuit, & alius Q. Tubero, qui Ligarium accuſavit, nec obtinuit apud C. Cæſarem. Nam cum pater ejus L. Tubero Africam ex Senatus decreto obtinere deberet, a P. Attio Varo, & Q. Ligario prohibitus eſt, qui nec aquam haurire, nec filium affectum valetudine in terram exponere paſſi ſunt. Exſtat ea de re Ciceronis Ligariana oratio, qui initio orationis propinquum Q. Tuberonem appellat. Hic doctiſſimus fuit non ſolum juris publici, & privati, ſed totius antiquitatis, libroſque plurimos reliquit, ſed propter antiquorum verborum uſurpationem parum gratos. Fuit autem patricius, ut Pomponius aſſerit, & ex Sulpicia Servii filia, qui princeps juris conſultorum eo tempore fuit, matrem Caii Caſſii Longini juris etiam conſulti doctiſſimi ſuſcepit. Sed hæc poſteriora ſunt. Redeo ad ſuperiora tempora libertatis reip. Romanæ.

Ligurem Conſularem unum reperio P. Ælium P. F. P. N. qui cum C. Popilio P. F. P. N. Lænate conſul fuit an. DXXCI. notatumque eſt tum primum ambos Cos. plebejos fuiſſe. Hæc de conſularibus Æliis. Apud Livium autem legi quendam P. Ælium Quæſtorem an. CCCXLIV. necnon apud Plinium Thurinos C. Ælium Tr. Pl. ſtatua, & corona aurea donaſſe, quod legem pertuliſſet in Stennium Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infeſtaverat. Sub Imperatoribus quattuor ante Hadrianum Auguſtum conſules video cognominibus inter ſe diſtinctos. Q. Tuberonem, L. Lamiam, Sex. Catum, & L. Sejanum: tres primos ſub Auguſto, ultimum ſub Ti. Cæſare. Tubero, cum a Dione Q. F. dicatur, non is eſt, de quo antea diximus, Q. Tubero L. F. ſed ejus filius, quamvis Pomponius eundem eſſe videatur affirmare. Fuit quidem certe Cos. cum Paullo Fabio, Q. F. Maximo an. DCCXLII. At L. Lamia L. F. Cos. Fuit cum M. Servilio M. F. Gemino poſt XIII. annos, quam ſuperiores. Lamias a Lamo dictos, qui Formias condidit, Horatius auctor eſt, eoſque & vetuſtos, & nobiles appellat. Cicero L. Lamiam equitem Rom. prodidit in exilium miſſum a Gabinio Cos. quod Ciceroni faveret: eundem Ciceronis cadaver, vel cineres ſepulcro condidiſſe traditum eſt carminibus non ineruditis. Val. Max. lib. I. cap. VIII. & Plin. lib. VII. cap. LII. memoriæ prodiderunt L. Lamiam virum Prætorium vocem in rogo edidiſſe, & C. Ælium Tuberonem Prætura functum a rogo relatum. Sex. Ælius Q. F. Catus, ab illo cordato viro Cato Ælio, ut Ennius ſcripſit, ducens originem ſucceſſor Lamiæ fuit, cum C. Sentio C. F. Saturnino. Ab his lex Ælia Sentia perlata eſt auctore Auguſto. Ultimus L. Ælius Sejanus L. Seii Strabonis equitis Rom. filius temporibus T. Cæſaris plurimum potuit: natus Volſiniis, Præfectus prætorio fuit, & conſulatum adeptus eſt, quo anno Tiberius quinctum conſulatum ſolus cepit; ſed poſt menſem Sejanum collegam aſcivit, ann. DCCLXXXIII. ex uxore Apicata tres liberos habuit; ſed is cum liberis oppreſſus eſt, conjuraſſe adverſum Imperat. convictus. Avunculum habuit Junium Blæſum Procos. Africæ: P. Ælius T. F. T. N. Hadrianus Italicenſibus parentibus natus, qui ex Hadria Scipionum tempore in Hiſpaniam migrarunt. Ejus pater Hadrianus Afer conſobrinus Trajani Imperat. avus Marillinus primus in ejus familia ſenator, ut Ælius Spartianus refert. Ante imperium Coſ. ſuffectus ex Kalend. Jul. cum L. Publilio Celſo anno DCCCLXI. Iterum, ac tertio conſul initio principatus, quem adoptione vera, vel ficta moriente Trajano ſuſcepit, Ulpiæ familiæ nomen recuſaſſe videtur: Trajani cognomen uſurpaſſe: filios, atque libertos Ælios appellaviſſe. Exſtant plerique tituli libertorum Hadriani; qui P. ÆLII. AVG. LIB. notantur: ut Antonini Pani liberti, T. ÆLII. AVG. L. Colonias quoque Ælias dictas conſtat, aliaſque urbes reſtauratas, in quibus Hieroſolymorum urbs Ælia Capitolina dicta deinceps eſt. Tribuniciam poteſtatem ſemel, ac vicies ſuſcepit, Imperator bis appellatus eſt; ceteroſque titulos vivus obtinuit, & poſt mortem Divus Hadrianus dictus. Filios adoptavit L. Cejonium L. F. L. N. Commodum verum, qui poſtea L. Ælius Cæſar appellatus fuit, & T. Aurelium Fulvium Bojonium Antoninum, qui poſtea Imperat. Cæſar T. Ælius Antoninus Pius dictus eſt. L. Ælius ante adoptionem conſul fuit cum Sex. Vetuleno Civica Pompejano ann. DCCCXXCVII. eodemque anno adoptatus nomen

men mutavit, & Tribuniciam poteſtatem accepit,
& conſul iterum deſignatus in proximum annum
eſt. Ipſis vero Kalend. Januar. mortuus eſt cos. II.
TR. POT. II. Filium reliquit L. Cejonium Com-
modum, qui a T. Antonino adoptatus L. Aure-
lius Verus appellatus eſt, & cum fratre adoptivo
M. Aurelio Antonino, eodemque ſocero ſuo im-
perium obtinuit. Hi vero ſecuti ſunt Aurelii no-
men: propterea quod Pius ex ea familia fuerit;
quamvis adoptione Hadriani in Æliam translatus
ſit. Summo quidem certe jure omnes hi in Cocce-
jam familiam erant inſerendi. Nam Coccejus Ner-
va Ulpium Trajanum, Ulpius Ælium Hadria-
num, Ælius Cejonium Commodum, & Aurelium
Antoninum, Aurelius Annium Verum, & Cejo-
nium Commodum adoptavit. T. Antoninus Pius
conſul quater fuit, tribuniciam poteſtatem quater
& vicies accepit, Imperator bis appellatus eſt.
Fauſtinam filiam Marco filio adoptivo conjunxit:
ex his L. Commodus natus eſt, qui patre vivo
Auguſtus appellatus, & poſt ejus mortem pater-
nas, & avitas virtutes non eſt imitatus. Hunc vi-
deo, & L. Ælium, & M. Aurelium, & L. Ælium
Aurelium dictum eſſe. Conſul ſepties fuit, Trib.
Pot. XVIIII. Imp. VIII. Poſt hos Imperatores
tres tantum Ælios conſules invenio: C. Ælium,
ſive Allium C. F. Fuſcianum, qui ſub eodem
Commodo conſul fuit cum Dullio Silano ann.
DCCCCXL. & Q. Ælium, vel Allium Maxi-
mum, collegam M. Flavii M. F. Apri poſt annos
XIX. ſub Severo, & Antonino, nec non Ælium
Scorpianum conſulem ſuffectum ex Kal. Jul. ann.
CIↃXXIIX. ſub Floriano Imp.

## ÆMILIA.

ÆMILIA ſive Aimilia familia patricia clariſſima
fuit, ab ipſis initiis libertatis reip. Rom. ad Augu-
ſti tempora multis illuſtribus viris domi, militia-
IV. que decorata. Pontificatu maximo, Dictaturis,
Triumphis, Principatibus Senatus, Cenſuris,
Conſulatibus, Magiſteriis Equitum, & Tribuna-
tibus Militum conſulari poteſtate, & Triumviratu
reipublicæ conſtituendæ, ita ſæpe, ut paucæ eam
numero vincant, exornata eſt. Dividitur in has
quinque præcipuas ſtirpes, quæ cognominibus di-
ſtinguuntur, Mamercinorum, Barbularum, Paul-
lorum, Paporum, Lepidorum. Sunt etiam aliæ
ſingulares, aut raræ, ex quibus unus aut alter con-
ſul fuit, ut Regillorum, Scaurorum, de quibus po-
ſterius dicemus. Mamercini novem obtinuerunt
conſulatus XII. Dictaturas V. Tribunatus Milita-
res cum conſulari poteſtate IX. Magiſteria Equi-
I. tum III. Triumphos III. Nam primus L. Aimilius
Mamerci filius ter conſul fuit primo cum Kæſone
Fabio K. F. Vibulano ann. CCLXVIIII. deinde
ſexto anno cum C. Servilio Structo Ahala, tertio
II. poſt annos quinque cum Vopiſco Julio Julo. Hujus
Lucii filius Tiberius Mamercinus bis conſul fuit,
prius anno tertio poſt ultimum patris conſulatum
cum L. Valerio Voluſo Potito II. poſterius cum
III. Q. Fabio Vibulano anno CCXCVI. Tertius
Mamercus fuit M. F. Lucii ter conſulis, ut ſuſpi-
cor, nepos. Hic ter Dictator fuit, ac bis trium-
phavit. Tribunus antea Militum fuerat ann.
CCCXV. cum L. Quinctio Cincinnato, & L. Ju-
lio Julo. Anno proximo Dictator de Fidenatibus
Idib. Sept. triumphavit. Ac tertio poſtea anno ite-
rum Dictator rei gerundæ cauſſa fuit. Poſt unde-
cim vero annos iterum triumphavit Dictator ter-
tium de Vejentibus & Fidenatibus. Quæſitor bien-
nio antea fuerat, hoc eſt anno CCCXXV. Ma- IV.
merci filius Manius ter Tribunus Militum fuit
poſt conſulatum, quem geſſit anno CCCXLIII.
cum C. Valerio Potito Voluſo. Namque quin-
quennio poſt cum aliis quinque patriciis & anno
CCCL. iterum cum totidem, ac biennio proxi-
mo, cum totidem collegis patriciis tertio Tribu-
natum geſſit. Hunc aperte Verrius Flaccus M.
Aimilium, Mam. F. M. N. Mamercinum in fa- V. VI.
ſtis notat. At C. Mamercinus, qui bis Tribunus
Militum, & M. Mamercinus, qui ſemel creati
ſunt, ille annis CCCLIX. & CCCLII. hic hoc
eodem poſtremo relato anno: quibus parentibus
orti fuerint, nullum habemus auctorem. Mihi pro-
babile videtur Manii fratres fuiſſe. Septimus Ma- VII.
mercinus quinquies Tribunus Militum, bis con-
ſul, ſemel Magiſter Equitum creatus eſt. Hunc L.
Aimilium L. F. appellatum video, adderem libens
Mam. N. Primus Tribunatus actus eſt anno ſe-
quenti poſt captam urbem a Gallis, hoc eſt anno
CCCLXIV. Secundus biennio poſt primum, ter-
tius quadriennio poſt alterum, quartus continua-
tus eſt poſt tertium, inter quartum & quintum
anni quattuor medii interfuerunt. Poſt hos magi-
ſtratus ob maximas contentiones plebis cum patri-
bus de plebejo conſule M. Furius Camillus IV.
Dictator dictus L. Aimilium Magiſtrum Equitum
fuit, ſed ambo re infecta abdicarunt, fuit is annus
CCCLXXXV. Tandem biennio poſt pacata ſedi-
tione primus L. Sextius plebejus, qui diu Tribu-
nus Plebis fuerat, conſul collegam habuit ex patri-
bus eundem L. Mamercinum. Iterum conſul fuit
poſt annos tres cum Cn. Genucio Aventinenſi.
Hujus filius L. Aimilius aperte a Verrio L. F. L. VIII.
N. Mamercinus Privernas appellatur. Bis Dicta-
tor, bis Magiſter Equitum, & bis Conſul fuit, &
in ſecundo conſulatu triumphavit de Privernati-
bus, unde cognomen accepit Kal. Mart. ann.
CDXXIV. cum collega C. Plautio P. F. Deciano
Hypſato. Magiſter Equitum fuit C. Julio Julo
Dictatore in caſtris novo more dicto ann. CDI.
Iterum decennio poſt M. Valerio Corvo Dictato-
ri, & anno ſequenti conſulatum geſſit cum C.
Plautio C. F. Vennone II. Dictator comitiorum
habendorum cauſſa ann. CDXIIX. Magiſtrum
Equitum dixit Q. Publilium Philonem plebejum.
Iterum Dictator rei gerundæ cauſſa Magiſtrum
Equitum habuit L. Fulvium Curvum item plebe-
jum anno CDXXXVII. Poſtremus Mamercinus IX.
Tiberii prænomine, quo nemo alius uſus eſt,
quod meminerim, ex hac familia, Conſul fuit
cum Q. Publilio Philone ann. CDXIV. ejus pa-
rentes ignorantur. Poſſumus hunc ſuſpicari eſſe
Privernatis fratrem.

Barbulæ quattuor, totidem Conſulatus, Di- II.
ctaturam unam, triumphos duos conſecuti
ſunt. Primus M. Aimilius Q. F. L. N. Dicta- I.
tor fuit comitiorum habendorum cauſſa ann.
CDXXXII.

CDXXXII. quo anno turpis Caudina pax inita
fuit. Magiſtrum Equitum dixit L. Valerium Pon-
titum Flaccum II. Hunc quidam M. F. appellant,
ſed ego titulum ſequor, & denarium, in quo M.
Aimilius Q. F. Barbula conſul fuiſſe dicitur: an-
num tamen conſulatus nondum reperi. Hujus fra-
II. ter Q. Aimilius a Verrio Q. F. L. N. appellatur.
Conſul fuit quadriennio poſt cum C. Junio Babul-
co Bruto: eundem collegam habuit tertium con-
ſulem in ſecundo conſulatu anno CDXLII. Am-
boque eodem menſe triumpharunt, Brutus Nonis
III. Sextil. de Samnitibus, Barbula Idibus de Etruſceis.
Secutus eſt L. Barbula Q. F. Q. N. Cos. anno pri-
mo belli Tarentini, cujus collega fuit Q. Marcius
Philippus. Amboque triumpharunt: Philippus eo-
dem anno de Etruſceis, Barbula proximo anno
Proconſule de Tarentineis, Samnitibus, & Sallen-
tineis VI. Idus Quinctil. an. CDLXXIII. Quar-
IV. tus fuit M. Aimilius, quem Verrius L. F. Q. N.
notat conſulem cum M. Junio Pera an. DXXIII.
Hic fortaſſe eſt in denario Q. F. dictus, convenit
enim prænomen. Nec diſpliceret, ut hunc Q. F.
L. N. appellaremus, ut tempora conſulatuum
quadrarent aptius. Hæc de Barbulis.

III. Paullorum gens quattuor habuit veteres inſi-
gnes viros, qui conſulatum ſexies, Magiſterium
Equitum ſemel, Cenſorium honorem item ſemel,
& triumphos quinque ſunt conſecuti. Poſt annum
ſeptingenteſimum quattuor reperio Paullos Con-
ſulares, ex quibus unus cenſorius fuit. Sed hi in-
ter Lepidos erunt referendi, nam utrumque no-
men uſurparunt, uno excepto L. Æmilio M. F.
I. qui Conſul fuit cum C. Claudio C. F. Marcello
anno DCCIII. Primus igitur M. Aimilius L. F.
L. N. Paullus Conſul fuit cum M. Livio Dentre
an. CDLI. & ſequenti anno Magiſter Equitum
II. Q. Fabio Maximo Rulliano Dictatore iterum
rei gerundæ cauſſa. Hujus filius Marcus Conſula-
tum geſſit cum Ser. Fulvio Pætino Nobi-
liore: amboque anno proximo Proconſulibus de
Coſſurenſibus & Pœneis navales triumphos ege-
runt: Nobilior XIII. Kal. Febr. Paullus XII.
III. Kal. an. CDXCIX. decimo anno belli Punici pri-
mi. Tertius fuit L. Paullus ſuperioris filius. Hic
Conſul fuit cum M. Livio Salinatore anno
DXXXIV. uterque in conſulatu de Illuricis tri-
umphavit. Sed ambo poſtea accuſati, Salinator-
que ſolus damnatus eſt. Iterum conſul triennio
poſt, qui tertius annus fuit belli Punici ſecundi
propter collegæ C. Terentii Varronis temeritatem
in Cannenſi pugna occiſus eſt. Filium reliquit L.
IV. Æmilium clariſſimum virum, qui ter triumpha-
vit, bis Conſul ex Cenſor, & Augur fuit. Nam-
que ante conſulatum Proprætore triumphavit ex
Hiſpania ann. DLXIV. poſt ſeptem annos con-
ſul fuit cum Cn. Bæbio Pamphilo, & anno pro-
ximo iterum triumphavit de Liguribus Ingauneis.
Iterum conſul ann. DXXCV. cum C. Licinio
Craſſo fuit. Perſem ultimum Macedonum Regem
prœlio vicit, atque captivum cum liberis in trium-
pho duxit, quem triduo egit quarto, tertio, &
pridie Kal. Decembr. Proconſule anno proximo.
Eodem tempore duos filios amiſit, quos ſui nomi-
nis, & familiæ hæredes relinquere cogitabat. Nam
duos majores alterum P. Cornelio Scipioni Afri-
cani majoris, & Æmiliæ ſorores filio in adoptio-
nem dedit, qui poſtea Africanus minor, Cartha-
gine diruta, appellatus eſt; alterum Q. Fabio Ma-
ximo quinquies conſuli. Itaque alter dictus eſt P.
Cornelius P. F. Scipio Æmilianus, cujus liberos
nullos extitiſſe meminimus, alter. Q. Fabius Q. F.
Maximus Æmilianus, a quo plures Fabii exſtite-
runt. Filias reliquit tres, ex quibus una Q. Ælio
Tuberoni, altera M. Catoni Liciniano M. Cato-
nis Cenſorii filio nupſit, ex quibus liberi nati ſunt.
Mater horum omnium Papiria fuit C. Papirii Ma-
ſonis conſularis, & triumphalis viri filia. Cenſu-
ram denique Paullus obtinuit anno tertio poſt
triumphum cum Q. Marcio Philippo, luſtrumque
fecerunt LIII.

Paporum gens duos habuit clariſſimos viros, IV.
quorum alter conſul bis, & cenſor; alter etiam
cenſorius, & triumphalis, ac conſularis fuit. Ante
hos a Livio M. Æmilius Papus Dictator refertur,
quem nos Barbulam appellavimus, alios annales
ſecuti. Sed ſine controverſia Q. Aimilius Papus
conſul fuit cum C. Fabricio Luſcino anno proximo
ante bellum Tarentinum, quod L. Aimilio Barbu-
la, & Q. Marcio Philippo Coſ. inchoatum eſt an-
no CDLXXII. Secundum conſulatum, & cenſu-
ram cum eodem collega egit anno CDLXXV. &
CDLXXXVIII. luſtrum fecerunt XXXIII. Poſt
hunc L. Aimilius Q. F. L. N. poſt illius cenſuræ
annum I. conſul fuit cum C. Atilio Regulo anno
primo belli Gallici Ciſalpini, & de Galleis trium-
phum egit III. Nonas Mart. in conſulatu. Cenſor
fuit cum C. Flaminio anno DXXXIII. qui circo
Flaminio, & viæ Flaminiæ nomen reliquit. Papo-
rum cognomen videtur ex eo ſumptum, quod pa-
pi carduorum flores ſint, ut ait Feſtus, de quibus
Lucretius:

*Veſtem, nec plumas avium, papoſque vo-
lantes.*

Ad Lepidorum ſtirpem ventum eſt, ex qua de- V.
cem ad M. Lepidum Triumvirum, poſt eum ad
obitum Auguſti ſeptem inſignes magiſtratus, ho-
nores ac ſacerdotia obtinuerunt. Duo Pontifices
Maximi fuerunt, unus ſemel, alter ſex luſtris Prin-
ceps Senatus, unus Triumvir bis reip. conſtituen-
dæ, unus Magiſter Equitum bis, Cenſores tres,
duo triumphales, ex quibus alter bis, unus trium-
phalia ornamenta accepit. Conſules XV. conſula-
tus obtinuere XVIII. ex quibus IV. tantum ſuffe-
ctorum fuerunt. Primus M. Lepidus Coſ. fuit cum I.
C. Claudio Canina anno CDLXVIII. Alter Mar- II.
cus Marci filius Marci nepos, quem Livius ait bis
conſulem, atque Augurem fuiſſe, ac patrem Mar-
ci, Lucii, & Quincti Lepidorum, conſul fuit cum
M. Publicio Malleolo, ann. DXXI. Iterum conſul
cum M. Valerio Lævino poſt duodecim annos,
quo anno L. Veturius Philo, & C. Lutatius Catu-
lus vitio facti abdicarunt, ut quidam ſcripſerunt.
Tertius Marcus ſuperioris filius indolis ſuæ ſpeci- III.
men prætextatus dedit, qui annos natus XV. ho-
ſtem occidit, civem ſervavit, quamobrem ſtatua
ei ſtatuta eſt in Capitolio, quod Valerius Maxi-
mus refert & de ea re denarius exſtat cum his litteris
M. LEPIDVS. AN. XV. PR. H. O. C. S. Alter quo-
que

que denarius inſignem honorem habitum eidem M. Lepido ſignificat, cujus multi meminerunt, ut cum Ptolemæus Rex tutorem filio ſuo populum Rom. reliquiſſet, Lepidus hic, qui Pontifex Maximus, ac bis conſul fuit, ad Regis pueri tutelam gerendam Alexandream miſſus ſit. Primum conſulatum geſſit cum C. Flaminio C. F. ann. DLXVI. Pontifex Max. octavo poſtea anno in locum C. Servilii Gemini factus eſt, item cenſor eodem anno cum M. Fulvio Nobiliore, cum quo inimicitias geſſerat, quas reip. cauſſa cenſor deſignatus depoſuit, luſtrum fecerunt L. & ipſe Lepidus princeps ſenatus dictus eſt. Iterum conſul cum P. Mucio Scævola, de Liguribus triumphavit ann. DLXXVIII. Hic ſex luſtris princeps ſenatus lectus eſt. Sexti cenſores fuere M. Valerius Meſſalla, C. Caſſius Longinus, qui luſtrum LV. fecerunt ann. DXCIX. M. Lepidus mortuus eſt anno poſtea tertio, aut quar-
IV. to. Quartus M. Lepidus M. F. M. N. fuit ac con-
V. ſul anno DXCV. cum C. Popillio Lænate II. Quintus M. Lepidus, Porcina dictus eſt, principis Lepidi filius. Conſul autem fuit anno DCXVI. cum
VI. C. Hoſtilio Mancino. Sextus Mamerci prænomine ſuperioris, ut creditur, frater undecimo poſtea anno conſul fuit cum L. Aurelio Oreſte, quo tempore quarti ludi ſæculares facti ſunt, ut plures ſcri-
VII. pſerunt. Septimus M. Aimilius Q. F. M. N. Lepidus a Verrio appellatur, conſul autem fuit cum Q Lutatio Catulo, Sullæque & Catuli adverſarius extitit in conſulatu ann. DCLXXV. Hunc eſſe arbitror Triumviri patrem, quem pronepotem principis ſenatus fuiſſe Cicero auctor eſt. Erit igitur
VIII. hic Porcinæ nepos. Octavus Mamercus Aimilus Mam. F. M. N. Lepidus Livianus, qui D. Livii Druſii filius fuiſſe dicitur, adoptatus a Mamerco principis Lepidi filio. Conſul autem fuit anno poſt ſuperiorem Cn. Octavio. Cenſor poſt conſulatum ann. XVI. cum P Servilio Iſaurico fuit, luſtrum fecerunt LXIX. & proximo luſtro princeps ſenatus lectus eſt ann. DCXCVIII. Ad hunc, ejuſve liberos pertinet denarius ita inſcriptus M. MAMERC.
IX. LEPIDVS. LIVIANVS. Nonus M. Lepidus, qui cum L. Volcatio Lullo conſul fuit ann. DCXXCVII. Hujus parentes ignorantur. Veriſimile eſt ab eo, quem quarto loco retulimus, originem traxiſſe.
X. Pervenimus ad M. Lepidum Triumvirum, qui a M. Verrio M. F. Q. N. dicitur: hoc eſt ſeptimo loco conſtituti filius. Hic prætor Cæſarem Dict. dixit novo more, ceteros enim conſules dixerunt. Proprætore ex Hiſpania triumphum egit anno DCCVI. Sequenti anno conſul fuit cum C. Cæſare III. conſule, & in tertia & quarta dictatura magiſter equitum, eas geſſit Cæſar duobus proximis annis. Occiſo Cæſare Eidibus Martiis, Pontifex Maximus factus eſt ann. DCCIX. Sequenti anno triumvir reip. conſtituendæ cum M. Antonio, cujus filiam filio ſuo collocavit, & C. Cæſare Octaviano, qui poſtea Auguſtus appellatus eſt. Suſceperunt autem hoc genus imperii ex ante diem quinctum Kalend. Decembr. ad Pridie Kalend. Januar. ſextas, hoc eſt in quinquennium. Eodem anno Pridie Kal. Januar. Procos. ex Hiſpania iterum triumphavit. Kalendis ipſis conſul iterum fuit cum L. Munatio Planco, qui IV. Kalend. Jan. de Galleis triumphum egerat. Jactatus eſt in triumpho ex licentia militari verſus:

*De Germaneis, non de Galleis duo triumphant conſules.*

propterea quod nomina duorum fratrum eorumdem in proſcriptorum tabulis legerentur. Fratrem Lepidi arbitror fuiſſe Paullum Lepidum, qui ſervatus eſt. Planci frater, L. Plotius dicebatur. Iterum triumvir in alterum quinquennium cum eiſdem collegis creatus anno ſecundo a C. Cæſare collega abdicare coactus eſt: erat is annus DCCXVII. vixit autem uſque ad DCCXL. annum Pontifex Maximus. Uxor ejus Junia M. Bruti ſoror, ex qua
liberos ſuſcepit. Poſt hunc primus Paullus Aimi- I.
lius M. F. L. N. conſul ſuffectus ex Kal. Jul. cum C. Memmio ann. DCCXIX. Hic etiam cenſor fuit cum L. Munatio Planco poſt annos XII. luſtrum tamen non fecerunt. Hunc quidam P. Aimilium Paullum, alii M. F. Q. N. appellant: nos veriſimiliora ſecuti ſumus. Hujus cenſoris filius L. Paullus Juliam Juliæ, & M. Agrippæ filiam Augu-
ſti neptem duxit, Æmiliamque Lepidam ex ea ſu- II.
ſcepit, quæ fuit Ti. Cl. Imp. ſponſa. Alter Paullus Triumviri frater conſul etiam ſuffectus fuit ex Kal. Jul. cum L. Cornelio ann. DCCXXI. Hic porti-
cum Paulli ædificavit, & dedicavit. Tertius Q. III.
Lepidus eſt Manii filius, qui conſul cum M. Lollio M. F. fuit ann. DCCXXII. ut ex titulo pontis Fabricii conſtat. Quem enim L. Fabricius curator
viarum faciundum curaverat, hi conſules ex S. C. IV.
probaverunt. Quartus L. Aimilius L. F. Paullus. Hunc putant filium fuiſſe L. Paulli M. F. qui Coſ. fuit anno DCCIII. eſſeque inter Paullorum gentem conſtituendum. Mihi magis placet, ut hoc loco relinquatur. Conſul fuit ann. DCCLIII. cum C. Cæſare Auguſti filio poſt Chriſtum natum anno
ſecundo. Quinctus erit M. Lepidus L. F. qui cum V.
L. Arruntio conſul fuit, quincto poſt ſuperiorem
anno. Sextus Manius Aimilius Q. F. M. N. Lepi- VI.
dus, qui conſul cum T. Statilio Tauro fuit ann. DCCLXIII. Præter hos invenio M. Æmilium Q.
F. M. N. Lepidum obtinuiſſe triumphalia orna- VII.
menta legatum Auguſti ann. DCCLXI. ex Delmatia. Ad extremum de Lepidi cognomine non reticebo, videri eo voluiſſe exprimere, quid Aimilii nomine ſignificaretur: ut cum Vergilius armiſonam Palladem, Plemmyrion undoſum, clarum Olympum dixit. Sic felix Sylla Fauſtum filium appellavit, & filiam Fauſtam; quod uſurpari ſoleret: (Quod felix, fauſtumque ſit) ac non multum ſignificatione differrent. Nunc de reliquis Æmiliis
videamus. Regilli cognomine unum triumphalem VI.
L. Aimilium M. F. reperio proprætore navalem egiſſe de rege Antiocho Kal. Febr. ann. DLXIV. Scaurum item unum inſignem virum M. Aimilium M. F. L. N. qui conſul cum M. Cæcilio Q. F. Metello anno DCCXXIIX. De Galleis karneis triumphavit. Cenſor poſt ſex annos fuit cum M. Livio C. F. M. Aimiliani Nepote Druſo, qui in eo honore mortuus eſt, & Scaurus abdicavit more majorum, ante tamen viam Æmiliam ſtravit, pontemque refecit Æmilium. Proximo anno cenſores creati Q. Fabius Max. Allobrogicus, & C. Licinius Geta, hunc principem ſenatus legerunt,

& tribus aliis luſtris alii cenſores, quoad mortuus eſt. Augurem quoque fuiſſe proditum eſt. Hujus uxor fuit Cæcilia L. Metelli Delmatici filia, quæ poſtea L. Sullæ Felici Dictatori nupſit, neque ſatis pudica credita eſt. Filios ex ea reliquit M. Scaurum, qui inſignem Ædilitatem curulem obiit, ac prætor Sardiniam obtinuit, quem Cicero reum repetundarum defendit, & filiam Æmiliam, quæ prius ex M. Acilio Glabrione viro conſulari ejuſdem nominis filium procreavit, & poſtea Cn. Pompejo Magno nupſit. Tertiam vero Muciam ejuſdem Pompeii uxorem, quæ ſoror Q. Metelli Nepotis dicta eſt, duxit M. Scaurus filius, & ex ea filium procreavit, qui frater filiorum Pompeii fuit, ut ipſe frater filiorum L. Sullæ Fauſti, & Fauſtæ, de quibus paullo ante dictum eſt, fuit. Præter hos omnes, in faſtis Verrii Flacci tertiis ludis ſæcularibus, qui ann. DXVII. facti ſunt, M. Aimilius M. F. Magiſter Xvir cum M. Livio Salinatore fuit. Hæc de his Æmiliis, qui an-
VII. te T. Cæſarem claruerunt. Poſt quæ tempora vix
quinque, aut ſex hujus tam illuſtris familiæ nomen
I. retinuere, qui conſulatus adepti ſint. Primus M.
Lepidus conſul cum L. Nonio fuit: hos exiſtimo
fuiſſe ann. DCCCXLVI. quo anno alii L. Nonium
Aſprenatem Torquatum, & Clementem, vel La-
II. teranum ſub Domitiano Imperat. produnt. Alter
eſt Æmilius Ælianus, qui cum L. Antiſtio vetere
Coſ. fuit ann. DCCCLXVIII. ſub Nerva Imper.
III. Tertius Æmilius Juncus, qui cum Julio, vel Ati-
IV. lio Severo conſul ſuffectus fuit ex Kalend. Jul. ſub
Commodo Imper. ann. DCCCCXXXIV. Quar-
tus Æmilius Lætus, qui bis conſul fuit, prioris con-
ſulatus tempus ignoratur, credendum eſt ſuffectum
fuiſſe. Iterum conſul cum Anicio Cereali fuit ann.
XXXIII. poſt ſuperioris conſulatum ſub M. Anto-
V. nino Severi Imperat. filio. Quinctus Æmilius Pa-
pus conſul fuit cum C. Julio Arriano ſub Gordia-
VI. no Imperat. ann. DCCCCXCV. Sextus Fl. Æmi-
lius Coſ. fuit cum Fl. Viatore ann. CIↃCCXLVI.
ſub Anaſtaſio Imperat. His Æmilius Papinianus præfectus prætorio juriſconſultorum princeps, qui a M. Antonino Severi filio occiſus eſt, addatur. Is ſolus Æmiliæ familiæ gloriam ſeneſcentem retinuit, & decoravit.

## Antonia.

Antonia familia in duas gentes diviſa patriciorum, & plebejorum paucos habuit, qui magiſtratus majores, & honores fuerint adepti. Patricii duo *Metendæ* cognomento dicti, quorum alter T. Antonius Decemvir legibus ſcribendis fuit anno urbis CCCIII. Iterum anno proximo factus, propter ſcelus Appii Claudii collegæ abdicavit. Leges tamen XII. tabularum ab his, & aliis Decemviris conſcriptæ ſunt. Alter Q. Antonius hujus, ut creditur, filius tribunus militum fuit conſulari poteſtate anno CCCXXXI. Collegæ ejus fuerunt L. Manlius Vulſo Capitolinus, L. Papirius Mugillanus, L. Servilius Structus. Secutus eſt magiſter equitum M. Antonius, P. Cornelio Rufino Dictatore ann. CCCCXIX. quem ſuperioribus patriciis connumeraſſem, niſi me cognominis defectus, & prænomen Marci retardaret; & quod jam tum plebeii magiſtri equitum fierent poſt C. Licinium Calvum, qui primus e plebe magiſter equitum fuit ann. CCCLXXXV. Hic quoque Antonius, & Rufinus Dictator vitio creati abdicarunt. Plebeii poſt hunc ſex, conſulatus obtinuerunt ſeptem, cenſuras duas, triumphos duos, ovationem unam, magiſterium equitum unum, triumviratus reip. conſtituendæ duos. Hæc ante obitum Auguſti. Poſtea tres Imperatores Antonii Gordiani fuerunt, una Antonia Auguſta T. Claudii Imperatoris mater. Antonini Imperatores plures, ſed hi Æliam, & Aureliam familias exornarunt. Princeps hujus familiæ florente rep. M. Antonius fuit vir diſertiſſimus, quem Cicero multis laudibus exornat: hic prætor de piratis triumphavit ann. DCLI. conſul triennio poſt cum A. Poſtumio Albino, cenſor biennio ſequenti cum L. Valerio Flacco, occiſus eſt a L. Cinna conſule ann. DCLXVI. duos filios reliquit Marcum Triumviri patrem, & C. Antonium M. Tullii Ciceronis in conſulatu collegam ann. DCXC. qui quamvis Catilinam detecta conjuratione armis eſt perſecutus; tamen, ut conjurationis conſcius, & particeps damnatus eſt. Hic duas filias reliquit, quarũ alterã duxit M. Antonius frater patruelis, alterã Caninius Gallus ejus accuſator. M. Antonius Quæſtor C. Cæſaris in Gallia, poſtea Augur creatus eſt, ac paullo poſt Tribunus plebis C. Claudio Marcello L. Lentulo Coſ. ann. DCCIV. partes Cæſaris acriter defendens confugit ad ejus exercitũ, quod initium fuit belli civilis: biennio poſt eidem Cæſari Dictatori magiſter equitum fuit, & in quincto conſulatu, tertio deinde anno collega diadema regium Lupercalibus eidem obtulit, Lupercus ipſe, & conſul, Cæſar recuſavit. Occiſo Cæſare Idibus Martiis P. Cornelio Dolabella ſuffecto præclara decreta de abolenda dictatura, de oblivione rerum præteritarum, de actis Cæſaris confirmandis per ſenatum obtinuit. Sed poſtea potentiæ C. Cæſaris, & tyrannidis ſucceſſor eſſe concupivit, ac provincias Gallias cum exercitu obtinere. Tandem triumvir reip. conſtituendæ in quinquennium cum M. Æmilio Lepido, & C. Julio Cæſare herede Dictatoris factus eſt. Brutum, & Caſſium interfectores Cæſaris perſecutus. Ovans urbem ingreſſus eſt, hoc titulo, quod pacem cum C. Cæſare feciſſet ann. DCCXIV. Iterum in quinquennium renovatus eſt ei triumviratus, mox conſul iterum factus cum L. Scribonio Libone ann. DCCXIX. ipſis Kal. Jan. abdicavit, & in ejus locum factus eſt Sempronius Atratinus. Deſignatus tertio conſul in annum DCCXXII. hoſtis a Cæſare judicatus, non iniit: tandem cum Cleopatra Ægypti regina, ex qua liberos ſuſceperat eodem anno apud Actium victus ſe ipſum interemit. Fratres habuit Cajum, & Lucium, Lucio ſoli Pietatis cognomen inditum. Conſul fuit cum P. Servilio Vatia Iſaurico II. ann. DCCXII. Kal. Jan. triumphum egit ex Alpibus. Cenſor fuerat anno proximo cum P. Sulpicio Quirino, luſtrum tamen non fecerunt. Fuit etiam Publius Antonius conſul ſuffectus C. Cæſari Octaviano in ſecundo conſulatu, cum Kal. Jan. abdicaſſet, poſt conſulatum Lucii anno VIII. Ejus collega fuit L. Volcatius Tullus. Hunc ſuſpicor Marci filium, ut etiam

iam Julus Antonius fuit, qui conſulatum adeptus eſt cum Q. Fabio Max. ann. DCCXLIII. & propter adulterium cum Julia Auguſti filia occiſus eſt. Uxores Marci fuerunt tres, Antonia C. Antonii conſularis patrui ſui filia, quæ parum pudica fuit: Fulvia ex qua liberos procreavit, P. Clodii Pulchri prius inimici Ciceronis uxor, deinde C. Curionis filii. Tertia uxor Octavia major ſoror Auguſti, quæ prius C. Marcello nupſit, & liberis ſuſceptis ex ea, nupſit Antonio. Duo natæ filiæ Antonia major, quæ L. Domitio Ahenobarbo avo Neronis Imp. nupſit: & Antonia minor, uxor Neronis Claudii Druſi Auguſti privigni, ex quibus Ti. Claudius Imperator natus, qui matrem, ut diximus, Antoniam Auguſtam appellavit, & ejus nomine pleroſque nummos ſignari juſſit. Filiam quoque ſuam is eodem nomine appellavit uxorem Cn. Pompeii Magni, ac poſtea Fauſti Syllæ nobiliſſimorum adoleſcentium. Mater Marci, & fratrum Julia ſoror L. Cæſaris viri conſularis poſt mortem viri P. Cornelio Lentulo Suræ nupſit, quem prætorem Cicero conſul propter conjurationem Catilinæ ex SC. occidi juſſit. Hac de cauſſa Cicero eum malle dicit vitrici ſui, quam avunculi ſimilem eſſe. Julus Antonius, de quo paullo ante diximus, is eſt, ad quem Horatius carmen illud miſit, cujus initium eſt,

*Pindarum quiſquis ſtudet æmulari*
*Jule ceratis*, &c.

Is vero, aut alius Marci filius, & Fulviæ, uxorem duxit Marcellam C. Marcelli, & Octaviæ majoris ſororis Auguſti filiam, quam M. Agrippa, ut Juliam duceret Auguſti filiam, poſt obitum Marcelli prioris viri repudiavit. Erat autem Marcellus ejuſdem Marcellæ frater germanus. Cleopatra quoque M. Antonii & Cleopatræ reginæ filia nupſit Jubæ regi Mauritaniæ, ex qua Ptolemæus natus eſt. Alia filia Marci occiſo Cæſare filio M. Lepidi nupſit. Mortuus eſt Marcus annos natus LVI. ſive LIII. ut Plutarchus aſſerit. Julus filium reliquit L. Antonium. Poſt Auguſti mortem ante Gordianos Imperatores duos tantum conſules Antonios invenio *Rufinos* cognomento. Alter M. Antonius, qui conſul fuit cum Ser. Octavio Lænate Pontiano ſub Hadriano Imperat. anno DCCCLXXXIII. Alter collega fuit Bruttii Præſentis II. Cos. ann. DCCCCV. ſub Pio Auguſt. quem *Antonium* dictū fuiſſe non poſſumus certos teſtes afferre. Gordiani Imperatores tres fuere Maximi Imp. ſucceſſores, vel potius ejus tyrannidis vindices. Ex his duos *Africanos* cognominatos ſcimus, patrem, & filium, pecuniamque eorum nominibus ſignatam, in qua M. ANT. GORDIANVS AFR. conſcriptum eſſe videmus. Seni pater fuit Mettius Marullus, mater Ulpia Gordiana, ex Gracchorum genere patrem, ex Trajani cognatione matrem eſſe dicebat. Uxor Fabia Oreſtilla Antonii proneptis eſſe dicebatur. Ipſe multis voluminibus Antoninorum Auguſtorum res geſtas verſibus, atque ſoluta oratione conſcripſit, ſeque & liberos ſuos modo *Antoninos*, modo *Antonios* appellabat. Conſulatus duos pater geſſit, filius unum, omnes ſuffectorum fuiſſe credimus. Neque enim aliud expreſſum eſt, quam patrem priore conſulatu collegam Antonini Caracallæ, poſteriore Alexandri Imp. fuiſſe. Imperium paucis diebus in Africa tenuerunt, filiuſque in prælio occiſus, pater octogenarius ſe ipſum laqueo ſuffocavit. Tertius Gordianus ſenioris Africani ex filia nepos cum D. Cælio Balbino, & M. Clodio Pupieno Max. Auguſtis *Cæſar* dictus, illis occiſis, & Maximino Aug. ac Julio Maximo Cæſare *M. Antonius Gordianus Auguſtus* appellatus eſt. Tribuniciam poteſtatem ſexies, conſulatum bis obtinuit. Poſt Gordianos duos ſolum conſulares invenimus Fl. Antonium Marcellinum, qui cum Cœlio Probino Coſ. fuit ann. CIↃXCII. ſub tribus filiis Conſtantini Imp. & Fl. Antonium, qui cum Poſtumo Syagrio II. Coſſ. fuit ann. CIↃCXXXIII. ſub Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio, anno autem Chriſti CCCLXXXII. Addam ad extremum, *Antonius* ab *Anteone*, quem Vergilius *Antorem*, *Antonem* videtur appellaſſe, Herculis filio, aut ſocio originem duxiſſe, jactatum illis temporibus eſſe. Is erat illorum temporum error, ut ſuæ nobilitatis principes aut in deos, aut in heroas deorum nothos filios referrent.

## AQUILLIA.

AQUILLIA duplex familia patriciorum, & plebejorum paucos habuit conſulares, & triumphales, aut aliis maximis honoribus uſos. Patriciorum vetuſtiſſima memoria eſt, M. Aquillium Quartumvirum, vel potius Duumvirum ſacris faciundis a Tarquinio Superbo in ſui culleo juſſum ob libros Sibyllinos evulgatos, ut Dionyſius ſcribit. Poſt hanc Aquilliorum, & filiorum L. Junii Bruti primi conſulis conjuratio, ut reges reſtituerentur. Primus conſul C. Aquillius Tuſcus, cujus collega fuit T. Sicinius Sabinus anno CCLXVI. Ovans de Herniceis in urbem rediit. Poſt centum uno minus annos L. Aquillius Corvu tribunus militum fuit conſulari poteſtate cum aliis quinque patriciis. Plebei tres conſulares, &
triumphales fuerunt. Primus C. Florus M. F. C. I.
N. Coſ. fuit cum L. Cornelio Scipione: amboque conſules de Pœnoeis triumpharunt Scipio Coſ. Florus Procoſ. IIII. Non. Octobr. ann. CDXCV.
Poſt hunc M. Aquillius M. F. M. N. cum C. Sem- II.
pronio Tuditano ann. DCXIV. conſul fuit. Ambo etiam triumpharunt, Sempronius in conſulatu de Japudibus, Aquillius ex Aſia III. Non. Novembr. ann. DCXXVII. proconſule. Hujus filius M. Aquillius conſul fuit cum C. Mario quinctum Coſ. ann. DCLI. Ovans rediit Procoſ. de ſerveis fugitiveis ex Sicilia poſt biennium M. Antonio Coſ. qui ejus patrocinium poſtea ſuſcepit, atque cum defenſione accurata a magnis criminibus liberavit. Pater hic fuit, ut Aſconius ait Cn. Cornelii Lentuli Suræ, qui conſul fuit cum P. Aufidio Oreſte ann. DCXXCII. Sed poſtea ſenatu a cenſoribus motus iterum prætor fuit Cicerone conſule, & a ſenatu abdicare coactus ob conjurationem Catilinæ occiſus eſt. Uxorem habuit Juliam L. Cæſaris ſororem M. Antonii Triumviri matrem. Sed de
hoc in Cornelia dicemus: inſertus enim eſt adoptio- III.
ne in eam familiam. Addendus eſt his C. Aquillius Gallus juris conſultus clariſſimus, qui prætorius

fuit, apud quem Cicero cauſas egit. Tempore Auguſtorum duos, treſve conſulares invenio M. Aquilium C. F. Julianum, qui Coſ. fuit cum P. Nonio Aiprenate Torquato ſub Caligula ann. DCCXCI. & Q. Aquillium Sabinum, qui bis conſul fuit ſub Caracalla, prioris conſulatus collega fuit. Silius Meſſalla ann. DCCCCLXVI. poſterioris Sex. Aurelius Anullinus poſt biennium. Tertius eſt Aquillius Orfitus, qui cum Sex. Laterano Coſ. fuit anno ....... Fuit etiam unica Auguſta Julia Aquillia Severa Elagabali Antonini uxor, quam virginem Veſtalem fuiſſe Dion teſtatur.

## Atilia.

Atilia duplex familia patriciorū, qui *Longi* dicti ſunt; & plebejorū, qui *Reguli*, & *Sarrani*, & *Calatini*, & *Bulbi* ſunt appellati. *Longi* duo tantum ambo eodem prænomine, tribuni militū conſulari poteſtate, quorum alter primus creatus eſt in eo magiſtratu cum collegis A. Sempronio Atratino, T. Clœlio Siculo, ſed ut vitio facti abdicarunt, & pro eis conſules facti L. Papirius Mugilanus, L. Sempronius Atratinus ann. CCCIX. Alter L. Atilius K. F. K. N. bis tribunus mil. fuit, ann. CCCLIV. &
I. CCCLVII. Reguli ſex, conſulatus obtinuerunt novem, cenſuram unam, triumphos tres. Primus M. Atilius M. F. conſul fuit cum M. Valerio Cor-
II. vo IV. anno CDXVIII. Hujus filius eſſe creditur M. Atilius M. F. M. N. qui conſul fuit anno CDLIX. cum L. Poſtumio Megello II. amboque conſules triumpharunt, Poſtumius de Samnitibus, Etruſceis VI. Kal. April. Regulus de Volſonibus, &
III. Samnitibus V. Kal. Tertius fuit princeps ille familiæ M. Atilius M. F. Lucii, vel Auli nepos; Verrius enim inconſtans in hoc eſt: hunc bis conſulem, & triumphalem Cicero appellat, qui captus a Carthaginienſibus, & miſſus ab eis, ut captivi redimerentur, aut permutarentur, ſuaſit ſenatui, ut neutrum facerent, & ad certam mortem, atque cruciatus in Africam reverſus eſt. Primum conſulatum geſſerat cum L. Julio Libone, & ambo Coſſ. de Sallentineis triumpharunt VIII. Kalend. Feb. ann. CDXXCVI. In ſecundo conſulatu ſuffectus eſt Q. Cædicio in eo magiſtratu mortuo, cujus collega fuit L. Manlius Vulſo Longus, undecimo anno poſt priorem conſulatum, in quo inſignem victoriam, ſæpius in Sicilia, & Africa de Pœneis reportaverat. Hujus uxor Marcia, filius Serranus a Silio Italico appellantur, quos ait dure, atque aſpere ab eo fuiſſe rejectos: veritus enim eſt, ne eorum caritate fidem, ac jusjurandum violaret.
IV. Quartus eſt C. Atilius M. F. M. N. illius, ut creditur filius, quem etiam Serranum appellant, qui Coſ. fuit anno proximo ante ſuperioris ſecundum conſulatum, cum Cn. Cornelio Blaſione II. navalemque egit de Pœneis triumphum in conſulatu. Iterum conſul fuit ann. DIII. cum L. Manlio Vul-
V. ſone Longo II. Quintus M. Atilius M. F. M. N. ſuperioris fortaſſe frater conſul fuit cum P. Valerio Flacco ann. DXXVI. iterum conſul ſuffectus C. Flaminio ab Hannibale occiſo anno ſecundo belli Punici ſecundi, poſt alterum conſulatum anno X. eorum collega fuit Cn. Servilius Geminus. Cenſor triennio poſt cum P. Furio Philo, qui in hoc honore mortuus eſt, Regulus abdicavit. M. Metellum Quæſt. alioſque equites Romanos, qui deſerere Italiam juraverant poſt Cannenſem pugnam ærarios retulerunt. Sextus eſt C. Atilius M. F. VI.
M. N. quem ſuperioris filium fuiſſe arbitror. Hic conſul fuit an. DXXVIII. qui primus fuit belli Gallici Ciſalpini, cum L. Aimilio Papo. Serranorum gens tres habuit conſulares, quos etiam invenio *Sarranos*, & *Saranos* appellatos, quaſi *Tyrios*, vel *Punicos* dixeris. Pœnos Sarra oriundos Ennius dixit, hoc eſt Tyro. Inde *Sarranæ tibiæ*, *Sarranum oſtrum*. Sic ortos a Regulo captivo, qui apud Pœnos occidi maluit, quam apud ſuos vivere, *Sarranos* fortaſſe dixerunt. De Cajo filio in VII.
Regulis dictum eſt. Ejus, ut arbitror, nepos A. Atilius C. F. C. N. conſul fuit cum A. Hoſtilio Mancino an. DXXCIII. belli Perſici anno ſecundo. Poſt hunc Sex. Atilius, qui Cos. fuit anno DCXVII. Cum P. Furio Philo. Sunt, qui putent hunc M. F. quod titulus inveniatur cujuſdam Sex. Serrani M. F. Procos. ſed quia incertum eſt eun- VIII.
dem eſſe, pro certo non accipio. Sequitur C. Serranus, qui Conſul fuit cum Q. Servilio Cæpione ann. DCXLVII. quibus conſulibus M. Cicero natus eſt III. Non. Jan. ut Gellius ſcribit. Calatinum unum inſignem virum conſularem bis invenio, & triumphalem: idem dictator, & cenſor fuit tempore belli Punici primi. A. Atilius A. F. C. N. a Verrio appellatur. Priorem conſulatum egit cum Q. Sulpicio Paterculo ann. CCCCXCV. ambo triumpharunt Sulpicius in conſulatu de Pœneis, & Sardeis, Atilius Pr. vel Procos. ex Sicilia de Pœneis XIV. Kal. Febr. poſt conſulatum. Iterum Cos. fuit cum Cn. Cornelio Scipione Aſina iterum Cos. ann. CDXCIX. & poſt quinquennium dictator rei gerundæ cauſſa Magiſtrum equitum dixit L. Cæcilium Metellum. Cenſor biennio poſt factus eſt cum A. Manlio Torquato luſtrum fecerunt XXXVIII. Uxor hujus exiſtimatur Fabia Q. Fabii Max. Rulliani filia. Paupertas ejus maxima; ex aratro ad honores vocatus eſt; unde fortaſſe cognomen inditum, *Calare* enim *vocare* eſt, ut ex kalendis, & calatis comitiis cognoſcimus. Huic poſitum fuiſſe elogium ad portam Capenam Cicero refert: „ Uno ore cui plurimæ conſentiunt gentes populi primarium fuiſſe virum “. Balbus unus C. Atilius A. F. A. N. Coſ. fuit ann. DVIII. cum M. Fabio Buteone. Iterum Coſ. decennio poſt cum T. Manlio Torquato. Quibus conſulibus populo Rom. ubique parta Janus iterū clauſus eſt. Primum vero Numa rege claudi cœpit. Tertio Auguſto Imperatore V. Coſ. quarto Aug. IX. Coſ. quincto Nerone Imperat. III. Coſ. ſexto Veſpaſiano Aug. III. Coſ. Sed nos ad Atilios revertamur. Imperatorum temporibus quattuor tantum reperio conſulares Atilios. Primus eſt M. Regulus Coſ. ſuffectus ex Kal. Jul. cum C. Fontejo Capitone ann. DCCXX. Secundo Auguſti conſulatu. Alter eſt M. Atilius Metilius Bradua, qui Coſ. fuit cum Appio Annio Trebonio Gallo anno DCCCLX. ſub Trajano Imperat. Ejuſdem nominis alter Bradua cum Triario Materno Coſ. fuit ann. DCCCCXXXVII. ſub Commodo Imperat.

Ite-

Iterumque poſt ſex annos cum Caſſio Aproniano. Quartus Atilius eſt, quem alii *Julium* appellant *Severi* cognomento Coſ. ſuffectus fuit cum Æmilio Junco ann. DCCCCXXXIV. ſub eodem Imp.

### AURELIA.

AURELIA familia prius *Auſelia* dicta a Sole Sa-
bina origine, & plebeja tribus cognominibus di-
ſtincta eſt: Cottarum, Oreſtarum, & Scaurorum.
Cottæ ab anno D. urbis ad DCC. ſeptem habuit
conſulares, quorum unus bis conſul fuit, duo cen-
ſores, unus magiſter equitum, unus triumphalis,
Oreſtæ eiſdem temporibus tres conſulares; unus
etiam triumphalis. Scaurus unus conſularis. Hæc
florente republica. Poſtea multis Imperatoribus il-
luſtris reddita eſt. Nam propter adoptionem Ha-
driani T. Aurelius Antoninus, qui poſtea *Pius* ap-
pellatus eſt, *T. Ælius Antoninus* dictus, & quos
ipſe adoptavit, M. Annius, & L. Cejonius *Aure-*
I. *lii Antonini* appellati ſunt, & poſt eos Commo-
dus M. F. item Caracalla Septimii Severi filius, &
Elagabalus *M. Aurelii Antonini* dicti ſunt. Seve-
rus quoque Alexander, Valerianus, Claudius,
Quintillus, Aurelianus, Probus, Carus, Carinus,
Numerianus, Diocletianus, Maximianus, Con-
ſtantius, Severus, Maxentius, Conſtantinus Ma-
xim. & Licinius *Aurelii* fuerunt appellati. Primus
C. Cotta L. F. C. N. Coſ. fuit cum P. Servilio Ge-
mino, & ſolus triumphavit Idib. April. anno
DI. de Pœneis, & Siculeis. Iterum cum eodem col-
lega poſt quadriennium Coſ. fuit. Cenſor cum N.
Fabio Buteone ſeptimo deinde anno, luſtrum fe-
cerunt XXXIX. Magiſter equitum fuit C. Duilio
dictatore comitiorum habendorum cauſa anno
II. DXXII. Alter C. Cotta C. F. C. N. ſuperioris,
ut creditur, filius Coſ. fuit cum P. Sulpicio Galba
III. Max. II. anno primi belli Philippici hoc eſt anno
DLIII. Poſt hunc L. Cotta fuit cujus parentes
IV. ignoramus, Coſ. cum Ser. Sulpicio Galba ann.
DCIX. Quartus L. Cotta ſuperioris, ut creditur,
V. filius Coſ. fuit cum L. Cæcilio Metello Calvo
ann. DCXXXIV. Quinctus C. Aurelius M. F.
Coſ. cum L. Octavio ann. DCLXXVIII. Huic
triumphus decretus erat, ſed ob reſciſſam cicatri-
cem prius mortuus eſt. Laudatur, ut diſertus a
Cicerone, ejuſque leges aliquot fuerunt. Hujus
VI. mater Rutilia P. Rutilii conſularis viri ſoror et-
iam laudatur. Sextus Marcus ſuperioris frater Coſ.
VII. fuit anno ſequenti cum L. Licinio Lucullo. Septi-
mus L. Cotta ſuperiorum duorum frater Coſ. ann.
DCXXCVIII. cum L. Manlio Torquato, da-
mnatis competitoribus jam deſignatis P. Cornelio
Sulla, & P. Autronio Pæto. Cenſor idem anno
proximo cum Q. Cæcilio Metello Pio, quo mor-
tuo, Catta abdicavit. Oreſtæ omnes eodem præ-
nomine uſi ſunt, ex quibus primus L. Oreſtes L.
F. L. N. Coſ. fuit ann. DXCVI. cum Sex. Julio
Cæſare. Alter Coſ. ann. DCXXVII. cum M.
Aimilio Lepido, quibus Coſ. ludi ſæculares
quarti facti ſunt. Hic ſuperioris filius fuit,
triumphavit Procos. ex Sardinia VI. Iduum
Decembr. poſt triennium. Tertius ſuperioris
filius in conſulatu collega fuit C. Marii III.
Coſ. & in eo magiſtratu mortuus eſt anno DCL. Scaurus unicus M. Aurelius Coſ. ſuffectus fuit ann. DCXLV. collegæ Ser. Sulpicii Galbæ, quem quidam arbitrantur fuiſſe L. Hortenſium patrem Q. Hortenſii oratoris, eundemque antequam iniret conſulatum, damnatum eſſe. Hactenus Aurelios conſulares retulimus, qui ante Cæſarum imperium vixerunt. Nunc de iis, qui ſub eis, aut de ipſis Aureliis Auguſtis paucis perſtringam. Ante T. Antonini Pii tempora unum tantum reperio, qui non fuerit ex ejus parentibus M. Aurelium M. F. M. N. Cottam Coſ. is conſul fuit cum M. Valerio Meſſalla ann. DCCLXXII. ſub Ti. Cæſare. Hunc Meſſallam matre Aurelia fuiſſe ex Cottarum ſtirpe Ovidius auctor eſt. Aurelia quoque matre natus eſt C. Julius Cæſar dictator C. Cottæ filia M. Cottæ avus M. Cotta conſul, de quo ſupra diximus. Ceteri conſulares ex Fulvorum familia, quæ in Gallia Tranſalpina in Colonia Nemauſenſe fuerat, ex ea ortus T. Aurelius Fulvus avus Pii Antonini Imperatoris bis conſul, & Præfectus Urbi fuit. Priore conſulatu collega Domitiani Imp. in undecimo ejus conſulatu ann. DCCCXXXVII. poſteriore A. Sempronii Atratini poſt quadriennium ſub eodem Imp. Hujus filius eodem nomine conſul etiam fuit, ſed quo tempore incertum eſt, ſuffectus fortaſſe, aut honoris titulo contentus homo, ut ait Capitolinus triſtis & æger. Hic Arriam Fadillam duxit Arrii Antonini bis conſulis, & Boviniæ, vel Bojoniæ Procillæ filiam. Ex hac natus eſt T. Aurelius Fulvus Bojonius Antoninus, qui antequam adoptaretur ab Hadriano Imp. Coſ. fuit cum L. Catilio Severo ann. DCCCLXXII. adoptatus eſt poſt obitum L. Ælii Cæſaris ea conditione, ut filium Lucii, & M. Annium Verum ſibi filios adoptaret: is fuit ann. DCCCXC. ultimus Imp. Mater poſt patris obitum Julio Lupo conſulari viro nupſit, ex ea Julia Fadilla nata eſt ſoror uterina Pii. Uxorem habuit Anniam Fauſtinam, quæ poſtea *Auguſta*, & poſt obitum *Diva Fauſtina* dicta eſt, filiam Annii Veri avi Marci Imperatoris, qui etiam gener, & filius Pii fuit. Nam Fauſtina minor, quæ etiam *Auguſta*, & *Diva Fauſtina Pia* appellata eſt, Pii filia fuit, Marci uxor: major Pii filia Lamiæ Silano nupſit. De Tito, quod in Æliam familiam inſertus ſit, in Ælia diximus. Marcus ex Annia familia in Aureliam translatus, ſub Pio *Cæſar* dictus tres conſulatus obtinuit, ac Tribuniciam poteſtatem XV. Pontificatum, & Proconſulatum. Poſt obitum Pii cum L. Aurelio Vero fratre adoptivo, eodemque genero ſuo Lucilla filia, quæ poſtea *Auguſta* dicta eſt, ei collocata annos VIII. & amplius imperavit; poſtea Commodum filium *Cæſarem Auguſtum* appellavit, & cum filio, aut Cæſare, aut Auguſta ultra annos decem imperavit. Imperator decies dictus eſt Trib. poteſt. XXXIIII. accepit. L. Verus vivo Pio Aug. patre adoptivo bis conſul fuit, & *Cæſar* dictus eſt. Poſt obitum Pii cum Marco *Auguſtus* dictus, Pontifex fuit, Imperator quinquies, Tribuniciam poteſt. novies accepit, conſulatumque tertium obtinuit. Ambo fratres poſt obitum *Divi* appellati ſunt. M. Aurelius Commodus Marci filius *Cæ-*

*ſar*

ſar vivo L. Vero appellatus eſt. Poſt obitum Veri annis aliquot exactis Tribuniciam poteſtatem, ac deinde *Auguſti* nomen accepit: conſul bis fuit vivo patre, Pontifex, Imperator quater, Trib. poteſt. ſexies accepit. Poſt mortem patris Pont. Max. conſul VIII. Tribun. poteſt. XVIII. Imp. VIII. dictus occiſus eſt. Indignus tanto patre filius. His temporibus duos conſulares Aurelios invenio, quorum alter M. Aurelius Severus Cethegus Coſ. fuit cum L. Junio Claro ann. DCCCCXXII. poſt obitum L. Veri ſub Marco ſolo. Imp. alter M. Aurelius Claudius Pompejanus poſt annos tres Coſ. fuit cum Cn. Claudio Severo II. Hic gener Marci fuit. Non longe ab interitu Commodi L. Septimius Severus imperium obtinuit, hic ſe Marci filium mentitus eſt, & filium ſuum *M. Aurelium Antoninum* appellari voluit, ac Cæſarem, Pontificem, & mox Auguſtum fecit, Cos. III. Imp. II. Tr. Poſt. XIIII. vivo patre: eo defuncto cum fratre P. Septimio Geta menſes fere tredecim, & poſtea ſolus annis V. & amplius imperavit. Hoc tempore Pont. Max. Cos. IIII. Tr. Pot. XIX. Imp. III. appellatus eſt. Hic a multis ſcriptoribus *Caracalla* dicitur, ab aliquibus *Magnus Antoninus*. Hoc tempore duos conſulares fuiſſe Aurelios reperi, M. Aurelium Claudium M. F. Pompejanum, qui Cos. fuit cum Lolliano Avito ann. DCCCLXI. ſub Severo, & Antonino Impp. Hic nepos M. Aurelii philoſophi fuit ex Lucilla filia majore. De patris conſulatu ſupradictum eſt. Iterum conſul fuit, ſed tempus incertum eſt. Alterum Aurelium invenio Sex. Anullinum Cos. cum Q. Aquillio Sabino II. anno DCCCCLXIX. ſub eodem Antonino Imperatore. Occiſo Antonino, & paullo poſt Macrino Sacerdos dei Elagabali *Imperator M. Aurelius Antoninus* appellatus eſt: is ſe Antonini filium finxit. Pont. Max. Tr. Pot. IIII. Cos. IIII. occiſus eſt. Succeſſor ejus fuit M. Aurelius Severus Alexander frater conſobrinus ſuperioris, quamvis hic etiam ſe Antonini Magni filium diceret: mater huic Julia Mamæa Auguſta, vel Chriſtiana, vel Chriſtianorum patrona: matertera Julia Sœmias Auguſta mater Elagabali, avia Julia Mæſa Auguſta vivo fratre *Cæſar* appellatus eſt, & conſul fuit, poſtea Pont. Max. Tr. Pot. XIV. Cos. III. occiſus eſt, optimuſque Imp. fuit, ut frater omnium turpiſſimus. His temporibus, & ſequentibus uſque ad Valerianum Imp. hos conſulares invenio. Primus eſt M. Aurelius Aug. Lib. Eutychianus Comazon, qui ter conſul fuit: primo conſulatu ſuffectus cum Elagabalo Imp. ann. DCCCCLXX. Iterum Cos. cum eodem III. Cos. poſt biennium. Tertii conſulatus tempus incertum eſt. Alter M. Aurelius Claudius Pompejanus, ejus, ut creditur, de quo antea locuti ſumus, filius Cos. fuit anno DCCCCXXCIII. ſub Alex. Imp. Iterum Cos. decennio poſt collega Gordiani Tertii Imp. in ſecundo conſulatu. Valerianus Imp. multis nominibus appellatus eſt. *P. Aurelius Licinius Valerius Valerianus*, cenſor fuit ſub Decio Imp. ſine collega, luſtrum non fecit: cum Gallieno filio anno VII. imperavit. Pont. Max. Trib. Pot. VII. Cos. IIII. captus a Perſis eſt. Filios ſunt, qui etiam
*Aurelios* appellent, ſed eos in Licinia, ut Lici-
nios referemus. Eodem tempore M. Aurelius
Memmius Fuſcus Cos. fuit cum Pomponio Baſſo
ann. CIↃX. M. Aurelius Victorinus pater, & Vi-
ctorinus filius Imperatores dicti tyrannis recen-
ſentur. M. Aurelius Flavius Claudius Imperator
in Claudia referendus. M. Aurelius Quintillus
Imp. Claudii frater dies XVII. imperavit. L. Do-
mitius Aurelius Valerius Aurelianus Imp. in Do-
mitia collocandus. M. Aurelius Gordianus Cos. ſuff.
ſine collega ex Kal. Febr. in interregno occiſo Au-
reliano Imp. ann. CIↃXXVII. M. Aurelius Va-
lerius Probus, hic ſe Aurelium in ære ſignato aſ-
ſerit. Pont. Max. Trib. Pot. VI. Cos. V. occiſus
eſt. M. Aurelius Carus Imp. a quibuſdam etiam
*Manlius Aurelianus* dicitur Carinum, & Nume-
rianum filios Cæſares fecit Cos. II. Trib. Pot.
II. Pont. Max. mortuus eſt. Filii Imp. ann. I. eo-
dem, quo pater, prænomine Aurelii Cos. II. Ca-
rinus Pont. Max. fuit, Numerianus Pontif. ambo
Trib. Pot. ſemel obtinuerunt. C. Aurelius Valerius
Diocletianus imperavit ſolus annos duos, & cum
M. Aurelio Valerio Maximiano ann. XVIII. &
Diocletianus Pont. Max. Trib. Pot. XX. Cos. IX. ac
Maximianus Pontif. Trib. Pot. XIIX. Cos. VIII.
abdicarunt relicto imperio M. Aurelio Flavio Va-
lerio Conſtantio, & C. Galerio Valerio Maximia-
no, quos antea Cæſares creaverant. Conſtantius
Pont. Max. Trib. Pot. XVI. Cos. VI. mortuus eſt.
His temporibus duo conſulares fuerunt M. Au-
relius Maximus, qui conſul fuit cum Pomponio
Januario ann. CIↃXXXIX. ſub Diocletiano, &
Maximiano Impp. & M. Aurelius Aſclepio-
dotus, qui cum Afranio Hannibaliano Cos.
fuit anno CIↃXLIII. eiſdem Auguſtis. Hic
præfectus Prætorio Britannias recuperavit. Con-
ſtantii, & Maximiani Jun. tempore C. Gale-
rius Maximinus & M. Aurelius Severus *Cæſares*
appellati ſunt. Mortuo Conſtantio Conſtantinus
filius cum Maximiano, & M. Aurelio Maxentio
Maximiani Sen. filio imperium tenuerunt. Con-
ſtantinum ſunt, qui C. *Aurelium Valerium Fla-
vium Conſtantinum* appellent, ac Licinium ejus
collegam C. *Aurelium Valerium Licinianum Lici-* I.
*nium.* Hoc tempore L. Aurelius Symmachus Coſ.
fuit cum Ovinio Gallicano ann. CIↃXXCI. ſub
Conſtantino Imp. & M. Aurelius Xenophilus Coſ. II.
cum Fl. Valerio Delmatio, qui poſtea *Cæſar* ap-
pellatus eſt triennio poſt ſuperiorem. Poſt quem III.
Sex. Aurelius Victor, cujus exſtat epitome hiſto-
rica Cæſarum Coſ. fuit cum Julio Felice Valenti-
niano ann. CIↃCXX. ſub Valente Valentiniano & IV.
Gratiano Imperatorib. Secutus eſt L. Aurelius L.
F. Avianus Symmachus inſignis orator, cujus
exſtant epiſtulæ, & orationes aliquod illis tem-
poribus diſertiſſimæ, hoc tempore parum gra-
tæ. Coſ. fuit cum Ti. Fabio Titiano ann.
CIↃCXLIII. ſub Theodoſio, & Arcadio Impp.
Hic Præf. Urbi, & annonæ; & Propræf. Præt.
Pontifex Major, & XV. Vir ſacris faciundis etiam
fuit. Hujus filius Q. Aurel. Symmachus Coſ. fuit V.
in Occidente cum Fl. Ætio magiſtro utriuſque
militiæ III. ann. CIↃCXCIIX. ſub Placidio Va-
lentiniano tempore Theodoſii Jun. Imp. Superio- VI.
ris

ris deinde filius Q. Symmachus Coſ. fuit in Occidente ann. CIↃCCXXXVII. Sub Odovacre tem-
VII. pore Zenonis Imp. Secutus eſt M. Aurel. Caſſiodorus Senator, cujus exſtant præclara monumenta Coſ. fuit in occidente ſub rege Theodorico ann.
VIII. CIↃCCLXVI. hoc eſt Chriſti DXIV. tempore Anaſtaſii Imp. Poſtremus Q. Aurelius Anicius Symmachus ann. CIↃCCLXXIV. Coſ. fuit cum genero Anicio Manlio Severino Boetio, viri ambo doctiſſimi habiti ſunt tempore Juſtini Imp. in occidente ſub dicto Rege.

## Cæcilia.

Cæcilia gens plebeja, ſed nobilis, ex qua Metellorum familia non ante CDLXX. fere annum conſulatum adepta, intra annos CCXC. Pontificatus Maximos quattuor, Dictaturas duas, Principatus ſenatus tres, Cenſuras ſeptem, Triumphos novem, Conſulatus XX. Magiſteria equitum duo, viri XIX. adepti ſunt. Ante hæc tempora Caja Cæcilia Tanaquil Tarquiniis cum Priſco Damarati Corinthii filio Romam migravit, Etruſcæ diſciplinæ perita viro regnum augurata eſt. Ab ea boni ominis cauſſa mulieres omnes *Cajæ* dictæ ſunt. Qua de cauſſa omnes liberti mulierum, ſe *Cajæ libertos* in titulis monumentorum his notis aſſerunt: C. CÆCILIVS. Ɔ. L. EROS. Poſt Reges exactos Q. Cæcilius ann. CCCXIV. tribunus plebis
I. fuit. Primus conſul L. Metellus C. F. cum C. Servilio Gemino Tucca ante bellum Tarentinum anno tertio: in magiſtratu a Senonibus Gallis occiſus eſt, & in ejus locum M. Curius Dentatus II. Coſ. factus. Hunc *Dentonem*, vel *Dentricem* quidam appellant, quod cognomen ab aliis Cæciliis ali-
II. quando uſurpatum eſt. Alter princeps familiæ ſine ulla dubitatione L. Metellus L. F. C. N. bis conſul, dictator, Pont. Max. magiſter equitum, decemvir agris dandis, vir triumphalis clariſſimum Metellorum nomen reddidit. Priori conſulatu, quem cum C. Furio Pacilo egit, anno DII. inſignem victoriam in Sicilia de Pœneis adeptus eſt, ac de eis triumphavit Procoſ. VII. Idus Septembr. anno proximo. Primus elephantos duxit in triumpho, neque quiſquam plures: erant autem CXL. Biennio poſt magiſter equitum fuit A. Atilio Calatino Dictatore. Tum primum dictator extra Italiam profectus eſt. Iterum Coſ. fuit cum N. Fabio Buteone anno DVI. poſt quadriennium Pontifex Maximus factus eſt, eique ſacerdotio duos, & viginti annos præfuit. Dictator comitiorũ cauſſa ann. DXXIX. Numerium Fabium collegam magiſtrũ equitum dixit. Palladium ex incendio in templo Veſtæ exorto eduxit, cæcuſque factus eſt. Curru in ſenatum veniens utebatur. Centeſimum annum
III. agens moritur. Hujus filius Q. Cæcilius, qui patrem in funere laudavit, & orator aliquo in numero fuit, ſed & L. Metellus, qui Quæſtor fuit ann. DXXXIX. & anno proximo tribunus plebis, quique poſt Cannenſem cladem auctor deferendæ Italiæ fuerat, niſi a Scipione Africano interpellatus fuiſſet: nec non M. Metellus, qui prætor fuit ann. DXLVII. ejuſdem filii eſſe creduntur. Quinctus eodem anno Coſ. fuit cum L. Veturio Philone, magiſter equitum fuerat M. Livio Salinatori eorumdem comitiorum habendorum cauſſa. Proximo anno poſt conſulatum dictator comitiorum cauſſa dictus Philonem collegam magiſtrum equitum fe-
cit. Hujus filii duo major paterno prænomine poſt- IV.
ea *Macedonicus* dictus eſt, minor *L. Metellus*
*Calvus.* Fuit etiam eiſdem temporibus L. Cæcilius V.
Metellus Dentrix, qui prætor fuit ann. DLXX. cujus parentes ignoramus, ſed potuit illius L. Metelli filius eſſe, qui Tr. Pl. fuit ante annos XXX. Macedonici felicitatem multi laudarunt. Nam conſul, cenſor, augur ac triumphalis, & duobus luſtris princeps ſenatus, filius, & nepos conſularium, atque illuſtrium virorum filios, & nepotes habuit conſulares, & triumphales multos. Ante conſulatum proprætore triumphavit ex Macedonia de Andriſco Pſeudophilippo ann. DCVII. quo anno Africanus Æmilianus ex Africa Procos. conſulatum triennio poſt adeptus eſt cum Ap. Claudio Pulchro: anno proximo Calvus frater cum Q. Fabio Maximo Serviliano. Cenſuram ambo fratres obtinuerunt, Macedonicus cum Q. Pompejo Rufo, plebejuſque tum primum uterque cenſor fuit ann. DCXXII. Calvus poſt quinquennium cum L. Calpurnio Piſone Frugi, qui luſtrum non fecerunt: illi fecerunt LIX. unum in vita periculum cenſor ſubiit Macedonicus, quod C. Atinium Macerionem Tr. Pl. ſenatu moverit; ab eodem enim comprehenſus eſt, & obtorto collo in capitolium ducebatur, ut e ſaxo præcipitaretur, niſi collegæ auxilium tuliſſent: uxores ducendas eſſe diſerte in cenſura populum admonuit. Cum Africano minore inimicitias geſſit princeps ſenatus duobus luſtris lectus eſt ann. DCXXIII. Balearico filio Cenſo-
re, & quinquennio proximo L. Metello Calvi F. VI.
Cenſore. Hujus filii quattuor Quinctus, Lucius, Marcus, Cajus: filiæ tres, quarum una P. Cornelio Scipioni Naſicæ nupſit, qui Coſ. bello Jugurthino in magiſtratu mortuus eſt. Horum nepos fuit Q. Metellus Scipio, de quo paullo poſt dicemus. Alteram duxit C. Servilius, ex qua P. Servilius Iſauricus princeps ſenatus, & bis triumphalis natus eſt. Q. Metellus Q. Macedonici filius ex triumpho, ut pater, cognomen *Baliarici* conſecutus eſt, quem egit poſt conſulatum, in quo habuit collegam T. Quinctium Flaminium ann. DCXXX. Cenſor triennio poſt fuit cum Q. Servilio Cæpione, & luſtrum fecerunt LXI. Hujus filii Q. Metellus Nepos, de quo poſtea, & Cæcilia Appii Claudii viri conſularis uxor, ex quibus orti ſunt Ap. Claudius vir conſularis & cenſorius, & P.
Clodius Trib. plebis. Alter Macedonici filius Lu- VII.
cius cognomen ex triumpho *Delmatici* aſſecutus eſt, patrem, & fratrem imitatus antea *Diadematus* dictus, ut quidam aſſerunt, ob frontem diu vitta vel diademate obligatum. Conſul fuit cum Q. Mucio Scævula & Procos. triumphum egit de Delmateis ann. DCXXXVII. Pontifex Maximus fuit ann. DCLXIII. poſt Cn. Domitium Ahenobarbum. Hujus filii fuerunt Q. Metellus Creticus, & Cæcilia M. Æmilii Scauri, qui princeps ſenatus quater lectus eſt, uxor, quæ mortuo viro, filio, & filia prius ex eo ſuſceptis nupſit L. Cornelio Sullæ Felici Dictatori: & ex eo etiam filios peperit.
Tertius Marcus Macedonici filius Coſ. fuit cum VIII.

M.

M. Aimilio M. F. Scauro, quem generum fuiſſe diximus L. Delmatici ann. DCXXXIIX. Ambo conſulares triumpharunt, Scaurus in conſulatu de Galleis Karneis, M. Metellus poſt biennium ex
IX. Sardinia. Quartus frater horum fuit C. Metellus *Caprarius* cognomento, quem non conſulem, ſed deſignatum vidit moriens pater cum Cn. Papirio Carbone: hic etiam triumphavit in conſulatu eodem die, quo Marcus frater ex Træcia. Quod tum primum accidit, idque ſolum defuit paternæ felicitati, ut id videre poſſet. Hic etiam cenſor fuit, ut quibuſdam placet ann. DCLI. cum Q. Metello Numidico fratre patruele, luſtrum fecerunt LXIV. Nunc Calvi ejus fratris liberos perſequa-
X. mur, L. Metellus Calvus L. Calvi filius Pontifex Max. cenſor, & conſul fuit: collegam in conſulatu habuit L. Aurelium Cottam ann. DCXXXIV. in Cenſura, quam quadriennio poſt geſſit, Cn. Domitium Ahenobarbum luſtrum fecerunt LXII. in quo princeps ſenatus lectus eſt Macedonicus, ut antea retulimus. Pontificatum obtinuit mortuo P. Mucio Scævula anno DCXXXIX. Hujus fra-
XI. ter fuit Q. Metellus *Numidicus* poſt victoriam, & triumphum dictus bello Jugurthino. Conſul hic fuit quinquennio poſt eum annum, quem proxime retulimus Pontificatus fratris, cum M. Junio Silano: de Jugurtha, & Numideis Procoſ. biennio poſt triumphavit. Clariſſimus vir domi, militiæque Cenſor quinquennio poſt triumphum cum C. Caprario fratre patruele, ut antea diximus. Jurare in Appulei Saturnini Tr. Pl. leges noluit, ob quod exilium fortiter tulit. Saturnino occiſo lacrymis filii, qui *Pius* hac de cauſa dictus eſt, revocatus eſt. Sororem habuit Cæciliam parum pudicam
XII. matrem L. Licinii Luculli, qui de Mithridate triumphavit. Q. Metellus Pius clariſſimus etiam vir conſul, cenſor, Pontifex Max. & princeps ſenatus, ac triumphalis fuit L. Sullæ Felicis in ſecundo conſulatu collega ann. DCLXXIII. propter affinitatem ejus partes ſecutus, nam Sulla Delmatici, aut L. Calvi filiam, & ex ea liberos ſulceperat. Q. Sertorium in Hiſpania perſecutus eſt adjutore Cn. Pompejo Magno, mortuo Sertorio a ſuis, Romam reverſi ambo ex Hiſpania triumpharunt ann. DCXXCII. Pontificatum ante undecim annos aſſecutus fuerat mortuo Q. Mucio Scævola. Princeps ſenatus lectus eſt LXVIII. luſtro. Septimo poſt triumphum anno ſine liberis
XIII. mortuus eſt. Adoptivum filium heredem nominis & familiæ reliquit nobiliſſimum virum P. Cornelium Naſicam P. Scipionis Naſicæ viri conſularis, & Cæciliæ Q. Macedonici filiæ nepotem, cujus mater Licinia L. Craſſi oratoris conſularis, & cenſorii filia fuit. Hic poſt adoptionem *Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio* appellatus eſt. Uxor huic Lepida, de qua cum M. Catone contendit. Filia Cornelia ante adoptionem nata clariſſimis nuptiis bis celebratis infelici exitu virorum ſuperſtes. Nam P. Craſſo prius, qui cum patre M. Licinio Craſſo Divite a Parthis occiſus eſt, poſtea Cn. Pompejo Magno, qui patris in conſulatu tertio collega fuit, nupſit. Hunc conſulatum Magnus ſine collega iniit dilatis comitiis contentionibus candidatorum T. Milonis, & Metelli Scipionis, & P. Plautii Hypſæi, quique eorum partes non ſine ferro agebant. Tunc P. Clodius ſeditionum princeps a Milone occiſus eſt. Ab Interrege Ser. Sulpicio Pompejus primus creatus conſul ſine collega V. Kal. Mart. iniit: collegam ſocerum Scipionem habuit Kal. Sextil. Milo damnatus eſt. Bellum paullo poſt inter Cæſarem, & Pompejum exarſit. Metellus generum ſecutus, eique ſuperſtes in Africa, ne in manus inimici veniret, ſe ipſum interemit. Moriens cum a militibus Imperator quæreretur, dixit, *Imperator bene ſe habet.* Redeo nunc ad Macedonici nepotes. Q. Metellus Nepos Ba-
liarici filius cognomen id retinuit, quod nepos eſ- XIV.
ſet Macedonici. Conſul is fuit cum T. Didio T.
F. ann. DCLV. ab his lex *Cæcilia*, & *Didia* ap- XV.
pellata eſt. Hujus filius Q. Metellus Nepos, qui Tribunus Pl. Ciceronem conſulatu abeuntem concionem habere prohibuit, jurare tantum veteri more permiſit prid. Kal. Jan. ann. DCXC. conſul poſtea fuit cum P. Cornelio Lentulo Spinthero quinquennio poſt atque æquiorem ſe M. Ciceroni ab exilio redeunti præbuit. Hujus uterina ſoror Mucia *Tertia* dicta eſt Cn. Pompei, & poſt-
ea M. Scauri uxor. L. Delmatici Q. Metellus XVI.
filius *Creticus* poſtea conſul fuit an. DCXXCIV. cum Q. Hortenſio oratore, triumphum egit poſt
ſeptem annos Procos. ex Creta. Hujus, ut credi- XVII.
tur frater, & in conſulatu ſucceſſor L. Metellus conſul deſignatus mortuus eſt, Q. Marcius Rex ſolus conſulatum geſſit. In Prætura ſucceſſor C. Verris in Sicilia fuit. Horum etiam frater M. Metellus de repetundis Prætor cognovit Cretico fra-
tre conſule. His etiam temporibus Q. Metellus XVIII.
Celer frater poſterioris Nepotis fuit, ſed germanus, an uterinus, an patruelis incertum eſt. Mihi uterinus fuiſſe videtur, quod eo tempore duo germani non eiſdem prænominibus utebantur: tum etiam, quod cognomen ob celeritatem ludorum poſt mortem patris accepit: id magis Q. Nepoti debebatur, qui paternum cognomen retinebat, utpote heredi, aut unico, aut maximo. Patrueles non fuiſſe indicat; quod ambo Q. F. dicuntur. Prætor hic fuit Cicerone conſule, & conjurationis vindex. Conſul triennio poſt cum L. Afranio ann. DCXCIII. Sunt, qui putent hunc Q. Metelli Celeris filium fuiſſe, qui Tribunus Pl. fuit cum Q. Vario, ut Cicero in Bruto ſignificat: idem & Pontifex, & Augur fuit. Hujus uxor Clodia, ſive Claudia Appii, & Publii ſoror, de cujus impudicitia multa Cicero in oratione pro M. Cælio Rufo. Eam Appulejus a Catullo *Lesbiam* appellari ait, Plutarchus *Quadrantariam* vulgo cognominatam. Fuit eiſdem temporibus L. Metellus, qui C. Cæſari pecuniam ex ærario publico efferenti Tribunicia poteſtate impedire conatus
eſt. Cujus parentes ignoramus. Poſtremus Metel- XIX.
lus ſub Auguſto fuit Q. Creticus Silanus Q. F. Q. N. Cos. cum A. Licinio Nerva Siliano ann. DCCLIX. Hæc de Metellis, quorum cognomen militaris miniſterii eſſe docet Feſtus Attii carmine:

*Calones, famulique, metellique, caculæque.*

Alii Cæcilii non conſulares fuerunt, ut Q. Cæci-

cilius Niger ſiculus Quæſtor C. Verris, de quo multa Cicero in Divinatione in Verrem: & Q. Cæcilius T. Pomponii Attici avunculus, ejuſque ex teſtamento pater: vir avarus, & populo odioſus, ob cujus hereditatem Atticus *Q. Cæcilius Pomponius Atticus* dictus eſt, & filia Attici poſtea nata *Cæcilia Attica*, uxor M. Agrippæ ter Cos. ex qua Agrippina nata eſt uxor Ti. Claudii Neronis, qui *Ti. Cæſar* paullo poſt dictus eſt, & poſtea C. Aſinii Galli. De Q. Cæcilio Baſſo *in Philippica* XI. Ciceronis fit mentio: fortis is vir fuit adverſus barbaros. His omnibus antiquior fuit Q. Cæcilius Statius poeta comicus, cui primas præſertim in argumentis veteres detulerunt. Servus is fuit Ennii, & Plauti tempore. Poſt Auguſti obitum conſulares Cæcilios tres reperio omnes ſuffectos. Nam Cn. Cæcilius ſimplex cum C. Quinctio Attico ex Kal. Novembr. Cos. ann. DCCCXXI. ſub Vitellio Imp. C. Cæcilius Plinius C. F. C. N. Secundus Cos. ſuff. cum Cornuto Tertullo ex Kal. Sept. ſub Trajano Imp. ann. DCCCLII. Hic eſt, cujus epiſtulæ, & Panegyricus ad eundem Imperat. exſtant: patria Novocomenſis fuit: ejus avunculus C. Plinius ſecundus, qui naturalem hiſtoriam conſcripſit. Tertius eſt C. Cæcilius Claſſicus, qui biennio poſt cum Acilio Ruſo ex Kal. Juliis Coſ. ſuffectus fuit ſub eodem Imp.

## Calpurnia.

Calpurnia familia origine Sabina, plebeja fuit, multoſque habuit conſulares viros, cenſorios tres, triumphalem unũ. Tribus cognominibus diſtinguitur, Piſonum, Beſtiarum, & Bibulorum. Piſonũ alii *Frugi*, alii *Cæſonini*, alii *Piſones* tantum, ſine alio cognomine dicuntur. Ante obitum Auguſti undecim
I. conſulares Piſones invenio. Antiquiſſimus C. Piſo C. F. C. N. Hic Prætor de Luſitaneis, & Celtibereis ex Hiſpania triumphavit anno DLXIX. Conſul fuit quadriennio poſt cum A. Poſtumio Albino, & in magiſtratu mortuus eſt, in ejus locum Q. Fulvius Cn. F. M. N. Flaccus Piſonis privignus ſuffectus eſt. Ea de cauſſa ſuſpicio orta eſt, Quartam Hoſtiliam uxorem matrem Fulvii, Piſonem occidiſſe, & ob id da-
II. mnatam fuiſſe fuerunt. Poſt hunc L. Piſo Cæſonius C. F. C. N. Coſ. fuit ann. DCV. cum Sp. Poſtumio Albino Magno. Hic ſuperioris filius, aut nepos, & ut ex Ciceronis, & Aſconii verbis elicitur, adoptivus potius, quam naturalis. Nam Cæſonium quendam Gallum Placentiam veniſſe, ejuſque filium Calventii Mediolanenſis filiam duxiſſe, ex quibus L. Piſo nepos, aut pronepos hujus natus ſit, in quem tota illa oratione, quæ *in Piſo-*
III. *nem* inſcribitur, invehitur. Tertius Cn. Piſo Coſ.
IV. cum M. Popillio Lænate ann. DCXIV. Quartus Q. Piſo Coſ. quadriennio poſt ſuperiorem cum Ser.
V. Fulvio Flacco. Quinctus L. Piſo Frugi, hic primus cognomen id ob frugalitatem accepit. Tribunus Pl. fuit ann. DCIV. Coſ. poſt XVI. annos cum P. Mucio Scævula Cenſor cum L. Metello Calvo ann. DCXXVII. luſtrum non fecerunt. Legem Calpurniam de repetundis primam in tribu-
VI. natu hic tulit. Sextus L. Piſo Cæſoninus ſuperioris Cæſonini filius Coſ. fuit cum M. Livio Druſo ann. DCXLI. Hic legatus occiſus eſt a Galleis cum L. Caſſio Longino Coſ. poſt annos quinque. Septi- VII.
mus C. Piſo Frugi, qui filius, vel nepos fuit L. Piſonis Frugi, de quo antea diximus. Coſ. fuit anno DCXXCVI. cum M. Acilio Glabrione. His temporibus L. Piſo Frugi filius primi L. Piſonis Frugi Prætor in Hiſpania obiit, & Cn. Piſo Cn. F. qui conjurare cum Catilina, & P. Autronio ann. DCXXCVIII. auſus eſt. Quæſtor Propr. in Hiſpania occiſus eſt. Fuit alius L. Piſo Frugi L. F. L. illius primi N. Prætor ante ann. DCLXXXIV.
Octavus Conſularis fuit L. Piſo Cæſoninus, qui VIII.
nepos fuit ejus, qui a Gallis occiſus eſt, ut C. Cæſar gener teſtatur, ultium ſe privatas inimicitias familiæ, quod avum ſoceri occiderint. Coſ. fuit cum Gabinio ann. DCXCV. quibus Coſ. M Cicero in exilium miſſus eſt, quamobrem cum eo inimicitias exercuit, quamvis gener Ciceronis C. Piſo L. F. Frugi propinquus eſſet L. Piſonis. Poſt conſulatum in Macedoniam profectus eſt. Inde revocatus poſt biennium ex ſententia Ciceronis, quæ exſtat in oratione *de provinciis conſularibus* inſcripta. Cenſor fuit ann. DCCIII. cum Ap. Claudio Pulchro luſtrum fecerunt LXXI. Calpurnia filia C. Cæſari nupſit, quo anno in Gallias profectus eſt, eaque Cæſari ſuperſtes fuit. Laudatur a Cicerone hic Piſo in Philippicis, quod primus in M. Antonium Coſ. invectus ſit. Hoc tempore M. Pupius Piſonem quendam adoptavit, qui M. F. *Piſo Calpurnianus* dictus Coſ. & triumphalis fuit, in cujus domo Cicero diſcere ſolebat: biennio poſt Ciceronem Coſ. fuit cum M. Valerio
Meſſalla Nigro. Nonus Cn. Piſo Cn. F. Cn. N. IX.
collega Auguſti in XI. conſulatu in locum A. Terentii Varronis Murenæ, qui antequam iniret,
mortuus eſt ann. DCCXXX. iterum Coſ. fuit cum X.
T. Claudio Nerone II. poſt XVI. annos. Decimus L. Piſo Cæſoninus L. F. L. N. filius, ut creditur, Cenſorii Coſ. fuit cum M. Livio Druſo Libone poſt annos octo, quam ſuperior. Hic triumphalia ornamenta accepit legatus Auguſti anno DCCXLIII. de Beſſeis, & Scordiſceis ex Thracia.
Poſtremus L. Piſo Augur Cn. F. Cn. N. Coſ. XI.
fuit cum Coſſo Cornelio Lentulo *Iſaurico* poſtea dicto ann. DCCLII. qui annus primus poſt Virginis partum fuit. Hic Cn. Piſonis bis Coſ. filius fuiſſe creditur. Beſtiam Calpurnium conſularem unum reperio, cujus collega fuit in conſulatu P. Scipio Naſica belli Jugurthini anno I. qui fuit urbis DCXLII. is L. Calpurnius *Beſtia* dictus, eodem nomine alter inter ſodales L. Catilinæ a Salluſtio nominatur: & poſtea Tribunus plebis fuiſſe dicitur eodem anno. Hunc crediderim a Cicerone defenſum fuiſſe in ea oratione, quæ inſcribebatur *pro Beſtia*, quæ non exſtat. Laudatur a Paterculo Calpurnia Beſtiæ filia, quæ P. Antiſtio Ædilicio viro ſuo a Damaſippo Pr. occiſo ſe ipſam gladio trajecit ann. DCLXXI. Horum filia Antiſtia a Cn. Pompejo repudiata, ex abortu mortua eſt. Bibulum quoque unum conſularem video, qui cum C. Cæſare Coſ. fuit, M Calpurnium ann. DCXCIV. quem Cæſar domo ſua exire non ſinebat, ſed edictis fortitudinem animi contra

tra inſolentiam armatorum oſtendebat. Cenſor poſt quadriennium fuit cum M. Valerio Meſſalla Nigro: luſtrum fecerunt LXX. ut quibuſdam placet. Bello civili mortuus eſt. Hujus filios in Ægyptos occiſos fuiſſe video, eumque M. Catonis generum fuiſſe. Porcia uxor M. Bruto Cæpioni nupſit. Poſt mortem Auguſti quinque Piſones conſules invenio, Ceſarem unum paucis diebus, adoptatum a Galba Imperatore; Auguſtum unum appellatum a paucis in Theſſalia tempore Gallieni Imperat. cui a ſenatu ſtatua poſt mortem inter triumphales, & quadriga decreta eſt. His duobus Lucii prænomen fuit, Cæſar M. Licinii Craſſi filius a L. Piſone Frugi adoptatus eſt, poſtea in Sulpiciam familiam a
Galba translatus, occiſus eſt cum patre adoptivo
I. eodem menſe. Primus Piſo L. Calpurnius L. F. L.
N. Coſ. fuit cum M. Licinio Craſſo anno
II. DCCLXXIX. ſub T. Cæſare Imp. Secundus C.
Piſo Magnus Coſ. ſuffectus ex Kal. Juliis cum L.
Vitellio Paullo ann. DCCC. ſub T. Claudio Imper.
III. Tertius L. Piſo L. F. primi illius, ut creditur, fi-
lius collega fuit Neronis Imperat. in ſecundo conſu-
IV. latu nono anno poſt ſuperioris conſulatum. Quartus
L. Piſo Coſ. fuit cum Vettio Ruſtico Bolano anno
V. DCCCLXIII. ſub Trajano Imp. Quinctus Cal-
purnius Piſo Coſ. fuit cum M. Salvio Juliano ann. DCCCCXXVII. ſub M. Philoſopho Auguſto. Præter hos Piſones unum conſularem reperi Calpurnium Agricolam, qui ſub Alexandro Imperat. Coſ. fuit cum Clementino ann. DCCCCXXXII.

### Cassia.

Cassia familia duplex patriciorum, plebejorum. Patricius unus conſularis, cujus cognomen varie ſcribunt alii *Vitellinum*, alii *Viſcellinum*, alii *Bicelinum*. Hic ter conſul fuit, bis triumphavit, primus Magiſter equitum fuit. Plebei ſeptem, conſulatus totidem, cenſuras duas ante Cæſ. Dict. obtinuerunt: cognomen omnibus *Longinus*, uno Varo excepto, & altero Longino *Ravilla* dicto. Patricius Sp. Caſſius clariſſimus vir, primis illis libertatis temporibus poſt reges exactos, conſul fuit cum Opitre Verginio Tricoſto anno CCLI. Ambo conſules triumpharunt Caſſius de Sabineis, Opiter de Camerineis, & Aurunceis. Quadriennio poſt Magiſter equitum primus factus eſt, Dictatore, quem tunc Magiſtrum populi dicebant, primo ſeditionis ſedandæ, & rei gerundæ cauſſa dicto T. Lartio Flavo. Iterum Coſ. fuit cum Poſtumo Cominio Aurunco II. anno nono poſt alterum conſulatum, luſtrum fecerunt VII. nondum enim Cenſores inſtituti fuerant, & cenſendi officium conſulum erat. Tertio conſul cum Proculo Verginio Tricoſto Rutilio ſeptennio poſt factus agrariam legem primus tulit; ac de Volſceis, & Herniceis iterum triumphavit. Ex lege Agraria tyrannidis affectate crimine offenſi ſenatores poſt conſulatum damnarunt, ei interempto domus diruta eſt, in ſolo ædes Telluris facta: a patre de conſilio propinquorum damnatum, & interemptum fuiſſe aliqui hiſtorici
prodiderunt, peculiumque Cereri conſecratum.
I. Primus ex plebeis C. Caſſius Longinus C. F. C.
N. anno DXXCII. belli Perſici anno primo con-
ſulatum adeptus eſt cum P. Licinio Craſſo. Cenſor
poſt XVII. annos cum M. Valerio Meſſalla: lu- II.
ſtrum fecerunt LV. Poſt hunc Q. Longinus Q. F.
L. N. cum A. Manlio Torquato Coſ. fuit anno
DXXCVIII. & in magiſtratu mortuus eſt. Hujus III.
filius fuiſſe creditur L. Longinus Ravilla, qui ann.
DCXXVI. Coſ. fuit cum L. Cornelio Cinna, &
biennio poſt cenſor cum Cn. Servilio Cæpione, qui
luſtrum fecerunt LX. Poſt hunc C. Longinus C. IV.
Longini, de quo primo loco dictum eſt, ut creditur
filius. Coſ. fuit cum C. Sextio Calvino poſt Ravillæ conſulatum anno tertio. Ambo conſules plebeii triumphaſſe dicuntur, ſed de Sextio certius eſt, Procoſ. de Liguribus Vocontieis,
Salluveiſque triumphaſſe. Sequitur L. Caſſius L. F. V.
Q. N. Ravillæ, ut creditur, filius in conſulatu a
Gallis occiſus eſt, cum L. Piſone Cæſonino legato
ann. DCXLVI. cui Cn. Cornelius Dolabella ſuf-
fectus eſt. Ejus collega fuit C. Marius in primo
conſulatu. Hujus frater eſſe potuit C. Caſſius Lon-
ginus, qui cum Cn. Domitio Ahenobarbo Coſ. VI.
fuit poſt undecim annos. Præter hos Criſpus Sal-
luſtius L. Caſſium Longinum Senatorii ordinis
enumerat in conjuratis cum L. Catilina, & ab
Aſconio competitor Ciceronis, & conjurationis
particeps. Poſtremo anno DCXXC. C. Caſſius VII.
Varus Coſ. fuit cum M. Terentio Varrone Lucullo. Ab his lex Terentia, & Caſſia, de qua Cicero in Verrinis, nomen accepit. Aliæ leges Caſſiæ dictæ ſunt, quod a L. Caſſio L. F. Longino Tribuno Pl. latæ fuerunt, quas Aſconius enumerat in Corneliana C. Mario VI. L. Valerio Flacco Coſ. ait latas fuiſſe, hoc eſt ann. DCLIII. Potuit hic Tribunus ejus conſulis fuiſſe filius, qui a Gallis occiſus eſt. Ab eodem mentio fit P. Caſſii Prætoris qui de Majeſtate cognoſcebat M. Lepido L. Volcatio Coſ. hoc eſt ann. DCXXCVII. Sæpius quoque a Cicerone & aliis refertur illud Caſſianum, *cui bono fuerit*, dictum optimi judicis L. Caſſii, qui ab eo crimen ortum fuiſſe dicebat, cui bono erat id fieri.

Addendus eſt C. Caſſius unus ex interfectoribus Cæſaris, qui cum D. Bruto Coſ. deſignatus fuerat in annum DCCXI. Hic puer Fauſto puero Sullæ filio colaphum impegit, quod laudaret patris dominationem. Uxor Junia M. Bruti ſoror. Filio togam virilem Idib. Martiis, quibus Cæſarem occidit, dedit. Victus a M. Antonio ſeipſum interemit, aut a ſervo occiſus eſt. Sub Auguſto unicum conſularem L. Caſſium L. F. L. N. Longinum invenio. Coſ. ſuffectus fuit ex Kal. Juliis ann. DCCLXIII. Sub Tiberio ultimus Longinus C. Caſſius L. F. L. N. ſuperioris, ut creditur filius: hic Coſ. fuit cum M. Vinucio Quartino ann. DCCXXCIII. Optimus juriſconſultus, natuſque ex filia Q. Ælii Tuberonis juriſconſ. quæ neptis erat clariſſimi juriſconſulti Ser. Sulpicii Rufi. Hic familiam diſcipulorum duxit, quæ *Caſſiana* dicebatur: ut a Proculejanis diſtingueretur. Poſt hæc ſub M. Aurelio Antonino Imp. Avidius Caſſius Cyprius genere, cujus avus maternus Avidius Severus, in oriente ementita morte Marci ſe Imperatorem appellavit. Occiſus tamen eſt, & Mæcianus filius, cui Alexandria erat commiſſa. Alter filius Heliodorus deportatus eſt. Aliis filiis liberum exi-
lium

lium permiſſum, & Drunciano genero, cui Ale-
xandria filia nupta erat. Alios Caſſios reperio ſub
Gallieno Imp. ſeſe *Auguſtos* in Gallia appellaſſe,
quorum exſtant ſignati nummi. M. Caſſius Poſtu-
mius, & M. Caſſius Hoſtilius, ſunt qui etiam *La-
bienos* appellent. Caſſios conſulares ſub aliis Impe-
ratoribus eos ſolum reperio, qui *Dionis*, aut
*Aproniani* cognomine ſignificantur. Fuit autem
Dion Caſſius hiſtoricus, cujus pars hiſtoriarum Ro-
manarum exſtat, & epitome Cæſarum a Xiphilino
conſcripta: Aproniani filius, qui conſul ſub Com-
modo Imperatore fuit cum M. Atilio Metilio Bra-
dua II. ann. DCCCCXLIII. Ipſe Dion bis conſul
fuit: ſecundum conſulatum cum Alexandro Imp.
III. egit ann. DCCCCXXCI. Prioris conſulatus
tempus ignoratur. Hic ex Nicæa Bithyniæ origi-
nem duxit, Præfectus Ægypti fuit, & poſtea
II. Delmatiæ, ac Pannoniarum. Alter Dion Coſ. fuit
cum C. Junio Tiberiano ann. CIↃXLII. II. ſub
Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, quem
putant Dionis hiſtorici filium, vel nepotem
fuiſſe.

## Claudia.

Claudia gens origine Sabina duplex fuit Patri-
ciorum, & Plebejorum. Patricii minorum gen-
tium fuerunt, utpote poſt exactos Reges adſcri-
pti; in quattuor ſtirpes præcipuas cognominibus
diſtinctas dividuntur. Regillenſium, quorum aliqui
*Craſſini* etiam dicuntur, Pulchrorum, Centho-
num, & Neronum. Plebeii clariores *Marcelli* co-
gnominati ſunt. Unaquæque familia plurimos ha-
buit ornatiſſimos viros, qui remp. Romanam
illuſtrarunt, & auxerunt uſque ad Neronem
Imp. Regillenſes & Craſſinos novem invenio ob-
tinuiſſe Dictaturas tres, Decemviratus legibus
ſcribendis tres, Triumphos duos, Conſulatus ſex,
I. Tribunatus militares conſulari poteſtate duos. In-
ter omnes conſtat veniſſe Clauſum quendam Sabi-
num ex Regillis Romam cum ita magna multitu-
dine propinquorum, & clientium, ut ex eis Clau-
dia tribus aucta fuerit, & nomen acceperit, vel,
ut quidam arbitrantur, ceteris addita fuerit. Clau-
ſum appellatum fuiſſe aſſerunt, cum inter patricios
adſcriptus fuit, *Appium Claudium Regillenſem*,
anno urbis CCXLIX. Hunc videtur Verrius Flac-
cus *Marcum Claudium* appellare, cum eum avum
eſſe aſſerat Appii Decemviri. Hic conſul fuit poſt
II. annos novem cum P. Servilio Priſco. Hujus filius
conſul fuit cum T. Quinctio Capitolino Barbato
III. ann. CCXXCII. ejuſdem cum patre nominis. Al-
ter filius C. Regillenſis Coſ. etiam fuit poſt XI.
annos cum P. Valeſio P. F. Poplicola II qui in
eo magiſtratu occiſus eſt. Hos tres etiam *Sabinos* co-
gnominatos ab ſcriptoribus animadvertimus. Poſt
IV. hos tertius Appius Claudius Craſſinus Ap. F. M.
N. a Verrio appellatur, quem alii, ut diximus,
Appii nepotem, de quo initio locuti ſumus, tra-
diderunt. Hic conſul fuit cum T. Genucio Auguri-
no ann. CCCII. ſed abdicarunt, ut iidem cum
aliis Decemviri legum ſcribendarum cauſſa crea-
rentur. Hi primum decem tabulas conſcripſerunt,
poſtea duabus aliis ſcribendis iterum, ac tertio i-
dem Appius cum aliis, quos ipſe voluit, eundem
magiſtratum ſine provocatione retinuerunt. Hoc
initium legis duodecim tabularum. Sed cum
poteſtate in libidinem, & malos mores abute-
rentur: ſeditione in eos mota cum Verginia a patre
fuiſſet occiſa, quam M. Claudius cliens Appii in
ſervitutem vindicabat, coacti ſunt Decemviri ab-
dicare, multique ex eis damnati, alii in carcere,
aut in exilio perierunt. Sequitur alius Ap. Craſſi- V.
nus Regillenſis Ap. F. Ap. N. Superioris, ut cre-
ditur filius, qui Tribunus militum conſulari pote-
ſtate fuit cum L. Sergio Fidenate II. Sp. Nautio
Rutilo, & Sex. Julio Julo anno CCCXXIX. Hu- VI.
jus filius P. Craſſinus Regillenſis Trib. Mil. cum
aliis quinque patriciis ann. CCCL. fuit. Hujus VII.
deinde filius Ap. Claudius eiſdem cognominibus u-
ſus Dictator fuit primus ex hac familia rei gerundæ
cauſſa ann. CCCXCI. Magiſtrum equitum dixit
L. Cornelium Scipionem: primus ex eadem trium-
phavit de Herniceis. Coſ. fuit poſt XIV. annos
cum L. Furio Camillo, & in magiſtratu mortuus
eſt. Secutus eſt C. Craſſinus Regillenſis, quem qui- VIII.
dam bis Dictatorem aſſeverant, & Ap. F. P. N.
Cæcique patrem: prior dictatura anno CDV. co-
mitiorum habendorum cauſſa, poſterior rei gerun-
dæ cauſſa ann. CDXVI. in qua Magiſter equitum
fuit C. Claudius Hortator, quem patricium, aut
plebejum fuiſſe affirmare non poſſumus. Poſtremus IX.
Appius Cl. Craſſinus Rufus Ap. F. C. N. a qui-
buſdam appellatur Appii Cæci filius, is qui con-
ſul fuit cum P. Sempronio Sopho ann. CDXXCV.
Cum apud Suetonium inveniam Appium Cæcum
duos filios habuiſſe P. Pulchrum, & Ti. Nero-
nem, ex quibus duæ familiæ Pulchrorum, & Ne-
ronum ortæ ſint: cumque aliis placeat, Cæcum
ipſum ex Regillenſibus ortum fuiſſe: de Appio
Cæco tanquam communi pariete, in quem tres
hæ familiæ tigna ſua immiſerint, ſeparatim agen-
dum videtur.

Verrius Flaccus in cenſura, & conſulatu aperte
Ap. Claudium C. F. Ap. N. *Cæcum* appellat.
Cenſuram conſtituit ann. CDXLI. collegam in
ea adſcribit, C. Plautium, qui in eo honore *Ve-
nox* appellatus eſt, luſtrum feciſſe ait XXVI. Ab
hoc cenſore Appia via ſtrata eſt, aqua Claudia in
urbem ducta, ut multi prodiderunt. Conſulatus
collega L. Volumnius Flamma Violens anno
CDXLVI. cum quo iterum poſt XI. annos con-
ſulatum geſſit. Dictator fuit, ſed quo anno incer-
tum eſt: quidam divinando in ann. CDLXVI. re-
tulerunt: in veteri titulo hi magiſtratus enume-
rantur: „Appius Claudius C. F. Cæcus Cenſor.
„ Conſul bis, Dictator. Interrex ter. Prætor bis.
„ Ædilis Curulis bis, Quæſtor. Tribunus Militum
„ ter.“ Quid vero egerit, ita recenſetur: „Com-
„ plura oppida de Samnitibus cepit Sabinorum,
„ & Tuſcorum exercitum fudit. Pacem fieri cum
„ Pyrrho Rege prohibuit. In cenſura viam Ap-
„ piam ſtravit: & aquam in urbem adduxit. Æ-
„ dem Bellonæ fecit.“ A Cicerone ejus quattuor
filii, filiæ vero quinque enumerantur. Filios fuiſ-
ſe credimus Ap. Craſſianum, de quo antea dixi-
mus, P. Pulchrum, C. Centhonem, & Ti. Nero-
nem. Nunc igitur primum de Pulchrorum ſtirpe,
poſtea de reliquis dicemus.

Pulchros decem invenio, totidem conſulatus habuiſſe, cenſuras tres, triumphos duos aſſecutos,
I. Principem ſenatus unum lectum fuiſſe. Primus is, de quo diximus P. Pulcher Coſ. fuit ann. DIV. cum L. Junio Pullo. Hic temere cum Carthaginienſibus congreſſus bello Punico primo magnam cladem accepit, juſſus Dictatorem dicere M. Claudium C. F. Gliciam dixit viatorem ſuum, qui ſcriba fuerat, ſine Magiſtro equitum, nam antequam eum diceret, coactus eſt abdicare: tum A. Atilius Calatinus Dictator factus eſt, & L. Metellus Magiſter equitum. Soror Publii Claudia cum a populo in turba premeretur, optavit, ut frater ſæpius conſul fieret, ut minor eſſet populi multitudo. Ea de cauſſa damnata eſt, alterius criminis rea innocens. Hic auſpicia ita contempſit, ut pullos in mare projecerit, ut biberent, quando eſſe pultem nol-
II. lent. Hujus filius Ap. Cl. Pulcher Cos. fuit anno
III. DXLI. cum Q. Fulvio Flacco III. Hujus tres fi-
IV. V. lii fuiſſe videntur Appius, Publius, & Cajus. Appius Cos. fuit XXVII. anno poſt patrem cum M. Sempronio Tuditano, Publius anno proximo cum L. Porcio Licino, Cajus cum Ti. Sempronio Graccho ann. DLXXVI. Ambo conſules triumpharunt, Pulcher in conſulatu de Iſtreis, & Liguribus, Gracchus biennio poſt de Sardeis. Ambo cenſores fuerunt octavo anno poſt conſulatum, luſtrumque
VI. LII. fecerunt. Appii filius Appius, ut creditur, Coſ. fuit cum Q. Metello Macedonico ann. DIX. ſuis ſumptibus triumphavit de Sallaſſeis ex Alpibus. Cenſor quinquennio poſt cum P. Cornelio Lentulo: luſtrum non fecerunt. Biennio poſt Princeps ſenatus lectus ex luſtro LVIII. Hic ex Antiſtia uxore Claudiam procreavit, quam duxit Ti. Sempronius Gracchus, qui in Tribunatu plebis a P. Scipione Naſica occiſus eſt, & ex ea liberos reliquit. Caii
VII. filius, quem conſularem, cenſorium, & triumphalem diximus, C. Pulcher fuit: conſulque ann. DCXXIII. cum M. Perperna: quamvis Pulcher
VIII. hic, an Lentulus Appius, an Cajus fuerit incertum ſit. Alter C. Pulcher hujus filius fuiſſe creditur, collega alterius M. Perpernæ conſul fuit ann.
IX. DCLXI. Hunc Verrius C. N. appellat. Secutus eſt Ap. Pulcher ſuperioris, ut creditur filius, aut frater, qui cum P. Servilio Vatia, qui poſtea *Iſauricus* dictus eſt, conſul fuit ann. DCLXXIV. quo anno L. Sulla Dictatura ſe abdicavit. Cinnæ tempore exul fuit, & ei magiſtratus abrogatus. Hujus ſoror Clodia mater fuit L. Marcii Philippi conſu-
X. laris & cenſorii: uxor Cæcilia Q. Metelli Baliarici filia, ex qua filii tres Appius, Publius, & Cajus, filiæ totidem natæ ſunt: ex quibus duas L. Licinius Lucullus, qui de Mithradate triumphavit, & Q. Metellus Celer duxerunt, quas parum pudicas fuiſſe conſtitit. Tertiam Q. Marcius Rex, vir conſularis. Appius conſul, & cenſor fuit, duas filias procreavit, quas filio Pompeii Magni Cn. ut ſuſpicor, & M. Bruto collocavit. Publius Clodius cum adoleſcens in domo C. Cæſaris Pont. Max. in ſacris Bonæ deæ deprehenſus eſſet, ejuſque criminis reus corrupto judicio abſolutus, ut noceret Ciceroni teſti Tribunatum plebis obtinuit, cum ſe prius P. Fontejo plebejo minori natu in adoptionem dediſſet. Ciceronem exulare coegit: ſed reſtituto Cicerone cum Præturam peteret, a T. Annio Milone occiſus eſt. Hujus uxores Pinaria, & Fulvia hæc poſtea C. Curioni, atque eo interfecto M. Antonio nupſit. Socrus Sempronia Tuditani filia fuit. Tilium Sex. Clodium, & filiam Clodiam Auguſti ſponſam reliquit. Cajus filios duos reliquit eiſdem cognominibus Appium majorem, & Appium minorem, quorum Aſconius in *Miloniana* meminit. Appius Pulcher, de quo dicebamus, conſul fuit ann. DCXCIX. cum L. Domitio Ahenobarbo, cenſor quadriennio poſt cum L. Calpurnio Piſone Cæſonino. Poſt conſulatum Procoſ. in Cilicia fuit, cujus M. Cicero ſucceſſor fuit. Admonet eum Cicero, *ut de proavo ſuo in cenſura cogitet*: ex quibus verbis apparet ejus proavum fuiſſe Cenſorium, vel Appium, vel C. Pulchrum Cenſorium, de quibus antea diximus. Hic Augur fuit, & libros *de augurali diſciplina* edidit. Hæc de Pulchris.

Centhonum cognomine duos ſolos reperio C. II.
Centhonem Cæci filium, qui conſul, cenſor, & dictator fuit, atque Appium qui Proprætore ovationem obtinuit, ejus filium, Caii conſulatus fuit an. DXIII. cum P. Sempronio Tuditano, quibus conſulibus Livius Andronicus primus poeta Latinus fabulam dedit. Cenſuram poſt XV. annos geſſit cum M. Junio Pera, luſtrum fecerunt XLII. Dictator fuit comitiorum cauſſa ann. DXL. Magiſtrum equitum dixit Q. Fulvium Flaccum. Appius
Proprætore ovans ex Celtiberia reverſus eſt anno III.
DLXXIX. Nerones duos conſulares video, quorum alter cenſuram, & ovationem obtinuit. Nam C. Claudius Ti. F. Ti. N. Nero Coſ. fuit cum M. Livio Salinatore II. ann. DXLVI. inſignem victoriam ambo conſules Aſdrubale occiſo de Pœneis obtinuerunt, de quibus Salinator, in cujus provincia res geſta eſt, triumphum egit; Nero majorem laudis partem ovans tantum obtinuit. Cenſor cum eodem Salinatore triennio poſt: luſtrum fecerunt XLV. inimicitias ſe non depoſuiſſe oſtenderunt, notis collegæ unuſquiſque eorum notatus. Alter Nero fuit Ti. Claudius P. F. Ti. N. conſul cum M. Servilio Pulice Gemino anno DLI. His Coſ. Scipio Africanus Hannibalem vicit, & finis bello Punico ſecundo impoſitus. Cum hi duo Nerones Tiberii nepotes a Verrio dicantur, & Ti. Nero Cæci filius fuerit, veriſimile eſt, hos pronepotes Appii Cæci fuiſſe. *Neronem* lingua Sabina *fortem* ſignificari veteres teſtantur; ex hac ſtirpe pater Tiberii Cæſaris Auguſti, & pater Ti. Claudii Auguſti, qui Neronem adoptavit, fuit. Præter jam dicta cognomina unum relictum eſt patriciorum cognomen *Caudex*, quod conſularis vir, & ut quidam aſſerunt, triumphalis Ap. Claudius C. F. Ap. N. obtinuit initio primi belli Punici. Ejus collega fuit M. Fulvius Flaccus ann. CDXXCIX. inſignem victoriam in Sicilia conſecutus eſt. Sed de triumpho relato varietas eſt inter ſcriptores, & Verrius Flaccus in faſtis omiſit. Hunc fratrem fuiſſe Ap. Cæci ſunt qui affirment: ego vel uterinum vel conſobrinum eſſe crediderim potius, quam germanum. Plebejos Marcellos fuiſſe diximus, ſed clariſſimos, & ornatiſſimos viros fuiſſe conſtat. Novem enim viri obtinuerunt. Dictaturam

ram

ram unam, conſulatus XV. Cenſuram unam:
triumphos publicos IV. opima ſpolia ſemel: ovationem unam: in monte Albano ſemel: ſeptem
I. primi M. Marcelli dicti ſunt. Primus conſul fuit
cum C. Valerio Potito Flacco ann. CDXXII. Dictator quadriennio poſt comitiorum cauſſa Magiſtrum equitum dixit Sp. Poſtumium Regillenſem
II. Albinum vitio facti abdicarunt. Alter Marcellus
Coſ. ann. CCCCLXVI. cum C. Nautio Rutilo.
III. Tertius inſignis vir, qui primus poſt Cannenſem
pugnam Hannibalem vicit, & quinquies conſul fuit. Ante ſecundum bellum Punicum Coſ. fuit cum Cn. Scipione Calvo ann. DXXXI. Kal. Mart. triumphum egit de Galleis Inſubribus, & Germaneis, atque ſpolia opima retulit duce hoſtium Virdumaro ad Claſtidium interfecto: II. conſul ſuffectus fuit L. Poſtumio Albino III. qui ante quam iniret, occiſus eſt, ſed vitio factus abdicavit, & in ejus locum Q. Fabius Maximus Verrucoſſus III. Coſ. fuit cum Ti. Sempronio Graccho, poſt pugnam Cannenſem anno primo, hoc eſt anno urb. DXXXIIX. Sed anno proximo cum eodem Q. Fabio IV. ipſe III. creatur. Triennio poſt captis Syracuſis in monte Albano II. triumphum egit, atque ovationem III. Procoſ. Quartum Coſ. fuit ann. DXLIII. cũ M. Valerio Lævino II. in quincto conſulatu, quæ cum T. Quinctio Criſpino geſſit biennio poſt ab Hannibale occiſus eſt.
IV. Quartus Marcellus Coſ. fuit ann. DLVII. cum L.
Furio Purpureone: triumphum egit de Comenſibus, & Inſubribus III. Non. Mart. Cenſor cum T. Quinctio Flaminino poſt ſeptem annos luſtrum
V. fecit XLVIII. Quinctus Coſ. cum Q. Fabio La-
VI. beone anno DLXX. Sextus vir inſignis, qui ter
conſul fuit, & ter triumphalis. Hic nepos Marcelli quinquies conſulis fuit, de quo Aſconius ait, cum ad ædem Honoris, & Virtutis ſuam, & patris, & avi ſtatuas poſuiſſet, ſubſcripſiſſe TRES. MARCELLI. NOVIES. COS. In mari periiſſe Cicero auctor eſt. In primo conſulatu, quem geſſit cum C. Sulpicio Gallo triumphavit de Galleis Contrubeis, & Liguribus, Veleatibuſque Idibus intercalaribus ann. DXXCVII. Iterum Coſ. fuit cum P. Scipione Naſica II. & de Liguribus, & Veleatibus iterum poſt annos XI. triumphavit. Tertium Coſ. fuit triennio poſt cum L. Valerio Flacco, & Procoſ. tertio triumphavit de Celtibereis anno
VII. DCII. Septimus M. Marcellus M. F. M. N.
Coſ. fuit cum Ser. Sulpicio Rufo juriſconſulto ann. DCCII. Hic ille eſt, quem magnis laudibus exornat Cicero, tum in *Bruto*, tum in oratione *pro M. Marcello* inſcripta, qua gratias agit in Senatu Cæſari, quod ſe facilem in reſtituendo eo præbuerit. Sed a P. Magio Chilone in portu Attico interfectus eſt, ut ex Ser. Sulpicii litteris ad Ciceronem
VIII. miſſis conſtat. Anno proximo C. Marcellus C. F.
M. N. frater patruelis ſuperioris Coſ. fuit cum L. Aimilio Paullo. Hujus mater *Junia* dicebatur.
IX. Poſtremus Coſ. fuit anno ſequenti, quo bellum civile inter Cæſarem, & Pompejum exarſit C. Marcellus M. F. M. N. Hic ultimi Marci frater germanus, ejus collega fuit L. Cornelius Lentulus Crus Flamen Martialis. Ferunt Octaviam majorem ſororem Auguſti C. Marcelli uxorẽ fuiſſe, ex qua natus eſt ille Marcellus primus gener Auguſti, quem deflet Vergilius pulcherrimis verſibus, & Marcellæ duæ, quarum alteram duxit M. Agrippa, & poſtea Antonius M. Antonii Triumviri filius. Octavia mortuo C. Marcello nupſit M. Antonio Triumviro. Hunc C. Marcellum eundem eſſe arbitrantur, quem C. F. Coſ. fuiſſe diximus. A Marcellis Cornelii Lentuli Marcellini originem ducunt tranſlato aliquo Marcello in Corneliorum familiam adoptione Plebejum fuiſſe C. Claudium Caninam, qui bis conſul, Cenſorius, & triumphalis fuit, collegæ patricii indicant: ejus parentes ignoti, uno tantum avo C. prænomine excepto. Prior conſulatus cum M. Aimilio Lepido geſtus eſt ann. CDLXIIX. Poſterior cum C. Fabio Dorſone poſt XII. annos: in eo triumphum egit de Lucaneis, Samnitibus, Bruttieiſque Quirinalibus. Cenſor triennio poſt fuit cum Ti. Coruncanio, luſtrum fecerunt XXXIV. Antiquiſſimus C. Claudius Cicero Trib. plebis anno CCXCIX. apud Livium lib. III. Ventum eſt ad Cæſaris, & Auguſti tempora, quibus gens utraque Claudia patriciorum, & plebejorum Auguſti affinitate locum ſuum tenuit. De plebeiis Marcellis dictum eſt, de patriciis videamus. Etenim Livia Auguſta, quæ etiam *Druſilla* dicta eſt Livii Druſi Claudiani filia origine gentis a Pulchris Claudiis genus duxit: virum habuit Ti. Claudium Neronem, virum Prætorium, qui partes Antonii adverſus Auguſtum defendit: ex eo Ti. Neronem peperit, cumque prægnans eſſet, Auguſto nupſit viro priori conſentiente, tertioque poſt nuptias menſe Neronem Claudium Druſum edidit. Tiberius in Juliam familiam adoptatus ab Auguſto, tranſlatus eſt, ejuſque liberos in Julia referemus. Nero Druſus, qui etiam *Germanicus* dictus eſt, ex Antonia minore Germanicum & Ti. Cl. Druſum, qui poſtea *Ti. Cl. Auguſtus Germanicus* appellatus eſt, procreavit, & Liviam, quam duxit Druſus Cæſar Ti. Cæſaris filius. Germanicus a Tiberio patruo adoptatus in Juliam familiam transfertur. De
Tiberio Claudio poſtea dicemus. Conſulares Clau- I.
dii hoc tempore fuerunt Ap. Claudius C. F. Pul-
cher, qui ann. DCCXV. Coſ. fuit cum C. Norba- II.
no Flacco. M. Claudius M. F. M. N. Marcellus Æſerninus, qui Coſ. fuit cum L. Arruntio anno DCCXXXI. Idem, ut arbitror, eſt Magiſter XV. vir ſacris faciundis ludis ſæcularibus quinctis poſt annos
quinque, quamvis cognomen Æſernini taceatur. Ti. III.
Claudius Ti. F. Nero privignus Auguſti ante adoptionem Coſ. fuit ann. DCCXL. cum P. Quinctilio Varo: poſt quinquennium adjecto *Germanici* cognomine Procoſ. ovans de Delmateis, Pannonieis, & Dacieis: ex Illyrico. Iterum Coſ. fit proximo anno cum Cn. Piſone II. & in conſulatu Kal. Januar. de Germaneis iterum triumphat. Proximo anno Tribuniciam poteſtatem in quinquenniũ accepit: triumphalia ornamenta bis aſſecutus eſt anno DCCXLII. & proximo ann. Anno deinde DCCLVI.
V. Kal. Jul. adoptatus eſt ab Aug. Cæſ. Quartus IV.
conſularis fuit Nero Cl. Druſus Germanicus frater ſuperioris privignus Auguſti. Conſul fuit anno DCCXLIV. cum T. Quinctio Criſpino, & in magiſtratu mortuus eſt. Triumphalia ornamenta aſſecu-

cutus eſt Prætor legatus Aug. anno DCCXLIII. Poſt obitum Auguſti ante T. Claudii Aug. initium neminem Claudium conſulem video, excepto ipſo Ti. Claudio Druſi F. Ti. N. Germanico, qui Coſ. fuit cum C. Julio Cæſare Aug. Germanico ex Kal. Julii ann. DCCXXCIX. Ipſe Tiberius Pontifex Max. Trib. Poteſt. XVI. Coſ. V. Imp. XXVII. mortuus eſt. Triumphalia ornamenta acceperat ann. DCCXCI. de Mauritaneis ex Africa. Huic ſponſæ duæ, uxores quattuor collocatæ ſigillatim ſunt. Æmilia Lepida L. Paulli, & Juliæ filia, & Livia Medullina Camilla ſponſæ, prima uxor Plautia Herculanilla triumphali patre nata, ex hac ſuſcepit Druſum, & Claudiam. Secunda Ælia Pætina conſularis filia, quæ ei Antoniam peperit, Cn. Pompeii Magni, & poſtea Fauſti Sullæ uxorem: tertia Valeria Meſſallina Meſſallæ Barbati, qui conſobrinus T. Cl. Imp. fuit filia: ex hac Octavia nata eſt poſtea *Auguſta* dicta uxor Neronis Imperat. & Germanicus prius, poſtea *Britannicus* dictus: quarta Agrippina Auguſta Germanici fratris, & Agrippinæ filia, quæ duobus antea viris nupſerat Criſpo Paſſieno, & Cn. Domitio Ahenobarbo, ex hoc Neronem ſuſceperat. Nunc Neronem Tiberius ex Domitia familia in Claudiam adoptione tranſtulit, cum filium Britannicum haberet, & affirmaret neminem in Claudiam adoptatum: veneno ab uxore, eademque filia fratris divus factus eſt: veneno etiam Nero Britannicum ſuſtulit. Druſus puer puerili joco ſe ipſum interemit, dum pirum in altum jactatum hianti ore excipit. Nero Claudius Cæſar Aug. Germanicus P. M. Tr. Pot. XIV. Coſ. V. Imperat. III. occiſus eſt. Inter Neronem, & D. Clodium Albinum, ſive Severum Imperat. hos conſulares invenio. Sub Trajano Imp. tres conſulatus Clodii Criſpini, vel potius trium Criſpinorum invenio: primo conſulatu ex Kalend. Jul. cũ C. Julio Africano ann. DCCCLX. Secundo poſt biennio cum Soleno Orfito. Tertio C. Clodius Criſpinus poſt quadriennium a ſuperiore cum L. Publilio Celſo II. Poſt hos Ti. Claudius Ti. F. Fuſcus Salinator collega fuit Hadriani Imperat. in ſecundo conſulatu ann. DCCCLXX. Hic patricius fuit, & Serviani ter conſulis filiam uxorem duxit, ex qua Fuſcus natus eſt, quem cum avo ſuo Serviano Hadrianus interfecit. Ti. Claudius Atticus Herodes vir doctus Marci Imperatoris præceptor Coſ. fuit ann. DCCCXCV. cum C. Bellicio Torquato ſub Pio Antonino Imperat. Poſt triennium Cn. Claudius Severus Coſ. fuit cum Sex. Erucio Claro II. Hic philoſophus peripateticus Marci Imp. præceptor fuit: iterum Coſ. ſub eodem Imp. an. DCCCCXXVI. cum M. Aurelio Claudio Pompejano Antiocheno, cui nupta erat major Lucilla filia Marci Imp. Ante hunc annum Claudius Maximus vir doctus ejuſdem Imp. præceptor Coſ. fuit cum Cornelio Scipione Orfito. D. Clodius Albinus occiſis Commodo, Pertinace, & Juliano Imperator in Gallia appellatus eſt. Britannias tenuit, nam Septimius Severus ei *Cæſaris* nomen conceſſit, pecuniamque ea appellatione ſignari permiſit. Sed occiſo Peſcennio Nigro in eum invectus eſt: & occidi curavit. Conſul iterum fuit, & Patricius ab Herodiano appellatur. *Septimii* nomen accepit, cum *Cæſar* appellatus eſt, quaſi filius Severi eſſet. Ex hoc tempore uſque ad Marcum Clodium Pupienum, qui cum D. Balbino Imperator factus eſt, hi conſules fuerunt Claudii, vel Clodii. Primus Fl. Claudius Sulpicianus Pertinacis Imp. ſocer Præf. urbi, & Coſ. ſuff. ex Kal. Mart. cum L. Fabio Cilone Septimino ann. DCCCCXLV. ſub eodem Pertinace. Secundus Ap. Claudius Lateranus, qui cum M. Mario Titio Rufino poſt IV. annos a ſuperiore Coſ. fuit ſub Severo Imp. Tertius Ti. Claudius Severus, qui cum C. Aufidio Victorino triennio poſt ſuperiorem Coſ. fuit ſub eodem Severo, & Antonino Augg. Quartus, & quinctus Claudius Julianus, & Clodius Criſpinus, qui eodem anno ſub Alex. Imp. Coſ. fuerant ann. DCCCCLXXVI. Sequitur M. Clodius Pupienus Maximus, qui cum D. Cælio Balbino II. poſt triennium Coſ. fuit ſub eodem Alex. & poſtea ambo collegæ *Auguſti* appellati ſunt, occiſis duobus Gordianis Africanis, contra Maximinum Imp. Gordianuſque nepos *Cæſar* appellatus eſt. Hic vir fortis fuit obſcuro genere natus, patruus Pinarius Valens, pater Maximus faber ferrarius, aut rhedarius. Hi occiſo a militibus Maximino, & filio, a Prætorianis occiſi ſunt. Eodem tempore Coſ. ſuffectus ex Kal. Septembr. fuit Ti. Claudius Julianus cum Celſo Æliano ann. DCCCCXXCIX. Sub Gallieno Imp. Claudius Cenſorinus *Auguſtus* appellatus in Italia eſt. Hic ſcurrarum adulatione *Claudius* appellatus eſt: bis conſul, bis præfectus prætorio, ter præfectus urbi, quater proconſul, ter conſularis fuit. Senex, & aliud agens in agro ſuo a militibus Imp. ſalutatus, ab eiſdem ob ſeveritatem diſciplinæ occiſus eſt. M. Aurelius Claudius Imp. quem etiam Flavium Trebellius Pollio appellat, fratres habuit Quinctillum, & Criſpum. Criſpi filia Claudia uxor Eutropii nobiliſſimi Dardanorum ex quibus Conſtantius major natus eſt. Ipſe Claudius poſt Gallienum Pont. Max. Trib. Pot. II. Coſ. II. mortuus eſt: frater Aurel. Cl. Quinctillus Imp. dies XVII. ſuperſtes occiſus eſt. Claudius in Divos relatus auctor generis Conſtantini, ob quem Flavii multi ex eis dicuntur, ac poſteriores omnes Imperatores. Ante hunc Imp. Gallieni fratrem Claudium Valerianum Cæſarem appellatum fuiſſe animadverti. M. Claudius Tacitus ſub Imp. Aureliano Coſ. fuit cum M. Mæcio Memmio Furio Placido ann. CIↃXXV. ſed biennio poſt occiſo. Aureliano II. ſucceſſor fuit, & Coſ. Auguſtus. menſes ſex, dies XX. Poſt quem frater Florianus menſes duos, dies XX. Hunc M. Annium Florianum in aſſibus video ſignatum: quidam *M. Annium Cl.* appellaverunt. Ab his ad Fl. Cl. Julianum neminem, aut Imp. aut Coſ. invenio. Hic ſub Imp. Fl. Jul. Conſtantio ter conſul fuit ejus collega in VIII. IX. & X. conſulatu, & ab eodem *Cæſar* appellatus occiſo Conſtantio Gallo Cæſare Juliani fratre, qui ambo fratres patrueles Conſtantii Imp. fuerunt, nati Conſtantio patre, qui frater germanus fuit Conſtantini Max. Imp. Mortuo Conſtantio Julianus imperavit annos duos, conſulque quater factus eſt. Poſt hunc Imp. conſulares tres video Clodios, vel Claudios. Primus fuit Q. Clodius Hermogenianus Olybrius, qui cum D.

Au-

Auſonio Magno Pœonio Gallo poeta Coſ. fuit ann. CIↃXXX. ſub Valente, Gratiano, & Valentiniano Imp. in Occidente. Alter Clodius Adelphius, qui cum Imp. Fl. Marciano Coſ. fuit ann. urbis CIↃCCIII. Chriſti CCCCLI. Tertius Cl. Julius Ædeſius Dynamius, qui cum Fl. Siſidio Coſ. fuit ann. Chriſti CCCCXXCIIX. ſub Zenone Imp.

## CORNELIA.

CORNELIA gens patricia in alias, atque alias ſtirpes derivata multos inſignes viros, & omni honorum genere ornatos habuit. Plebei vix aliquo numero fuerunt, quod in multis familiis aliter evenit. Præcipui patricii in tres quattuorve ſtirpes dirimi poſſunt: Coſſorum, qui etiam *Maluginenſes*, & aliqui *Rutili*, aut *Arvinæ* appellantur; & Scipionum, qui alia etiam cognomina acceperunt, ut Aſinæ, Calvi, Naſicæ, Africani: necnon Lentulorum, qui plura aliis cognomina ſumpſerunt. Addentur his, qui propter paucos conſulares viros non ita nobiles ſunt: ut Rufini, Sullæ, Dolabellæ, Merulæ, Cethegi. Coſſi viginti conſecuti ſunt Pontificatum Maximum ſemel, opima ſpolia ſemel, dictaturas tres, cenſuras duas, triumphos tres, decemviratus legibus ſcribendis bis, conſulatus decem, tribunatus militares conſulari poteſtate duos, & viginti, magiſteria equitum quat-
I. tuor. Primus Ser. Cornelius L. F. Maluginenſis Coſſus Coſ. fuit cum Q. Fabio Vibulano ann.
II. CCLXVIII. Hujus filius eſſe creditur L. Maluginenſis Coſſus Ser. F. L. N. qui Coſ. fuit cum alio Q. Fabio Vibulano III. ann. CCXCIV. Luſtrum fecerunt X. nondum enim Cenſores creati erant. Hoc vero fuit poſtremum conſulum luſtrum. In hoc conſulatu ambo conſules triumpharunt Fabius de Æqueis Non. Maii, Coſſus de
III. Volſceis Antiatibus IV. Id. Maii. Hujus frater M. Cornelius Decemvir legibus ſcribendis ann. CCCIII. & CCCIV. Hic cum ceteris duodecim tabularum leges conſcripſit, & coactus eſt abdica-
IV. re, quod imperio abuteretur. Secutus eſt alter M. Cornelius, quem quidam ſuperioris filium exiſti-
V. mant. Coſ. fuit cum L. Papirio Craſſo ann. CCCXVII. Poſt hunc A. Coſſus ſuperioris, ut creditur frater, inſignis vir Pontifex Max. ann. CCCXXII. Coſ. cum T. Quinctio Cincinnato II. triennio poſt, triumphum egit de Vejentibus, & ſpolia opima tulit poſt Romulum primus hoſtium duce Larte Tolumnio rege interfecto. Incertum tamen eſt ann. Coſ. vel Dict. vel Mag. Eq. ea tulerit. Tribunus militum fuit poſt biennium, & eodem anno Mag. equitum Mamerco Aimilio Mamercino III. Dictatore rei gerundæ cauſſa. Paullo poſt A. Coſſus Dictator ſeditionis ſedandæ, & rei gerundæ cauſſa reperitur ann. CCCLXIIX. cum de M. Manlii Capitolini ſeditione ageretur, quem
VI. eundem eſſe cum ſuperiore non videtur veriſimile.
VII. Sextus P. Coſſus Tribunus mil. fuit ann. CCCXXXIIX. Hunc Verrius P. N. appellat. Proximo anno Trib. mil. Cn. Coſſus, cujus parentes ignorantur. Iterum poſt decennium creatus
VIII. eſt cum P. Maluginenſe. Octavus M. Cornelius Coſſus Coſ. fuit cum L. Furio Medullino ann. CCCXL. Nonus Cn. Coſſus, quem quidam A. IX.
F. M. N. vocant, Coſ. fuit cum eodem Lucio Furio Medullino II. Trib. mil. fuit triennio poſt conſulatum cum P. Rutilo Coſſo. Iterum deinde Tribunus ann. CCCLII. Decimus P. Coſſus A. F. X.
M. N. ſuperioris fortaſſe frater Trib. mil. fuit ann. CCCXLV. Alter P. Cornelius M. F. L. N. *Ru-* XI.
*tilus Coſſus* appellatur a Verrio Flacco, qui eodem anno Dictator fuit rei gerundæ cauſſa Mag. equit. dixit C. Servilium Ahalam. Tribunus militum fuit biennio poſt cum Cn. Coſſo, ut antea diximus. Duodecimus eſt P. Cornelius Maluginen- XII.
ſis, qui Trib. mil. fuit cum Cn. Coſſo II. ann. CCCXLIX. Iterum vero poſt ſeptem annos, ſed vitio factus cum aliis quinque abdicavit. Tertiuſ- XIII.
decimus P. Coſſus, qui cum P. Cornelio Scipione, & aliis quattuor Trib. milit. fuit ann. CCCLIIX. Quartuſdecimus M. Cornelius Malu- XIV.
ginenſis triennio poſt cenſor ſuffectus C. Julio Julo mortuo, collega eorum fuit L. Papirius Curſor: luſtrum fecerunt XVII. Sub eo luſtro urbs capta eſt a Gallis. Quamobrem, ne quis Cenſori mortuo ſufficeretur, decretum eſt. Sequitur Ser. Malugi- XV.
nenſis, qui ſepties Trib. mil. fuit, quod paucis accidit. Hic M. F. a quibuſdam appellatur parum certis conjecturis. Anno urbis captæ, hoc eſt CCCLXIII. Trib. militum fuit, iterum quadriennio poſt, III. ann. CCCLXIX. quarto poſt biennium, V. item poſt biennium, hoc eſt uno ſolo interjecto, in quo privatus fuit Sextum Tribunus fuit ann. CCCXCII. biennio poſt VII. His temporibus victis Gallis magnæ ſeditiones ortæ ſunt de conſule altero plebejo creando, ob quas Tribuni plebis ſine curuli magiſtratu popularem ſtatum quinquennio rexerunt. Sextuſdecimus M. XVI.
Maluginenſis ſuperioris, ut putant, frater bis Tri- XVII.
bunus Militum fuit cum A. Cornelio Coſſo ann. XVIII.
CCCXXCIII. & triennio poſt. Poſt hos duos, invenio Ser. Cornelium Maluginenſem, quem M. N. appellat Verrius Magiſtrum eq. fuiſſe T. Quinctio Capitolino Criſpino Dictatore rei gerundæ cauſſa ann. CCCXCII. Hunc ſuſpicantur Ser- XIX.
vii ſepties Tribuni filium. Sequuntur Arvinæ duo, XX.
quorum alter Magiſter eq. bis, conſul bis, dictator, & triumphalis, alter conſul bis, & cenſor fuerunt. Prior A. Cornelius P. F. A. N. Coſſus Arvina Magiſter equitum fuit T. Manlio Imperioſo Torquato ann. CD. Dictatore rei gerundæ cauſſa. Iterum eodem Dictatore poſt quadriennium comitiorum cauſſa. Conſul fuit ann. CDX. cum M. Valerio Corvo III. Ambo de Samnitibus triumpharunt, Corvus X. Kal. Octobr. Arvina IX. Kal. Iterum conſul fuit cum Cn. Domitio Calvino ann. CDXXI. Dictator decennio poſt Ludorum Romanorum, & rei gerundæ cauſſa. Non deſunt ſcriptores, qui Dictatorem triumphaſſe affirment, ſed Verrius in his non eſt, quem ſequimur. Hujus filius P. Arvina A. F. P. N. Coſ. fuit cum Q. Marcio Tremulo ann. CDXLVII. Cenſor poſt XII. annos cum C. Marcio Rutilo Cenſorino: luſtrum fecerunt XXX. Iterum Coſ. cum Q. Marcio collega ann. CDLXV. Coſſos *rugoſos* dictos Feſtus ait a vermibus ejuſdem nominis, qui ligni materiam edunt: ab hoc cognomine credo *Cornelios* dici,

non

non a cornu, vel corno: ut a Clauſo *Claudii*, a
Voleſo *Valerii*, a Fuſo *Furii*, qui antea *Fuſii* di-
cti ſunt.
II. Scipionum gentem Africani duo nobilem alio-
qui, multo ceteris illuſtriorem reddiderunt. De
his ita agendum videtur, ut prius eos, qui ante
Africanum majorem Scipiones magiſtratus majo-
res, aut honores conſecuti ſunt, enumeremus, poſt-
ea de Africano, & aliis tractemus. Undecim in-
venio ante Africanum conſecutos fuiſſe Pontifica-
tum Max. duos, Dictaturam unam, Triumphos
tres, Cenſuram unam, Conſulatus novem, Tri-
bunatus conſulari poteſtate duos, Magiſteria equi-
I. tum tria. Primus P. Cornelius ann. CCCLVII.
Magiſter equitum fuit M. Furio Camillo Dicta-
tori rei gerundæ cauſſa, a quo Veii capti ſunt, &
de Ieis triumphavit. Anno proximo Trib. Mili-
tum factus eſt, & iterum continuato in alterum
II. annum magiſtratu. Interrex biennio poſt fuit. Hu-
jus filius Publius Scipio primus Ædilis curulis fuit
anno CCCXXCVII. & Magiſter equitum L. Fu-
rio M. F. Camillo Dictatori comitiorum cauſſa
III. ann. CDIII. Ejus fortaſſe frater L. Scipio eodem
anno Coſ. fuit cum M. Popillio Lænate III. Ma-
giſter etiam equitum fuerat Ap. Claudio Craſſino
Regillenſi Dictatore rei gerundæ cauſſa ann.
IV. CCCXCI. Quartus eſt P. Scipio Scapula Pontif.
Max. ann. CDXXI. quadriennio poſt Coſ. cum
V. C. Plautio Proculo. Hunc ſequitur P. Scipio Bar-
batus, qui Dictator fuit comitiorum cauſſa Mag.
equit. dixit P. Decium Murem ann. CDLXVII.
VI. biennio poſt Pont. Max. fuit. Poſt hos L. Scipio
Coſ. fuit ann. CDLV. cum Cn. Fulvio Max.
Centumalo. Hunc Cn. F. quidam fuiſſe ſuſpican-
VII. tur. Septimus Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio
Aſina Coſ. fuit cum C. Duilio anno quincto primi
belli Punici, hoc eſt anno urbis CDXCIII. Ite-
rum Coſ. poſt ſex annos cum A. Atilio Calatino
II. anno proximo triumphum egit Procoſ. de Pœ-
neis X. Kal. April. quorum omnium Verrius in fa-
ſtis teſtis eſt. Cenſor fuit cum eodem C. Duilio
VIII. ann. CDXCV. luſtrum XXXVI. fecerunt. Hujus
filius P. Scipio Aſina Coſ. fuit cum M. Minu-
cio Rufo ann. DXXXII. & triumphum egit de
Iſtreis. *Aſinæ* cognomen cur primo ex hac
familia hæſerit, docet Macrobius in *Saturnalibus*.
IX. Patruus ſuperioris eſſe poteſt L. Scipio L. F. Cn.
N. qui Coſ. fuit anno proximo poſt Aſinæ, & Dui-
lii conſulatum, teſte Verrio. Cujus collega fuit
C. Aquillius Florus: triumphum egit de Pœnis,
X. Sardinia, & Corſica V. Id. Mart. Hic Africani a-
vus fuit, cujus filii duo fuerunt Cn. Scipio Cal-
vus pater Naſicæ, & P. Scipio pater Africani, &
Aſiatici Cn. Calvus Coſ. fuit cum M. Marcello,
XI. qui opima tulit ann. DXXXI. P. Scipio Coſ. fuit
quadriennio poſt cum Ti. Sempronio Longo an-
no primo belli Punici ſecundi. Ambo fratres in
Hiſpania occiſi ſunt Proconſules. Ventum eſt ad
P. Cornelium Scipionem Africanum, qui bis con-
ſularis & cenſorius, ac triumphalis ter princeps ſe-
natus, fratrem habuit conſularem, & triumphalem,
nepotem vero filii adoptione bis conſularem, bis
triumphalem, & cenſoriũ & augurem, ex fratris libe-
ris unus conſularis fuit, Scipiones Naſicæ patruo

Africani orti obtinuerunt Pontificatus Maximos duos, triumphos duos, principes ſenatus lecti ſunt bis, cenſor unus, conſules quinque fuerunt, unus vir optimus, quod ceteris honoribus majus eſt, omnium conſenſu judicatus. Africanus matre natus eſt Pomponia, quam ferunt pariendo, aut paullo poſt mortuam: quamvis Polybio adſcribuntur fragmenta hiſtoriarum, in quibus Lucius, qui poſtea *Aſiaticus* appellatus eſt, frater major Africano dicitur, cum peteret Ædilitatem, Africanum habuiſſe competitorem matre conſentiente, & ambos deſignatos Ædiles curules. Patrem conſulem ſervaſſe dicitur in prœlio ſaucium annos natus XVII. In Hiſpaniam profectus eſt ann. XXIV. conſulatum priorem geſſit cum P. Licinio Craſſo Divite Pont. Max. ann. DXLIIX. Poſt quadriennium de Hannibale, & Syphacæ Numidarum rege ex Africa Procos. triumphavit. Iterum Cos. cum Ti. Sempronio Longo ann. DLIX. Quadriennio poſt L. Scipio Africani frater Cos. cum C. Lælio fuit, legatus fratris Africanus in Aſiam profectus eſt, ex ea de rege Antiocho Syriæ Procos. L. Aſiaticus anno proximo triumphavit: pro Aſiatico *Aſiagetem* exiſtimo initio in Græcia dictum, cujus nominis exſtant veſtigia in nummis, & in veteribus libris Livianis, & in carmine Sidonii Apollinaris. Cenſor Africanus fuit cum P. Ailio Paito anno DLIV. luſtrum fecerunt XLVI. Perprinceps ſenatus lectus eſt luſtro XLVII. XLVIII. & XLIX. nova ratione electus, non quia antiquior Cenſorius eſſet, ſed quia dignior. Uxorem habuit Tertiam Æmiliam L. Aimilii Paulli bis conſulis, & triumphalis, qui in Cannenſi prœlio obiit, filiam, ex qua filios duos filias totidem procreavit. Major Cornelia P. Naſicæ viro optimo, aut viri optimi filio nupſit. Minor Ti. Sempronio Graccho bis conſuli, & Cenſorio: ex his nati ſunt Ti. Gracchus, & C. Gracchus ambo Tribuni plebis, ac diſertiſſimi, ſed ab optimatibus occiſi. Horum ſoror Sempronia Africani Minoris uxor fuit. Cn. & Publius Africani filii ſine liberis deceſſerunt. Publius tamen Prætorius fuit, & L. Paulli, qui ter triumphavit, & bis Cos. fuit & cenſor, filium in adoptionem accepit. Erat autem Paullus frater Æmiliæ uxoris Africani. Cujus uxor Papiria C. Maſonis Conſularis, & triumphalis viri filia fuit. Ex adoptione P. Cornelius P. F. *Scipio Æmilianus* appellatus eſt, qui poſtea *minor Africanus* dictus. Hic Cos. fuit ann. DCVI. cum C. Livio Druſo. Procos. anno proximo de Pœnis, & Aſdrubale ex Africa triumphum egit, everſa Carthagine. Cenſor fuit cum L. Mummio Achaico poſt quadriennium. Luſtrum fecerunt LVII. Iterum Cos. fuit ann. DCXIX. cum C. Fulvio Flacco. Procos. iterum triumphavit biennio poſt de Numantineis ex Hiſpania Citeriore. Obſcurum exitum vitæ uterque Africanus habuit, major exul voluntarius Literni, minor Romæ, ut creditum eſt, a C. Carbone ſuffocatus. Ex liberis fratris Africani majoris unicum nomen in faſtis reperitur. L. Aſiatici, qui Cos. fecit ann. DCLXX. cum C. Norbano Flacco. Is L. F. L. N. appellatur a Verrio. Capitolium eo anno conflagravit. Hujus filiam duxit P. Sextius

P.

P. F. qui Tr. Pl. Ciceronis partes defendit, & ab
eodem judicio de vi defenſus eſt: extatque ora-
tio, quæ inſcribitur *pro P. Sextio*, in qua ad e-
xulem L. Scipionem ſocerum Maſſiliam uxorem
deduxiſſe refert. Sextii mater Poſtumia C. Albini
filia fuit. Nunc Scipiones Naſicas perſequamur,
I. omnes eiſdem prænominibus uſos videmus. Pri-
mus P. Cornelius Cn. Calvi filius vir optimus ap-
pellatus eſt admodum adoleſcens nondum Quæ-
ſtor, ut Peſſinuntiæ deæ hoſpes eſſet: Cos. fuit
anno primo belli Antiochini, hoc eſt ann. DLXII.
cum M. Acilio Glabrione. De Bojeis Galleis tri-
umphavit in conſulatu. Sunt qui hunc Pontifi-
cem Max. fuiſſe dicant ann. DCIII. ſed id de fi-
lio Naſica dictum ratio temporum expoſcit, ut
II. probabilius judicemus. Alter Naſica, qui a quibuſ-
dam *Corculum* appellatur fratrem habuiſſe dici-
tur Marcum: Cos. deſignatus eſt cum C. Marcio
Figulo ann. DXCI. ſed vitio facti abdicarunt, in
eorum locum facti ſunt P. Cornelius Lentulus,
& Cn. Domitius Ahenobarbus. Poſt ſeptem an-
nos II Cos. cum M. Claudio Marcello II. de
Delmateis triumphum egit. Cenſor fuit anno
DXCIV. cum M. Popillio Lænate. Luſtrum fe-
cerunt LIV. Princeps ſenatus duobus luſtris le-
III. ctus eſt luſtro LVI. & LVII. Tertius *Serapion*
ob ſimilitudinem formæ cujuſdam victimarii ap-
pellatus eſt: conſul fuit ann. DCXV. cum D. Ju-
nio Bruto Callaico. Pontifex Max. quinquennio
poſt Ti. Gracchum propinquum ſuum, & Tribunũ
plebis, ut ſeditioſum privato conſilio interfecit.
IV. Quartus Naſica Cos. fuit anno primo belli Jugur-
thini cum L. Calpurnio Beſtia, hoc eſt anno
DCXLII. In conſulatu mortuus eſt. Hic Sera-
pionis filius Corculi nepos, viri optimi pronepos
fuit. Filium conſularem non habuit. Uxor ejus
Cæcilia Q. Metelli Macedonici filia. Filius Lici-
niam duxit L. Craſſi oratoris conſularis, & Cen-
ſorii filiam, & Muciæ Q. Scævolæ Auguris, &
Læliæ filiæ. His parentibus ortus eſt P. Cornelius
*Naſica* poſtea dictus Q. Metellus Pius Scipio, a
Q. Cæcilio Metello Pio adoptatus: cujus frater
a L. Craſſo avo adoptatus eſt. Uxor Scipionis Me-
telli fuit Lepida, quam ſponſam dimiſit, ſed cum
ea M. Catoni promiſſa fuiſſet, recuperavit. Quod
iniquo animo tulit Cato, & jambicis verſibus
in eum invectus eſt. Filia Cornelia P. Craſſi M.
F. a Parthis cum patre interempti, & poſtea Cn.
Pompeii Magni uxor. Addatur ſuperioribus Cn.
Scipio Hiſpallus L. F. L. N. qui Cos. fuit ann.
DLXXVII. cum Q. Petillio Spurino. Ambo con-
ſules in magiſtratu mortui ſunt. *Scipionis* nomi-
ne baculum ſignificari Plautus docet: in hanc fa-
miliam id cognomen veniſſe ferunt, quod ſenex
cæcutiens, aut infirmus pro baculo uteretur filio.
III. Vidimus Coſſorum, & Scipionum ſtirpes: nunc
Lentulorum perſequamur. His varia cognomina ad-
duntur *Caudinus*, *Lupus*, *Sura*, *Spinther*, *Mar-
cellinus*, & ſi qua alia ſunt. Sexdecim Lentulos in-
venio conſecutos fuiſſe Pontificatum Maximum,
& Dictaturam ſemel, cenſuras quattuor, trium-
phos duos, ovationes duas, principatum ſenatus
I. bis, conſulatus ſexdecim. Primus L. Lentulus Coſ.
fuit cum Q. Publilio Philone II. ann. CDXXVI.
Dictator fuit poſt annos ſeptem rei gerundæ cauſſa.
Alter eſt Ser. Lentulus Cn. F. Cn. N. ut Verrio II.
placet: Coſ. fuit ann. CDL. cum L. Genucio A-
ventinenſi. Tertius L. Lentulus Ti. F. Ser. N. Coſ. III.
anno CCCCLXXVIII. cum Manio Curio Den-
tato III. triumphum egit de Samnitibus, & Luca-
neis Kalend. Mart. Quartus L. Lentulus Caudinus IV.
ſuperioris filius Coſ. cum Q. Fulvio Flacco anno
DXVI. Cenſor anno proximo cum Q. Lutatio
Cercone, qui in magiſtratu mortuus eſt, & Lentu-
lus abdicavit. Pontifex Max. fuit ann. DXXXII.
poſt L. Metellum. Hujus frater P. Lentulus Cau- V.
dinus L. F. Ti. N. Coſ. fuit cum C. Licinio Varo.
Succeſſor fratris fuit in conſulatu: quo anno Ludi
ſæculares tertii facti ſunt. Caudinus de Liguribus
Idib. intercal. triumphavit. Poſt hunc Cn. Lentu- VI.
lus L. F. L. N. Coſ. fuit cum P. Ailio Paito anno
DLII. Procoſ. ovans reverſus eſt ex Hiſpania Ci-
teriore poſt quinquennium. Hujus frater L. Lentu- VII.
lus Procoſ. ovans ex Hiſpania ann. DLIII. & anno
proximo Coſ. fuit cum P. Villio Tappulo. O-
ctavus P. Lentulus L. F. L. N. ſuperioris fi- VIII.
lius, ut creditur, Coſ. ſuffectus fuit cum Cn.
Domitio Ahenobarbo in locum P. Cornelii Sci-
pionis Naſicæ Optimi filii, & C. Marcii Figu-
li, qui vitio facti abdicarunt anno DCXI. Cen-
ſor fuit, ut quibuſdam placet, ann. DCXV. cum
Ap. Claudio Pulchro. Luſtrum non fecerunt.
Princeps ſenatus luſtro LIX. & LX. lectus eſt.
Avus hic P. Suræ fuit, ut ex Cicerone didicimus.
Nonus L. Lentulus Lupus Cn. F. L. N. ut Verrius IX.
teſtatur, Coſ. fuit cum C. Marcio Figulo anno
DXCVII. Cenſor cum L. Marcio Cenſorino poſt
novem annos fuit. Hic ille Lupus eſt, ut arbitror,
quem Lucilius vexat, qui eiſdem temporibus fuit,
eundemque poſt conſulatum damnatum fuiſſe lege
Cæcilia repetundarum: ac poſtea Cenſorem fuiſſe
Val. Max. lib. VI. cap. XI. ſcribit. Poſt hunc fra- X.
ter hujus Cn. Lentulus Coſ. fuit cum L. Mummio
anno DCVII. Undecimum alter Cn. Lentulus, cu- XI.
jus parentes ignoramus, Coſ. fuit anno DCLVI.
cum P. Licinio Craſſo. Duodecimus Cn. Lentu-
lus Cn. F. Clodianus Coſ. fuit cum L. Gellio Po- XII.
plicola ann. DCXXCI. Iidem Cenſores fuerunt
poſt biennium, luſtrum fecerunt LXVIII. Hic
Lentulus ex cognomine videtur a Clodia in Cor-
neliam familiam adoptione tranſiſſe, cujus rei in-
certa hiſtoria eſt, niſi forte primus Marcellinorum
fit. Tertiuſdecimus P. Lentulus Sura P. F. P. N. XIII.
Coſ. fuit anno proximo poſt ſuperioris conſulatum,
cum Cn. Aufidio Oreſte. Hujus pater naturalis
Manius Aquillius vir conſularis, & triumphalis
fuit, quem M. Antonius orator defendit a P. Len-
tulo Publii principis ſenatus filio adoptatus P. Cor-
nelii Lentuli nomen accepit. *Sura* dictus eſt, quod
Quæſturæ pecunia interverſa, cum rogaretur a L.
Sulla, cujus Quæſtor erat, *quam eſſet rationem
redditurus*, *præbebo*, inquit, *Suram*: illic enim
pueri, & tyrones peccantes percuti ſolebant. Id
ſignificat, qui dixit,

*Ferimur*, *inque vicem præbemus crura
ſagittis.*

Hic poſt conſulatum ſenatu motus a Cenſoribus
iterum magiſtratus eoſdem obtinuit, & Prætor ite-

rum fuit conſule Cicerone, & in conjuratione Catilinæ, cum C. Cethego, & Publio, ac Servio Sullis Servii filiis, qui omnes Senatorii ordinis Cornelii fuerunt, & equeſtris ordinis C. Cornelius fuit, detecta conjuratione coactus abdicare ſe Prætura interfectus eſt. Uxor Suræ Julia mater M. Antonii Triumviri, ſoror L. Cæſaris conſulis ann. DCXXCIX. cui ſucceſſit M. Tullius Cicero Coſ.

XIV. Quartuſdecimus P. Cornelius P. F. Lentulus Spinther Coſ. fuit cum Q. Cæcilio Metello Nepote, ſexto anno poſt Ciceronis conſulatum, quo anno ipſe Cicero ab exilio revocatus eſt. Cognomen Lentulus ab Spinthere hiſtrione, cui erat ſimilis, accepit, ut Valerius Maximus, & Plinius retulerunt. Procoſ. ex Cilicia triumphum egit ann.
XV. DCCII. Sequitur Cn. Lentulus Marcellinus P. F. Coſ. fuit cum L. Marcio Philippo anno proximo poſt ſuperioris conſulatum. Cicero in *Bruto* auctor eſt M. Marcellum veterem duorum filiorum patrem fuiſſe, quorum alter *Marcellus Æſerninus*, alter *P. Lentulus Marcellinus* appellatus ſit. Ab hoc Marcellini originem duxere, ex quibus hic
XVI. primus conſularis fuit. Poſtremus L. Lentulus Crus P. F. Flamen Martialis, qui ultimo anno libertatis reip. Rom. Coſ. fuit cum C. Marcello M. F. qui fuit urbis annus DCCIV. Huic uxorem fuiſſe Publiciam, ſocrum Semproniam invenio. Alios Lentulos conſulares, qui ſub Auguſto vixerunt poſtea referemus.

IV. Quartus hic locus poſtulat, ut de aliis Corneliis dicamus, qui cognominibus a ſuperioribus Coſſis, Scipionibus, & Lentulis diſtinguntur, ut Rufini, Sullæ, Cethegi &c. Rufini duos habuerunt Dictatorios, alterum bis conſularem, & Triumphalem. Nam P. Cornelius Rufinus Dictator rei gerundæ cauſſa dictus ann. CDXIX. M. Antonium Magiſtrum equitum dixit: ſed ambo vitio creati abdicarunt. Alter ejuſdem nominis ſuperioris filius fortaſſe, Coſ. fuit cum M. Curio Dentato ann. CDLXIII. Ambo conſules de Samnitibus triumpharunt. Iterum Coſ. poſt annos XIII. cum C. Junio Bubulco Bruto II. Dictator anno proximo, ſive quo alio: res enim obſcura eſt. Hic tamen fortiſſimus, ornatiſſimuſque vir a C. Fabricio, & Q. Aimilio Papo Cenſoribus ſenatu motus eſt, quod decem argenti facti pondo haberet: furacem fuiſſe jocus ille ejuſdem Fabricii in eum dictus oſtendit apud Ciceronem, cum is gratias ageret, quod cum conſulem feciſſet bello præſertim magno, & gravi: „ malui (inquit) compilari, quam venire, „ non eſt, quod gratias agas “. Ab hoc ortus eſt L. Cornelius Sulla, qui Sextus ab illo dicitur fuiſſe: cognomen mutaſſe majores dicuntur ob libros Sibyllinos, quibus interpretandis unus majorum præfuit, Decemvir ſacris faciundis: ab eo munere *Sibylla*, vel *Sibulla*, poſtea *Sulla*, vel *Sylla* dictus eſt: quamvis aliqui, quod flavo, comptoque capillos fuerit, ita appellatum aſſerant. P. Cornelius is dicebatur, Flamenque Dialis fuit, ut apud Gellium L. Sullam libro *rerum geſtarum* ſecundo ſcripſiſſe invenio. Duos ſolos conſulares invenio Sullas, quorum alter Coſ. deſignatus ambitus damnatus eſt, alter Sulla Felix, qui Dictator, bis conſul, ac triumphalis fuit. Vir fortis, ſed tyrannus, & ſanguinarius L. F. P. N. a Verrio appellatur. Quæſtor C. Mario conſuli Jugurthino in bello fuit; cumque Jugurtha deditionem feciſſet, a Sulla Mario datus eſt, quam ſpeciem in anulis, & nummis exprimendam curavit: unde initium partium, & multorum malorum ſeminarium exortum eſt. Tribus tamen trophæis poſtea uſum, quod etiam Pompejo Magno placuit, Dion refert. Conſul cum Q. Pompejo Rufo genero patre fuit anno DCLXV. cum bellum Mithridaticum ſuſcepiſſet, contentione orta inter C. Cæſarem L. F. Strabonem, & P. Sulpicium adoleſcentes diſertos, provincia conſularis C. Mario ex lege Sulpicii tribuitur. Hinc maximum ortum inter Marianos, & Sullanos bellum civile. Victor Sulla in Aſiam profectus eſt. Ubi fortem ſe, atque felicem multis, magniſque rebus geſtis oſtendit. Inde reverſus Samnites ad internicionem delevit, Marianos occidendos, proſcribendoſque curavit. Dictator ab Interrege L. Valerio Flacco Reip. conſtituendæ lungo intervallo Dictaturæ nomine inaudito, dictus eſt: ann. DCLXXI. anno proximo triumphum per biduum egit ex Græcia, Aſia, Ponto, & rege Mithradate IV. & III. Kal. Febr. In ſequentem annum Coſ. deſignatus eſt cum Q. Cæcilio Metello Pio. Altero poſt conſulatum anno ſe Dictatura abdicavit: quod C. Cæſar reprehendere ſolebat, ac dicere eum *magiſtrum populi*, ſic enim veteres Dictatorem appellabant, litteras neſciſſe, non quod Sulla indoctus eſſet, ſed quod tyrannorum jura, ſive artem tyrannidis retinendæ, quas litteras reconditas appellabat, ignoraret. In quibus illud erat ex Euripide, *Si violandum jus eſt, regnandi cauſſa* &c. in quo Cæſar a Cicerone jure notatur. Uxores L. Sullæ quinque fuerunt, Ilia prima, ex qua filiam ſuſcepit, Ælia ſecunda, tertia Cælia, quam ut ſterilem repudiavit; quarta Cæcilia L. Metelli Delmatici filia, quæ parum pudica credita eſt, geminorum Fauſti, & Fauſtæ mater; hæc prius M. Æmilio Scauro principi Senatus nupſerat, ex qua filium, & filiam ſuſceperat. Quincta uxor Valeria Meſſallæ filia Q. Hortenſii ſoror, ex qua Poſtuma nata eſt. Fauſtus Pompejam Cn. Magni filiam duxit, Fauſta nupſit T. Annio Miloni, cum qua C. Salluſtius Criſpus hiſtoricus deprehenſus loris cæſus eſt, altera Fauſta, ſive eadem nupſit C. Memmio, ex qua C. Memmius natus eſt, & ab eo repudiata nupſit C. Apronio Limoni. Alia Sullæ filia nupſit Q. Pompejo Rufo, Q. Rufi, de quo ſupra diximus, filio, ex qua Q. Rufus Tr. Pl. & Pompeja C. Cæſaris Dictatoris uxor, quam P. Clodius adamavit, procreati ſunt. Alter Sulla conſul deſignatus P. Cornelius Ser. F. L. N. appellatus, filius fratris Felicis Dictatoris cum L. Autronio Pæto damnatus eſt ambitus: in eorum locum accuſatores ſucceſſerunt, L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus anno DCXXCVIII. Hunc defendit Cicero in oratione, quæ *pro P. Sulla* inſcribitur. Accuſabat L. Torquatus Lucii, de quo dictum eſt, filius Sullam cum Autronio, & Catilina conjuraſſe: eum in conjuratis cum fratre Servio nominat Criſpus Salluſtius, Cicero negat ullam umquam de eo ſuſpicionem habuiſſe: ſed vixiſſe Neapo-

po-

UNED

poli otioſum. Sullas ſequantur Cethegi, ex quibus quattuor conſulares, totidem conſulatus, cenſuras duas, duos etiam triumphos obtinuerunt. Primus M. Cethegus M. F. M. N. cum P. Sempronio Tuditano Cenſor fuit ann. DXLIV. luſtrum fecerunt XLIV. cum neuter conſul fuiſſet. Nam conſules fuerunt quadriennio poſt. Hic *ſuaviloquens* appellatur ab Ennio. Alter C. Cethegus L. F. M. N. Cos. fuit cum Q. Minucio Ruſo ann. DLVI. triumphum egit de Inſubribus, & Cœnomaneis Galleis. Cenſor triennio poſt fuit cum Sex. Ailio Paito Cato: luſtrum fecerunt XLVII. Tertius P. Cethegus L. F. P. N. Cos. fuit cum M. Bæbio Tamphilo ann. DLXXII. anno proximo Procos. triumphavit de Liguribus. Quartus M. Cornelius C. F. C. N. Cethegus Coſ. fuit cum L. Anicio Gallo ann. DXCIII. Si quis horum parentes conjungere velit, quos M. Verrius Flaccus diligenter enumerat, vix ullam propinquitatem eliciat exceptis duobus prioribus, quos fratres patrueles eſſe idem prænomen avi oſtendit. Quartus ſecundo conjungetur, ſi ejus nepotem fuiſſe credideris. Ita fiet, ut Marcus ſit pater Marci, & Lucii, ſecundus Marcus pater Marci Cens. & Cos. Lucius vero pater Caii conſularis, hic Cajus Caii pater ſit, & Caii conſularis avus. Si tertium addere velis, fingendus eſt aliquis ex parentibus Marci Cenſorii habuiſſe etiam Publium filium, qui pater Lucii fuerit, Lucium Publii conſularis patrem.

De Merulis pauca dicenda, duos enim ſolos conſulares inveni, quorum alter Flamen Dialis fuit. L. Cornelius L. F. Merula ann. DLX. Cos. fuit cum Q. Minucio Thermo. Alter ejuſdem nominis Flamen Dialis Coſ. ſuffectus fuit L. Cornelio Cinnæ, cui imperium abrogatum eſt, collega Cn. Octavius occiſus eſt, & ipſe Merula Cos coactus a Marianis ſibi manus intulit ann. DCLXVI. Dolabellæ ſex, conſulatus quinque, triumphos tres obtinuerunt. Primus P. Cornelius Dolabella Maximus Cos. fuit cum Cn. Domitio Calvino ann. CDLXX. triumphum egit de Etruſceis, & Galleis Senonibus. Alter Cn. Dolabella Cn. F. Cn. N. Cos. fuit cum M. Fulvio Nobiliore ann. DXCIV. Tertius Cn. Dolabella Cos. ſuffectus, ut quidam arbitrantur, L. Caſſio Longino, qui a Gallis occiſus eſt ann. DCXLVI. Alter conſul C. Marius fuit, qui poſtea ſepties conſul appellatus eſt. Hunc putant quidam Aſconium in *Verrinis*, atque alibi ſecuti a M. Æmilio Scauro fuiſſe accuſatum, & damnatum: ſed mihi non fit veriſimile, de eo Ciceronem in *Verrinis* locutum; cum ſi de patre Scauro loquimur, jam Scaurus mortuus erat, cum Verres Prætor, aut Quæſtor fuit; ſi de filio, non hic Dolabella eſt, de quo Cicero in *Prætura urbana* lib. III. *in Verrem* ait Verrem defendiſſe legatum Proquæſtore ſuum. Additque: „ Nemo jam Dolabella, neque tui, neque „ tuorum liberorum, quos tu miſeros in egeſtate, „ atque in ſolitudine reliquiſti, miſereri po„ teſt “. Ille Dolabella Carbonis ſucceſſor in conſulatu fuit, hic XXV. annis antiquior eſt. Quartus L. Dolabella L. F. L. N. quincto Kalend. Feb. ann. DCLV. Procoſ. ex Hiſpania ulteriore de Luſitaneis triumphum egit. Quinctus Cn. Dolabella, de quo Ciceronem locutum eſſe dicebamus: is Coſ. fuit cum M. Tullio Decula ann. DCLXXII. Procoſ. quadriennio poſt ex Macedonia triumphum egit. Sextus eſt P. Dolabella P. F. P. N. gener Ciceronis, qui C. Cæſari Coſ. V. Idib. Martiis interfecto ſuffectus eſt ann. DCCIX. collega eorum M. Antonius. Hic modo laudatur, modo vituperatur a Cicerone: quod enim egerat adverſus eos, qui columnam Cæſari ſtatuerant, aut contra M. Antonium, effert ſummis laudibus, quod vero contra Trebonium, aut alios percuſſores Cæſaris maxime vituperat. Hoſtis judicatus eſt occiſo Trebonio, iſque paullo poſt a Caſſio obſeſſus ſe ipſum interfecit.

Cinnæ duo conſulatus obtinuerunt quinque. Nam L. Cornelius L. F. Cinna Coſ. fuit cum L. Caſſio Longino Ravilla ann. DCXXVI. Hujus, ut creditur, filius Coſ. Cn. Octavio poſt annos XL. a collega urbe expulſus cum C. Mario urbem ingreſſus, & collegam, & qui ei ſuffectus fuerat, L. Merulam occidit: triennio conſulatum continuavit: collegam habuit in ſecundo conſulatu C. Marium Septimum conſulem, quo Idib. Jan. mortuo L. Valerius Flaccus ſuffectus eſt. In tertio, & quarto Cn. Papirius Carbo collega fuit. In hoc quarto Cinna ſeditione orta ſe conſulatu abdicavit, & ab exercitu ſuo occiſus eſt. Solus Carbo ſine collega Coſ. fuit. Cinnæ filii fuerunt L. Cinna & Cornelia C. Cæſaris Dictatoris uxor, ex qua Juliam procreavit Cn. Pompeii Magni uxorem. Hanc ita adamavit Cæſar, ut magno periculo eam retinuerit invito L. Sulla Dictatore. Nunc de Merenda, & Blaſione, quos conſulares fuiſſe ſcimus a ſuperioribus ſeparatos, dicendum eſt. Ser. Cornelius Merenda Coſ. fuit ann. CDLXXIX. cum M. Curio Dentato IV. Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blaſio Coſ. fuit cum C. Genuſio Clepſina II. poſt quadriennium a ſuperiore. Triumphum egit de Saſſinatibus. Cenſor fuit cum C. Marcio Rutilo Cenſorino II. quinquennio poſt conſulatum. Luſtrum fecerunt XXXV. Iterum conſul fuit ann. CDXCVI. cum C. Atilio Regulo. Sine cognomine ullo Cornelios aliquot invenio. Nam Servio Tullio Rege Cornelius ſacerdos fuit, & Ser. Cornelius Flamen Quirinalis mortuus eſt anno urbis CCC. & A. Cornelius Quæſitor de falſo fuit anno ſexto ante eum annum, ut Livius teſtatur. P. Cornelius Trib. Mil. fuit ann. CCCLXIV. Alter ejuſdem nominis quadriennio poſt, C. Cornelius ann. CCCLXVII. Hæc tempore libertatis Reip. Romanæ. Poſtea ante Auguſti mortem hos conſulares invenio. Lentuli ſeptem totidem conſulatus triumphalia ornamenta duo obtinuerunt. Namque eodem anno P. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus, & Cn. Cornelius L. F. Lentulus conſules fuerunt ann. DCCXXXVI. & Cn. Cornelius Cn. F. Lentulus Augur poſtea *Getulicus* dictus Coſ. fuit cum M. Licinio Craſſo poſt quattuor annos. Hic legatus Auguſti triumphalia ornamenta accepit de Getuleis ex Africa anno DCCLIX. & ann. DCCL. Cn. Cornelius Lentulus L. F. Flamen Martialis Coſ. fuit cum M. Valerio Meſſallino Cotta. Et biennio poſt Coſſus Corne-

nelius Cn. F. Lentulus poſtea *Iſauricus* dictus Coſ. fuit cum L. Calpurnio Piſone Augure. Hic etiam legatus Aug. ann. DCCLIX. triumphalia accepit de Iſaureis ex Cilicia. Eodem anno P. Cornelius Cn. F. Lentulus Scipio ex Kaled. Jul. Coſ. fuit cum T. Quinctio Criſpino Valeriano. Nec non anno DCCLXII. ex Kalend. Jul. Ser. Cornelius Cn. F. Cn. N. Lentulus Maluginenſis Flamen Dialis Coſ. fuit. *Scipionis* cognomine unum reperio P. Cornelium P. F. P. N. qui Coſ. fuit cum L. Domitio Ahenobarbo ann. DCCXXXVII. Sulla quoque unus eſt L. Cornelius P. F. qui collega Auguſti fuit in XII. conſulatu ann. DCCXLVIII. & VII. vir epulonum. Hunc credunt aliqui P. Sullæ Coſ. deſ. fil. qui Ser. filius fuit. Cinna unus L. Cinnæ quater conſulis nepos Cn. Cornelius L. F. L. N. Cinna Magnus Coſ. fuit cum L. Valerio Meſſalla Voluſo ann. DCCLVII. Dolabella unus P. Cornelius P. F. P. N. Coſ. fuit ann. DCCLXII. cum C. Junio Silano Flamine Martiali. Ipſe Septemvir epulonum, & ſodalis Titienſis fuit. Præter hos, qui ex veteribus nobiliſſimis familiis patricii fuerunt, reperio Balbos Cornelios conſulares, quorum origo Gaditana. Primus Balbus a Cn. Pompejo civitatem Romanam accepit, de qua poſtea periclitatus eſt, & defenſus a Cicerone. Hujus filius, ut arbitror, Coſ. ſuffectus fuit, primus ex provinciis ad Oceanum conſtitutis, ut Plinius animadvertit, L. Cornelius L. F. Balbus cum P. Canidio Craſſo ann. DCCXIII. Alter Balbus fuit L. Cornelius P. F. qui Procoſ. ex Africa VI. Kal. April. ann. DCCXXIV. triumphavit. Hunc exiſtimo Coſ. ſuffectum fuiſſe ante annos XIII. cum Paullo Æmilio Lepido ex Kal. Juliis: quamvis *Balbi* nomen in faſtis deſit. Quod ſi non is eſt, inter eos, qui ſine cognomine Cornelii fuerunt, collocetur. Julius Capitolinus auctor eſt D. Cælium Balbinum, qui cum M. Clodio Pupieno Maximo Imperator factus eſt, adverſus Maximinum Imperatorem, patricium, nobiliſſimumque fuiſſe, quod originem ſuam a Cornelio Balbo Theophane deduceret. Theophanem Pompeii Magni libertum fuiſſe credo, aliumque a Cornelio Balbo: propinquum tamen fuiſſe indicat Cicero in oratione *pro Balbo*, & ab eodem Theophane adoptatum. Recte igitur idem Theophanes *Balbus* dici potuit. *Balbinos* vero a Balbis dictos veriſimile eſt. Itaque potuit aliquis Cornelius Balbus a Cælio adoptatus *Cælius Balbinus* dici, ut Claudius Marcellus a Lentulo adoptatus *Cornelius Lentulus Marcellinus* dictus eſt. Poſt Auguſtum, & ante Veſpaſianum Imp. adhuc retinuerunt antiqua cognomina hi conſulares. Ser. Cornelius Ser. F. Cethegus Coſ. ann. DCCLXXV. cum L. Viſellio Varrone. Coſſus Lentulus Coſſi F. Cn. N. Iſauricus cum M. Aſinio Agrippa Coſ. anno ſequenti. Cn. Lentulus Cn. F. Cn. N. Getulicus cum C. Calviſio Sabino Coſ. anno proximo. L. Cornelius L. F. P. N. Sulla Coſ. cum Ser. Sulpicio Galba, qui poſtea *Auguſtus* appellatus eſt anno urbis DCCLXXXV. quo anno JESUS CHRISTUS Dominus noſter cruci affixus eſt. Superiores ſub Ti. Cæſare Imp. fuerunt. Ser. Cornelius Scipio Orfitus collega Ti. Claudii Imp. in V. conſulatu ann. DCCCIII. Ab hoc plures Orfiti conſulares. P. Cornelius L. F. L. N. Sulla Fauſtus cum L. Salvio Othone patre Imp. Othonis Coſ. anno ſequenti. Eodem anno ex Kal. Juliis ſuffectus eſt L. Sulla frater conſules ordinarii cum M. Licinio Craſſo Muciano, ſub eodem Ti. Cl. Imp. Sub Nerone P. Scipio P. F. Coſ. fuit cum Q. Voluſio Saturnino ann. DCCCVIII. Coſſus Cornelius Coſſi F. Coſſi N. Lentulus collega fuit Neronis Imp. in IV. conſulatu ann. DCCCXII. P. Cornelius P. F. Scipio Aſiaticus Coſ. ex Kal. Sept. ann. DCCCXX. cum C. Bellico Natali ſub Galba Imp. At homo novus Cornelius Laco Præf. Præt. a Ti. Cl. Aug. triumphalia ornamenta accepit ann. DCCXCVII. de Britanneis. A Veſpaſiano ad Gallienum Imp. unum Scipionem Aſiaticum, plures Scipiones Orfitos, ceteros Cornelios variis cognominibus conſulares appellatos invenio. Omnes temporum ordinem ſecutus referam. C. Priſcus ſub Veſpaſiano Coſ. fuit cum L. Cejonio Commodo Vero avo L. Ælii Cæſaris, quem Hadrianus Imp. adoptavit: annus conſulatus fuit DCCCXXX. Alter Cornelius Priſcus cum Pompejo collega poſt XV. annos Coſ. ſub Domitiano Imp. Poſt hunc P. Cornelius Tacitus hiſtoricus Coſ. ſuffectus T. Verginio Rufo III. qui recuſavit occiſo Vindice imperium, collegæ Nervæ Aug. in tertio conſulatu an. DCCCXLIX. Ab hoc Tacito Imp. M. Claudius Tacitus gloriabatur ſe originem ducere, ejus libros ſæpius quotannis deſcribi, & in omnibus bibliothecis conſervari juſſit. Eodem anno M. Cornelius Fronto II. Coſ. cum Fabio Poſtumo ex Kal. Juliis: Coſ. III. fuit cum Imp. Trajano III. Coſ. poſt triennium. Hujus filius M. Cornelius Fronto orator, & Coſ. magiſter fuit Imperatorum Antonini, & Lucii, ejus etiam nepos Fronto Coſ. fuit, qui ex Aufidia Aufidii Victorini bis Præfecti urbis, & conſulis filia M. Aufidium Frontonem procreavit. A. Cornelius Palma bis conſul fuit ſub eodem Trajano. Namque anno DCCCLI. cum C. Soſio Senecione II. & decennio poſt cum C. Calviſio Tullo II. occiſus eſt ab Imp. Hadriano. Cornelius Scipio Orfitus ex Kal. Mart. Coſ. ſuffectus ann. DCCCLIII. Sub Hadriano Imp. P. Cornelius P. F. Scipio Aſiaticus II. Coſ. cum Q. Vettio Aquilino ann. DCCCLXXVII. Prioris conſulatus tempus incertum eſt. Ser. Cornelius Scipio Orfitus Coſ. fuit cum Q. Nonio Priſco anno CMI. ſub Pio Imp. L. Cornelius C. F. Gal. Celſus Coſ. fuit ſub Marco, & Lucio fratribus Impp. cum C. Julio Macrino ann. CMXVI. Ejuſdem cognominis Auguſti tempore Cornelius Celſus *de rhetorica*, *de re medica*, *de agricultura*, & *de re militari* ſcripſit elegantiſſime. Cornelius Scipio Orfitus, & Servilius Pudens conſules fuerunt anno ſequenti. Alter Scipio Orfitus cum Cl. Maximo Coſ. fuit anno CMXXIV. ſub Marco Imp. Tertius Orfitus poſt annos ſex Coſ. cum Vettio Rufo ſub eodem Marco, & Commodo Imp. P. Cornelius Anullinus II. Coſ. fuit cum M. Aufidio Frontone ann. CMLI. ſub Severo, & Antonino Imp. Alterius conſulatus tempus ignoratur. Alter Anullinus, qui Coſ. fuit cum Q.

Aquillio Sabino II. ſub Caracalla Imperat. anno CMLXVIII. non *Sex. Cornelius* P. F. appellatur, ut quidam ſcripſerunt, ſed Sex. Aurelius Anullinus ex tubulo aquæ Marciæ. Pervenimus ad P. Licinium Gallienum Imp. cujus uxor *Cornelia Ballonia Auguſta* appellata eſt. Filii vero *P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus Cæſar*, & *Q. Julius Licinius Saloninus Gallienus Cæſar*. Sed Valerianus Cæſar ſex annis ante patrem, Gallienus Cæſar cum patre occiſi ſunt. Poſt hæc tempora unum tantum conſularem inveni P. Cornelium Anullinum Cos. ſuffectum ex Kal. Jul. occiſum a Maxentio Cæſ. ann. MLVII. ſub Conſtantio Sen. & Galerio Maximiano Impp.

### DOMITIA.

DOMITIA plebeja gens conſulares viros, & Cenſorios aliquot habuit, aliiſque honoribus, & Sacerdotiis uſos, qui eam nobilem reddiderunt. In duas ſtirpes Calvinorum, & Ahenobarborum diſtinguitur. Calvini tres, quattuor conſulatus Cenſuram, & Triumphum, & Magiſterium equitum deſtinatum aſſecuti ſunt. Primus Cn. Domitius, ſive Cajus Cos. fuit cum A. Cornelio Coſſo Arvina II. anno CCCCXXII. Alter Cn. Calvinus ſuperioris, ut creditur, filius Cos. fuit anno CDLXX. cum P. Cornelio Dolabella Maximo. Cenſor triennio poſt cum Q. Fabio Maximo Gurgite: luſtrum fecerunt XXXII. Calvinus plebejus Cenſor primus luſtrum condidit. Tertius longo intervallo Cn. Domitius M. F. M. N. Cos. fuit cum M. Valerio Meſſalla ann. DCC. Notatum in faſtis eſt poſt VIII. annos, hunc in inſequentem annum deſignatum non iniiſſe, ſed an de Magiſterio equitum, vel de conſulatu dictum ſit, incertum eſt. Iterum conſul fuit cum C. Aſinio Pollione ann. DCCXIII. Triumphum egit ex Hiſpania XVI. Kal. Sextil. poſt quattuor annos ſub Auguſto Cæſare. Præter hos invenio C. Domitium Cn. F. Calvinum Ædilem Curulem fuiſſe cum Sp. Carvilio Q. F. Maximo ann. CDLIV.
Ahenobarbi novem, totidem conſulatus, cenſu-
ras duas, triumphos totidem, triumphalia orna-
menta, & Pontificatum Maximum ſemel obti-
nuerunt. Hos patriciis allectos Suetonius appel-
I. lat. Primus Cn. Domitius L. F. L. N. L. Pron.
Cos. fuit anno DCLXI. cum L. Quinctio Fla-
II. minino. Hujus filius Cn. Domitius Cn. F. L. N.
cum P. Cornelio Lentulo ſuffectus eſt in locum
P. Scipionis Naſicæ Corculi, & C. Marcii Fi-
guli trigeſimo poſt ſuperioris conſulatum anno.
III. Hic etiam Augur fuit. Tertius ſuperioris filius
Cn. Ahenobarbus Cn. F. Cn. N. Cos. fuit ann.
DCXXXI. cum C. Fannio C. F. Strabone. Hunc
atavum Neronis Imp. Suetonius appellat. Procos.
triumphum egit de Galleis Arverneis: anno pro-
ximo, vel biennio poſt. Cenſor fuit cum L. Me-
tello Calvo anno DCXXXVIII. luſtrum fecerunt
LXII. acerba duorum plebejorum cenſura fuit,
IV. duos & triginta ſenatu moverunt. Quartus Cn.
Domitius Cn. F. Cn. N. ſuperioris filius Cos. fuit
cum C. Caſſio Longino ann. DCLVII. cenſor
poſt quadriennium cum L. Licinio Craſſo orato-
re: luſtrum fecerunt LXVI. Idem Craſſus parum
ſos

collegæ benivolus dicere ſolebat, non mirum ſi barba ahenea eſſet, cui os ferreum, cor plumbeum eſſet. Pontifex Maximus fuit ann. DCLI. Hic tribunus plebis, quod in locum patris alium Augures cooptaſſent, jus ſacerdotum ſubrogandorum a collegiis ad populum tranſtulit. Hunc avunculum Q. Catuli minoris fuiſſe Cicero ſignificat. Paterculus eam legem tuliſſe ait C. Mario III. Cos. ann. DCL. Idem diem dixit M. Æmilio Scauro ad populum, quod ſacra multa ejus opera deminuta eſſe diceret: cumque ſervus Scauri indicium profeſſus ad eum veniſſet, comprehendi juſſit, & ad Scaurum deferri. Hunc
Cicero ſe puerum vidiſſe refert conſulem, Cenſo-
rem, ac Pontificem Max. Quintus L. Domitius V.
Cn. F. Cn. N. frater ſuperioris Coſ. fuit cum C.
Cælio Caldo ann. DCLIX. Sextus L. Ahenobar- VI.
bus Cn. F. quem Suetonius abavum conſtituit Ne-
ronis Imperat. aitque cum Prætor eſſet, Cæſarem
abeuntem conſulatu ad diſquiſitionem ſenatus vo-
caſſe: conſulem e Gallia revocare temptaſſe: tan-
dem ſucceſſorem a Senatu eundem Domitium da-
tum fuiſſe, ſed captum a Cæſare Corfinii, ac libe-
ratum Maſſilienſes labentes confirmaſſe, & in acie
Pharſalica occidiſſe. Ejus conſulatus fuit anno
DCXCIX. cum Ap. Claudio Pulchro. Uxor ejus
Porcia M. Catonis ſoror germana. Septimus Cn. VII.
Domitius L. F. Cn. N. ſuperioris filius: Coſ. fuit
cum C. Soſio ann. DCCXXI. ſub Auguſto. Hunc
maxime laudat Suetonius, damnatum lege Pedia,
ut Cæſaris percuſſorem, ſed inſontem, Bruti &
Caſſii partes ſecutum, & poſt eorum interitum
claſſem retinuiſſe, eamque poſtea tradidiſſe M. An-
tonio, reſtitutum in patria ampliſſimos honores
aſſecutum. Iterum oborta diſſenſione cum Antonio
fuiſſe legatum, ſed poſtea reverſum ad Cæſarem
Auguſtum. Triumphum egi Procoſ. ex Hiſpania
poſt conſulatum anno proximo. Octavus L. Domi- VIII.
tius Cn. F. L. N. ſuperioris filius. Hic conſul fuit
cum P. Cornelio Scipione ann. DCCXXXVII.
Avus hic Neronis Imp. aurigandi artem, atque ſævitiam eidem reliquit. Triumphalia ornamenta ex Germanico bello tulit, ann. DCCXLVII. legatus Imperat. Cæſ. Aug. Uxor Antonia major M. Antonii Triumviri, & Octaviæ majoris ſororis Auguſti filia. Ex ea ſuſcepit Cn. Domitium Ahenobarbum Neronis patrem, quem ex Agrippina Germanici, & Agrippinæ filia procreavit. Confeſſus eſt pater nato Nerone, nihil ex ſe, & Agrippina poſſe, niſi deteſtabile procreari. Cum verba Suetonii cum faſtis Verrii confero, magnam video varietatem. Nam Suetonius ſeptem conſulares, Verrius novem enumerat: Suetonius poſt tres Lucios tres Cnaeos, ceteros varie Lucium, & Cn. alternando conſtituit. Verrius duobus tribuſve Luciis quattuor Cnæos duo Lucios ſtatuit, ceteros alternando variat. Suſtuliſſe videtur Suetonius quartum Cnæum, & quartum Lucium, Calvinorum fortaſſe familiæ eſſe exiſtimans. Cenſura tamen erit alteri addenda, cum Suetonius duos Cenſorios in his ſeptem enumeret. Paterculus ſeptem ante Cn. Neronis, ut arbitror, patrem ait fuiſſe ſingulos parentibus ſuis natos, conſulares, ſacerdotes, & pene omnes triumphales. Sed, ut hoc, quod de trium-
phis

phis dicit falſum eſt, ita cetera falſa eſſe poſſunt. Pater Neronis conſulatum geſſit cum A. Vitellio patruo A. Vitellii Imperat. ann. DCCLXXXIV. ſub Ti. Cæſare Aug. Paullo poſt Cn. Domitius Cn. F. Corbulo Coſ. ſuffectus fuit ex Kalend. Febr. ann. DCCXC. ſub Caligula Imperat. eidem poſt decennium ornamenta triumphalia data ſunt de Chauceis ex Germania legato Ti. Cl. Imp. Anno proximo poſt ſuperioris conſulatus annum Coſ. fuit Cn. Domitius Sex. F. Afer cum Q. Curtio Ruſo ex Kalend. Juliis ſub Caligula Imp. A Veſpaſiano ducta eſt Fl. Domitilla Fl. Liberalis filia, ex qua Titum, & Domitianum poſtea Imperatores, & Domitillam ſuſcepit: & uxorem & filiam adhuc privatus amiſit. Domitianus matris nomen videtur accepiſſe, ut pater Veſpaſianus a Veſpaſia Polla matre dictus eſt. Domitiani uxor Domitia Longina, quæ Ælio Lamiæ nupſerat, poſtea *Auguſta* appellata eſt. Poſt hæc tempora ante L. Domitium Aurelianum Imp. duos tantum conſulares invenio. Domitium Apollinarem, qui cum Fabricio Vejentone Coſ. ſuffectus fuit ex Kal. Jul. anno DCCCXLIX. ſub Nerva Imp. & C. Domitium Dextrum, qui in ſecundo conſulatu collegam habuit L. Valerium Meſſallam Thraſiam Priſcum ann. CMXLVIII. ſub Severo Imp. Prioris conſulatus tempus ignoratur. Imp. L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus humili genere Sirmii, vel in Dacia Ripenſi natus Pont. Max. Tr. Pot. V. Coſ. III. Imp. III. occiſus eſt, filiam reliquit, ex qua ſenator Aurelianus, & alii orti ſunt. Poſt hunc Imp. neminem conſularem uno excepto reperi, Domitio ſive Dometio Leontio, qui cum Salluſtio Coſ. fuit ann. MXCV. ſub filiis Conſtantini Max.

### Fabia.

Fabia familia patricia majorum, ut opinor, gentium, quæ clariſſimos viros habuit, & omni honorum genere ornatiſſimos: in ſex ſtirpes dividitur, quarum tres frequentes ſunt Vibulanorum, Ambuſtorum, & Maximorum: tres minus frequentes Dorſonum, Pictorum, & Buteonum. Vibulani ſeptem conſulatus obtinuerunt XIV. Tribunatus Militares conſulari poteſtate V. Decemviratum legibus ſcribendis bis, triumphum, &
I. ovationem ſemel. Primus Q. Fabius K. F. Vibulanus conſul fuit anno CCLXVIII. cum Ser. Cornelio Maluginenſi Coſſo. Hujus pater Kæſo, ſive Cæſo Quæſtor perduellionis fuerat proximo anno. Iterum Coſ fuit cum C. Julio Julo triennio poſt priorem conſulatum: biennio proximo occiſus eſt.
II. Hujus frater K. Fabius Coſ. fuit cum L. Aimilio Mamercino anno proximo poſt priorem fratris conſulatum. Iterum Coſ. fuit anno proximo poſt poſterioris conſulatus fratris annum cum Sp. Furio
III. Medullino Fuſo. Tertio conſul fuit an. CCLXXII. cum T. Verginio Tricoſto Rutilo. Superiorum frater M. Fabius conſul fuit proximo anno poſt primi conſulatus Kæſonis fratris annum cum L. Valerio Voluſo Potito. Iterum conſul fuit proximo anno poſt ſecundi conſulatus ejuſdem fratris annum cum Cn. Manlio Vulſone. Ita factum eſt, quod nunquam amplius evenit, ut tres fratres ſeptem annis ſemper conſulatus obtinuerint. Biennio tamen poſt, ſive anno proximo CCCVI. Fabii cum familiis, & clientibus ad Cremeram cæſi ſunt a Vejentibus, diem atrum, & portam Carmentalem, qua exierunt, *ſceleratam* Romani vocaverunt. Falſumque eſt, unum tantum impuberem domi relictum, idque jure reprehendit Dionyſius.
Poſt horum cædem Q. Fabius M. F. K. N. conſul IV.
fuit ann. CCLXXXVI. cum Ti. Aimilio Mamercino II. & iterum conſul cum T. Quinctio Capitolino Barbato III. biennio poſt fuit, & in conſulatu luſtrum fecerunt IX. nondum ad id munus Cenſoribus creatis. Tertium conſul cum L. Cornelio Maluginenſi Coſſo ſexto poſt ſuperiorem anno, luſtrum etiam fecerunt X. & triumpharunt Fabius Nonis Maii de Æqueis, Coſſus IV. Idus de Volſceis Antiatibus. Quartum conſulatum obtinuit ſuffectus L. Minucio Augurino, cujus collega fuit C. Nautius Rutilus II. anno proximo poſt tertium conſulatum. Decemvir legibus ſcribendis fuit ann. CCCIII. Iterumque anno proximo, ſed cum ceteris legibus XII. tabularum conſcriptis abdicavit.
Hunc ſecutus eſt M. Vibulanus filius Coſ. fuit ann. V.
CCCXI. cum Poſtumo Æbutio Helva cornicine. Tribunus militum poſt annos IX. cum M. Foſſio
Flaccinatore, & L. Sergio Fidenate. Sextus Q. Vi- VI.
bulanus ſuperioris frater Coſ. fuit cum C. Sempronio Atratino anno CCCXXX. Septennio poſt
Trib. Mil. fuit. Iterumque poſt biennium. Septi- VII.
mus Numerius Vibulanus ſuperiorum frater Q. F. M. N. Coſ. fuit cum T. Quinctio Capitolino Barbato ann. CCCXXXII. ovans de Æqueis reverſus eſt. Trib. Mil. fuit poſt ſex annos inter duos Quincti fratris Tribunatus. Iterum Tribunus ann. CCCXLVI. De hujus Fabii prænomine multi ſcripſerunt, cum Fabium, qui occiſis CCCVI. ſuperſtes fuit, duxiſſe filiam Numerii Otacilii Maleventani viri locupletis ea condicione, ut qui primus naſceretur, prænomen avi ferret, natoque filio *Numerium Fabium* eum eſſe appellatum, nec ullumque patricium antea eo nomine vocatum eſſe. Ego hunc aliis fratribus minorem fuiſſe credo, cum poſt eos fuerit magiſtratus aſſecutus. Vibulanos ſequuntur Ambuſti, Ambuſtos Maximi. Ambuſti duodecim obtinuerunt Pontificatum Maximum, & Dictaturas duas, Principatus ſenatus tres, Magiſteria equitum tria, Cenſuras duas, triumphum, & ovationem, Conſulatus V. Tribu-
natus militares IX. Primus Q. Fabius Ambuſtus, I.
quem putant M. F. Q. N. fuiſſe, ut Numerium, & Keſonem Ambuſtos, quos hujus fratres fuiſſe arbitrantur. Quæ ſi vera ſunt, addamus horum patrem fuiſſe M. Vibulanum, de quo ſupra diximus. Ita Vibulanos Ambuſtis conjungemus. Illud certum eſt Q. Ambuſtum Coſ. fuiſſe cum C. Furio Pacilo ann. CCCXLI. Interrex anno proximo fuerat, quod ſolis patriciis conceſſum eſt, & ſi ceteri Magiſtratus poſtea plebeiis fuerint communi-
cati. N. Ambuſtus poſt hunc Trib. Mil. fuit ſexto II.
poſtea anno. Hunc Verrius affirmat fuiſſe M. F.
Q. N. Tertius K. Ambuſtus ſuperioris frater Trib. III.
Mil. fuit biennio poſt ſuperiorem. Iterumque poſt
tres annos, & tertio ann. CCCLVIII. Tres poſt- IV. V.
ea fratres Q. K. M. Fabii M. F. cum legati ad Gal- VI.
los

los Cluſium obſidentes de pace miſſi eſſent, Cluſi-
nis opem tulerunt: Gallos irritarunt, ut arma
contra urbem Romam moverent: prœlio ad Al-
liam victores urbem ingreſſi ſunt: tres Fabii Tribu-
ni Militum eodem anno CCCXLIII. proximo
anno occiſi ſunt. Hos Marci nepotes eſſe quidam
ſuſpicantur, ut ſint Q. pronepotes: nati ex fratre
VII. ſuperiorum. Sequitur M. Ambuſtus K. F. M. N.
Tribunus Mil. fuit ann. CCCLXXII. Iterumque
poſt XXI. anno: ac Cenſor anno CCCXC. cum L.
Furio Medullino, luſtrum fecerunt XX. Hunc, ſi-
ve alium M. Ambuſtum conſtat Pont. Max. fuiſ-
ſe anno CCCLXIII. cum capta urbs fuit, fortaſ-
ſe is eſt, cujus eo anno tres filii Tribuni militum
fuerunt. Hujus vero M. Cenſorii duæ filiæ Fabia
Major nupta Ser. Sulpicio Prætextato patricio.
Minor C. Licinio Calvo Stoloni plebejo occaſio-
nem præbuerunt petendi conſulem plebejum, quod
exercuit multos annos civitatem Romanam. Ejuſ-
VIII. dem fortaſſe filius fuit C. Ambuſtus, qui Coſ. fuit
IX. ann. CCCXCV. cũ C. Plautio Proculo. Nonus M.
Ambuſtus ter conſul fuit. Hunc Verrius M. F.
M. N. appellat: primo conſulatu ejus collega fuit
C. Pœtelius Libo Viſolus biennio ante ſuperio-
ris conſulatum: ſecundum quadriennio poſt pri-
mum geſſit cum M. Popillio Lænate II. tertium
biennio poſt cum T. Quinctio Capitolino Cri-
ſpino. In primo conſulatu ovans rediit de Her-
niceis Nonis Septembr. ann. CCCXCIII. in ter-
tio triumphans de Tiburtibus III. Non. Jun. ann.
CCCXCIX. Dictator fuit comitiorum cauſſa
triennio poſt triumphum. Cenſorem fuiſſe neceſ-
ſe eſt, cum ter tribus luſtris princeps ſenatus fue-
rit, hoc eſt XXV. XXVI. & XXVII. Cenſura
fortaſſe ea eſt, quam M. Ambuſto fratri patrue-
li tribuimus anno CCCXC. & quam aliqui huic
tribuunt quinquennio poſt, eam illi M. Ambu-
ſto, ſive alii conferrem, aut totam abiicerem. Cum
enim princeps ſenatus legeretur antiquiſſimus
Cenſorius, quo eum antiquiorem conſtituamus,
magis ad veritatem, aut veritatis imaginem ac-
cedemus. Hujus filius Q. Maximus Rullianus
fuit, qui ſepties princeps ſenatus lectus eſt: de
X. quo paullo poſt dicemus. Eſt etiam alius M. Am-
buſtus ſuperioris, ut creditur, Marci filius, qui
Magiſter equitum fuit A. Cornelio Coſſo Arvi-
na Dictatore ludorum, vel rei gerundæ cauſſa ann.
CDXXVI. quo anno Q. Fabius Rullianus Coſ.
XI. fuit. Ante hunc Q. Ambuſtus, cujus parentes i-
gnoramus, Magiſter equitum fuit P. Valerio Po-
tito Poplicola Dictatore Latinarum feriarum cauſ-
ſa ann. CDIX. & Dictator ann. CDXXXII. Comi-
XII. tiorũ cauſſa. Duodecimus eſt C. Ambuſtus Mag. eq.
in locum Q. Aulii Cerretani in prœlio occiſi Dicta-
tore Q. Fabio Max. Rulliano ann. CDXXXVIII.
Hunc M. F. M. N. Verrius appellat, ut ipſum
Q. Rullianum, cujus fratrem eſſe credendum eſt.
Ambuſtos ſequuntur Maximi, vel potius Maxu-
mi, ita enim tunc dicebantur, ex quibus originem
ducunt; qui fere omnes aliis cognominibus ſingu-
laribus inter ſe ſinguli diſtinguntur; cum omnes
fere *Q. Fabii Maximi* appellarentur: XI. reperio
ante Auguſti mortem his honoribus, magiſtrati-
bus uſos fuiſſe. Dictaturas enim quattuor, trium-
phos decem, cenſuras quinque, principatus ſena-
tus XIII. conſulatus XXI. & magiſterium equi-
tum obtinuerunt. Hoc ſingulare accidit huic fa-
miliæ Fabiæ, ut quattuor Principes ſenatus eſſent,
tres Maximi, & unus Ambuſtus; pater, filius,
nepos, ac pronepos, ſive abnepos, & ex his tres
primi XIV. luſtris lecti fuerint ſine ulla interpol-
latione, pronepos poſt duos, quorum alter Fa-
bius etiam fuit. Primus Q. Fabius M. F. M. N. I.
Rullianus fuit, qui cognomine a Rullis originem
ducere videretur, in adoptionem datus Fabiis,
quod minime ſcriptum reperi; Rullos tamen Ser-
vilios plebejos appellatos fuiſſe certum eſt, vel
ex eo, qui legem Agrariam promulgavit Tr. Pl.
Cicerone Coſ. Maximi cognomen ex Cenſura
obtinuit, in qua turbam forenſem in tribus urba-
nas coegit, quæ plurimum in Comitiis poterant.
Verrius tamen id cognomen ante Cenſuram eidem
tribuit. Hic quinquies Coſ. fuit, ter triumphalis,
bis Dictator, quod pauci Romæ obtinuerunt, ſe-
pties princeps ſenatus lectus eſt, quod nemini da-
tum eſt. Magiſter equitum fuit L. Papirio Cur-
ſore Dictatore rei gerundæ cauſſa an. CDXXVIII.
coactus eſt abdicare, honeſta de cauſſa, quod ab-
ſente Dictatore Samnites hoſtes viciſſet. Conſul
fuit poſt triennium cum L. Fulvio Curvo. Am-
bo Coſ. de Samnitibus triumpharunt: Fulvius
Quirinalibus, hoc eſt XIII. Kal. Mart. Fabius
poſtridie. Dictator rei gerundæ cauſſa ann.
CDXXXVIII. Magiſtrum equitum dixit Q.
Aulium Cerretanum, eo occiſo a Samniti-
bus C. Fabium Ambuſtum fratrem. Con-
ſul iterum fuit poſt quinquennium cum C. Mar-
cio Rutilo, poſtea Cenſorino appellato, ite-
rumque Procoſ. triumphavit Idib. Novembr. an-
no proximo de Etruſceis. Inſequenti anno ter-
tium conſulatum geſſit cum P. Decio Mure II.
Coſ. & cum eodem Cenſor fuit ann. CDXLIX. lu-
ſtrum fecit XXVIII. a quo luſtro princeps ſenatus
in ſeptimum lectus ſemper eſt. Iterum Dictator
fuit triennio poſt rei gerundæ cauſſa M. Aimilium
Paullum Magiſtrum equitum dixit, eoque anno
ſine conſulibus duo Dictatores fuerunt. Rullianus
& poſt eum M. Valerius Corvus, ſenis menſibus,
quod tempus omnibus Dictatoribus ante L. Sul-
lam conſtitutum fuit. Quartus conſulatus datus eſt
quadriennio poſt cum eodem P. Decio, cum quo
tertium, & Cenſuram geſſerat: uno poſtea anno
interjecto vacuo iidem conſules refecti ſunt Fabius
V. Decius IV. Hoc conſulatu Decius exemplo pa-
terno ſe devovit, & occiſus eſt: Fabius triumphum
egit tertium de Samnitibus, Etruſceis, & Galleis
pridie Nonas Sept. ann. CDLVIII. Hujus filius Q. II.
Gurges ter conſularis, bis triumphalis, & Cenſo-
rius, ac princeps ſenatus quater a paternis virtuti-
bus non longe abfuit. Conſul fuit cum D. Junio
Bruto Scæva anno CDLXI. triumphum egit Pro-
coſ. de Samnitibus anno proximo patre legato in
equo currum ſequente. Iterum Coſ. fuit cum C.
Genucio Clepſina poſt XVI. annos, iterumque tri-
umphavit de Samnitibus, Lucaneis, Bruttieis Qui-
rinalibus ann. CDLXXVII. Tertium conſulatum
egit cum L. Mamilio Vitulo poſt XI. annos Cenſor
creditur fuiſſe, quod princeps ſenatus lectus ſit, an-

no

no CDLXXIII. cum Cn. Domitio Calvino, qui primus e plebe luſtrum XXXII. condidit. Luſtro XXXV. & tribus proximis luſtris Gurges princeps
III. ſenatus lectus eſt. Tertius Q Maximus Verrucoſſus a Plutarcho pronepos Rulliani Maximi appellatur, ſed cum Q. F. Q. N. a Verrio appelletur, credendum eſt Gurgitis nepotem fuiſſe, patrem vero Quinctum nullis majoribus magiſtratibus uſum fuiſſe. Ipſe quinquies Coſ. bis Dictator, bis triumphalis, bis etiam princeps ſenatus, ſemel Cenſor, Pontifex, Augur, & quod omnium maximum fuit, conſervator populi Romani creditus eſt, ſecundo bello Punico: quod magis prudenti cunctatione, & conſtanti patientia aſſecutus eſt, quam aliis virtutibus, de quo Ennius

*Unus homo nobis cunctando reſtituit rem,*
*Non ponebat enim rumores, ante ſalutem:*
*Ergo poſtque, magiſque viri nunc gloria claret.*

Primum conſulatum obtinuit anno DXX. cum Manio Pomponio Mathone. Ambo Coſ. triumpharunt Maximus de Liguribus Kal. Febr. Matho de Sardeis Idib. Mart. Cenſor triennio poſt fuit cum M. Sempronio Tuditano: luſtrum fecerunt XLI. poſt biennium iterum Coſ. fuit cum Sp. Carvilio Maximo II. Ex hoc apparet cenſuræ honorem quinquennio non duraſſe, ſed XVIII. menſes. Hic enim & Cenſor, & Coſ. fuiſſet, quod numquam accidit. Dictator ann. DXXXII. Magiſtrum equitum dixit C Flaminium Comitiorum cauſſa, ſive alterius rei urgentis; ſed ridicula ſuperſtitione abdicarunt, quod vitio creati eſſent ſoricis occentu audito: tantis tenebris maximi viri tenebantur. Hujus rei Valerius Maximus auctor eſt, & Plutarchus idem Minucio Dictatori contigiſſe affirmat. Iterum Dictator, vel potius pro Dictatore a populo creatus fuit anno DXXXVI. occiſo ab Hannibale C. Flaminio II. Coſ. apud Traſimenum, Magiſtrum equitum dixit M. Minucium Rufum, qui primus obtinuit, ut ei imperium æquaretur Dictatori, quod obtrectatione militum, & ambitione Minucii, neque intellecta prudenti Fabii cunctatione factum eſt. Sed Minucius temere uſus imperio partem exercitus, cui præerat, in ſummum periculum adduxit, Fabius utrumque exercitum ſervavit, idque Minucius agnovit, patremque appellavit, eique faſces ſubmiſit. Biennio poſt Coſ. tertio ſuffectus M. Marcello II. qui vitio factus fuerat, iſque creabatur in locum L. Poſtumii Albini III. qui occiſus fuit, antequam iniret. Eorum collega fuit Ti. Sempronius Gracchus. Refectus eſt anno proximo cum M. Claudio Marcello III. & gladius, & clypeus populi Rom. ambo Coſ. dicti ſunt. Quinctum conſulatum geſſit cum Q. Fulvio Flacco IV. ann. DXLIV. iterumque triumphavit de Tarentineis, & Pœneis. Princeps Senatus lectus eſt XLIV. & XLV. luſtro. Tantam gloriam major ſplendor Scipionis Africani imminuit. Sed alter alterius ope adjutus eſt, & civitas utrique ob-
IV. noxia fuit. Filium amiſit conſularem Q. Fabium Maximum, qui Ti. Sempronii Gracchi II. Coſ. collega fuit ann. DXL. poſt duos patris conſulatus. Proditum eſt patrem Proconſulem filio conſuli obviam veniſſe, juſſumque a filio, ut equo deſcenderet, id patri gratiſſimum fuiſſe. Ex liberis L. Æmi- V.
lii Paulli, qui de Perſe Rege triumphum egit, paterque Africani Minoris fuit, majorem filium Verrucoſſus adoptavit, natum Papiria C. Maſonis conſularis, & triumphalis viri filia. Is Coſ. fuit cum L. Hoſtilio Mancino ann. DCVIII. Sunt qui adoptionem in filium transferant. Hic Q. Fabius Max. *Aimilianus* appellatus eſt Allobrogici pater.
Sextus eſt Q. Fabius Servilianus, quem putant VI.
Æmiliani fratrem adoptivum fuiſſe adoptatum a Verrucoſſo, vel ab ejus filio Q. Maximo, filiumque fuiſſe aſſerunt Cn. Servilii Cæpionis, cujus filii Cn. Cæpio & Q. Cæpio duobus proximis annis conſulatum Q. Fabii Serviliani ſubſecuti ſunt. Conſul autem is fuit cum L. Metello Calvo ann. DCXI. Cenſor ſexto poſtea anno cum Q. Fulvio Nobiliore, luſtrum fecerunt LVIII. filium minus caſtum occidit, ſeque e conſpectu patriæ priva-
vit. Allobrogicus ſecutus eſt, quem Aimiliani fuiſ- VII.
ſe filium certum eſt. Is Coſ. fuit cum Q. Opimio ann. DCXXXII. triumphum egit anno proximo. Procoſ. de Allobrogibus, & Rege Arvernorum Betulto, ut Verrius notat. Cenſor fuit ann. DCXLV. cum C. Licinio Geta: luſtrum fecerunt LXIII. Tum fornix Fabianus dictus eſt arcus juxta regiam in ſacra via ab eo Cenſore conſtru-
ctus, ibique ejus ſtatua poſita eſt. Hujus filius fuit VIII.
Q. Max. cui *Eburnus* ob candorem cognomen fuit, quem etiam *pullum Jovis* vocabant. Conſul fuit cum C. Licinio Geta ann. DCXXXVII. Huic proditum eſt a Q. Pompejo Prætore Urbano bonis interdictum fuiſſe. Superiores Maximi Reip.
Romanæ tempore fuerunt. Sub C. Cæſare Q. Fa- IX.
bius Q. F. Q. N. conſul ſuffectus fuit ann. DCCVIII. qui tribus menſibus conſul fuit uno, aut altero minus die: namque III. Kal. Jan. mortuus eſt, cui C. Caninius Rebilus in unum diem ſuffectus eſt. In quem pleraque Ciceronis joca ſunt: „ Vigilantem conſulem fuiſſe, qui toto conſulatu ſuo ſomnum non ceperit. Antea flamines „ Diales habueramus, nunc habemus conſulem. „ Dum ad gratulandum feſtinarem, nox me op-
„ preſſit “. Atque alia id genus. Sub Auguſto X.
Paullus Fabius Q F Q N. Maximus Coſ. fuit cum Q. Ælio Tuberone ann. DCCXLII. & anno
proximo Q Fabius Q. F. Q. N. Maximus Afri- XI.
canus cum Julo Antonio. Hos duos Fabios fratres fuiſſe veriſimile eſt. Maxumos veteres non Maximos dicebant. Primus C. Cæſar traditur optimum Maximum ſcripſiſſe. Maxſumos etiam ſcribere veteres ſolebant, quod uſus poſtea mutavit. Tres familias frequentiores Fabiorum peregimus Vibulanorum, Ambuſtorum, & Maximorum, minus frequentes facilius perſequemur. Dorſonum antiquiſſimus is eſt, qui capta urbe ex Capitolio in collem Quirinalem ritu Gabino accinctus ad ſtatum ſacrificium Fabiorum acceſſit, & inde in Capitolium reverſus eſt ann. CCCLXIII. Is *C. Fabius Dorſo* appellatus eſt. Ejus gentis duos tantum conſulares invenio M. Fabium, qui Coſ. fuit ann. CDVIII. cum Ser. Sulpicio Camerino: & C. Fabium illius fortaſſe filium, qui ann. CDLXXX.

Coſ.

Coſ. fuit cum C. Claudio Canina iterum. Pictorum duos etiam conſulares legi. Alter eſt C. Fabius C. F. M. N. qui Coſ. fuit cum Q. Ogulnio Gallo anno CDLXXXIV. Hunc *Q. Fabium* appellat Plinius, eoque Coſ. ait argentum ſignatum primo fuiſſe Romæ quincto anno ante primum bellum Punicum. Alter Caii frater N. Pictor, qui triennio poſt Coſ. fuit cum D. Junio Pera: triumphum egit bis III. Nonas Octobr. de Saſſinatibus, & Kal. Febr. de Sallentineis, Meſſapieiſque. Pictores hiſtoriarum ſcriptores referuntur Q. N. Ser. Græceque eas ſcripſiſſe conſtat. Servius etiam, ut juriſperitus a Cicerone laudatur: pingendi artem didiciſſe primum ejus cognominis conſtat, ejus opera a Plinio referuntur. Buteonis familia duos etiam habuit conſulares, quorum alter multis aliis honorum titulis ornatus fuit: nam Dictator, Cenſor, & Magiſter equitum, & bis Princeps Senatus fuit Numerius Fabius M. F. M. N. Buteo. Is Coſ. fuit anno DVI. cum L. Cæcilio Metello II. Cenſor cum C. Aurelio Cotta poſt ſex annos: luſtrum fecerunt XXXIX. Magiſter equitum ann. DXXIX. L. Metello collega Dictatore comitiorum cauſſa. Dictator ſine Magiſtro equitum ſenatus legendi cauſſa fuit poſt pugnam Cannenſem, quod numquam amplius accidit ann. DXXXVII. Princeps ſenatus luſtro XLII. & XLIII. lectus eſt. Alter Buteo ſuperioris frater biennio poſt fratris conſulatum cum C. Atilio Bulbo conſul fuit. *Buteonis* nomine accipitris genus ſignificari, a quo huic familiæ id cognomen hæſit, Plinius auctor eſt. Apud Appianum quoque legi Buteonem quendam fratrem patruelem Africani Minoris fuiſſe. Addam hoc loco Q. Fabium Q. F. Q. N. Labeonem, qui Prætor ex Creta navalem egit ann. DLXIV. & poſt ſex annos Coſ. fuit cum M. Claudio Marcello. Hunc ferunt arbitrum decepiſſe Nolanos, & Neapolitanos de finibus agrorum contendentes, & regem Antiochum bello victum, illorum enim agrum, de quo lis erat, adjudicavit populo Rom. hujus naves dimidias pollicitus ei ſe relicturum, ſecari juſſit, ut dimidiatæ relinquerentur. Unum etiam conſularem reperi, cognomine *Licinum*, cujus in ſuperioribus haberi ratio non potuit. Is eſt M. Fabius C. F. M. N. Licinius, qui Coſ. fuit anno DVII. cum M. Otacilio Craſſo II. Hujus fortaſſe pater is eſt, quem paullo ante in Dorſonibus rettulimus, C. Fabius M. F. quem Eutropius antiquus, & faſti Græci *Licinium* appellant, alii *Luſcinum*. A. Licinio *Licinia* familia dicta eſt. Veteris poetæ carmen legi in Porcium Licinum:

„ Marmoreo in tumulo Liſcinus jacet, at Cato
„ nullo, Pompejus parvo: credimus eſſe deos? "

Vetuſtiſſima memoria Fabiorum eſt, ut fabulam Herculis, & nymphæ negligamus, ſub Romulo apud Ovidium lib. II. *Faſtorum*:

*Riſit, & indoluit Fabios potuiſſe Remumque*
*Vincere, Quinctilios non potuiſſe ſuos.*

Hos Feſtus *Lupercos Fabianos*, & *Quinctilianos* videtur appellaſſe a Fabio, & Quinctilio præpoſitis. Alibi legi Fabium Celerem Centurionem Remum occidiſſe, quod muros urbis transgredi auſus fuerit. Romulum Celeres quoſdam ſatellites habuiſſe notum eſt. Poſt mortem Auguſti aliquot Fabii conſules fuerunt, unus tamen ſolus ex patriciis eſſe videtur Paullus Fabius Perſicus, qui Cos. fuit cum L. Vitellio patre a Vitellii Imp. ann. DCCLXXXVI. poſt reſurrectionem Chriſti Domini anno primo ſub Ti. Cæſare. Ceteri novi homines fuerunt, quos, ordine temporum ſervato, referemus. C. Fabius Valens Cos. ſuffectus fuit cum A. Licinio Cæcina ex Kal. Sept. ann. DCCCXXI. ſub Vitellio Imp. Fabius Poſtumus Cos. ſuff. ex Kal. Jul. cum M. Cornelio Frontone II. anno DCCCXLIX. ſub Nerva Imp. L. Fabius Juſtus cum C. Julio Urſo Servilio Serviano II. Cos. ſuff. ex Kal. Jul. anno DCCCLXIII. ſub Trajano Imperator. Q. Fabius Catullinus cum M. Flavio Apro Cos. fuit anno DCCCLXXXII. ſub Hadriano Imp. L. Fabius M. F. Gal. Cilo Septiminus Catinius Acilianus Lepidus Fulginianus bis Cos. fuit priori conſulatu cum Fl. Cl. Sulpiciano ex Kalend. Mart. ann. CMXLV. ſub Pertinace Imp. Iterum cum M. Annio Libone poſt XI. annos ſub Severo, & Antonino, quo anno ludi ſæculares VIII. facti ſunt. Hic alios Magiſtratus obtinuit in titulis ſtatuarum enumeratos. Præfecturam urbis, Legationes Auguſtales, pro Præfectis multarum provinciarum, Præf. ærarii militaris, Procos. provinciæ Narbonenſis, X. Viratum Stlitibus judicandis, ſodalit. Hadrian. atque alia munera. Ti. Fabius Titianus Cos. fuit cum Imp. M. Julio Philippo ann. CMXCVII. Hoc nomine alii quattuor Cos. fuerunt. Fabius Juſtus cum Fl. Magno Januario Cos. anno MLXXIX. ſub Conſtantino Imp. Alter Ti. Fabius Titianus Cos. fuit cum Feliciano Cos. ann. MLXXXVIII. quo anno Conſtantinus Imp. mortuus eſt. Tertius Cos. cum Neratio Cereali ann. MCIX. ſub Conſtantio Jun. Imp. Quartus cum Q. Aurelio Avianio Symmacho anno urbis MCXLII. Chriſti CCCXCI. ſub Valentiniano Jun. Theodoſio, & Arcadio Imperat. Quinctus Ti. Fabius Titianus Cos. fuit cum Imp. Leon. III. Cos. ann. urbis MCCXVII. Chriſti CDLXVI.

## FULVIA.

FULVIA plebeja gens, ſed quæ non paucos habuit claros viros omni honorum genere ornatos, in tres familias cognominibus diſcretas dividitur. Nam Curvi, Pætini, & Nobiliores unam, Centumali alteram, tertiam Flacci obtinent. Curvos duos, Pætinos tres, Nobiliores quattuor invenio, ſed ſeptem tantum viri omnes fuerunt; quod duo bis numerantur; propterea quod alter, & *Curvus*, & *Pætinus*, alter & *Pætinus*, & *Nobilior* appellati ſint. Hi igitur ſeptem totidem conſulatus, cenſuram unam, triumphos ſex, ovationem unam, magiſterium equitum item unum eſſecuti ſunt. Centumali tres conſulatus totidem, Dictaturam unam, triumphos duos obtinuerunt. Flacci ſeptem, conſulatus decem, cenſuras duas, Dictaturam, Magiſteria equitum duo, triumphos
ſex conſecuti ſunt. Primus L. Fulvius L. F. L. I.
N. Curvus Cos. fuit anno CDXCIX. cum Q. Fabio

bio Max. Rulliano. Ambo conſules de Samnitibus triumpharunt. Curvus Quirinalibus, Fabius poſtridie, hoc eſt XII. Kal. Mart. Magiſter equitum fuit dictus a L. Aimilio Mamercino Privernate II. Dictatore rei gerundæ cauſſa poſt ſex an-
II. nos a conſulatu. Hujus filius, vel frater fuit M. Curvus Pætinus L. F. L. N. qui Cos. ſuffectus fuit Ti. Minucio Augurino in magiſtratu occiſo, cujus collega L. Poſtumius Megellus erat: triumphum egit in conſulatu de Samnitibus III. Non. Octob. ann. CDXLVIII. *Pætini* cognomen adoptionis indicium eſt a Pæteis, quod cognomen Æliorum fuit. Oculorum vitium ſignificat amantibus ſuave, quamobrem Venerem *pætam* dixere ut *cæ-*
III. *ſiam* Minervam. Tertius eſt M. Pætinus Cn. F. Cn. N. qui Cos. fuit cum T. Manlio Torquato, qui in Magiſtratu mortuus eſt anno CDLIV. & triumphum egit de Samnitibus, Nequinatibuſque. Hunc ſuperioribus conjungere non poſſumus, niſi fingamus, aliquem Lucium duos filios habuiſ-
IV. ſe Lucium, & Cn. ex Lucio ſuperiores natos eſſe filios, aut nepotes, ex Cn. hunc nepotem. Quartus Ser. Pætinus Nobilior M. F. M. N. Cos. fuit cum M. Aimilio Paullo ann. CDXCII. Ambo navales egerunt triumphos de Coſſurenſibus, & Pœneis Fulvius XIII. Kal. Feb. Paullus XII. Kal.
V, Feb. anno proximo Procos. Quinctus poſt hos conſulares, & triumphales ovationem ſupra triumphum, & conſulatum adjecit, ut jure nobilior ceteris diceretur, M Fulvius M. F. Ser. N. Nobilior. In Prætura ovans ex Hiſpania reverſus eſt ann. DLXII. conſul biennio poſt fuit cum Cn. Manlio Vulſone, & poſt biennium a conſulatu triumphum egit X. Kal. Mart. de Ætoleis Ambracibus, &
IV. Cephalenia. Secutus eſt alter M. Nobilior M. F. M. N. ſuperioris, ut creditur filius, qui etiam poſt conſulatum triumphum egit. Conſul fuit cum Cn. Cornelio Dolabella Procoſ. triumphavit anno proximo de Liguribus, & Veleatibus XII. Kal. Sept. ann. DXCV. Hujus frater Q Fulvius anno ſexcenteſimo primus Kal. Jan. conſulatum iniit cum T. Annio Luſco, Cenſor fuiſſe dicitur cũ Q. Fabio M. Serviliano poſt XVII. anno: luſtrumque feciſſe LVIII. Luſit aliquando in hoc nomine M. Cato Cenſorius, qui paullo poſt conſulatum Q. Fulvii mortuus eſt; & eum, de quo loquebatur, non *Nobiliorem* dicendum eſſe affirmabat, ſed *mobilio-*
I. *rem*. Centumalus primus Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Maximus Cos. fuit cum L. Scipione anno CDLV. anno proximo poſt conſulatum M. Fulvii Cn. F. Cn. N. Paitini, qui videtur frater ejuſdem fuiſſe. Hic etiam triumphum egit de Samnitibus, Etruſceiſque Idib. Novemb. Dictator fuit clavi figendi cauſſa ann. CDXC. ut Verrius hæc omnia
II. diligentiſſime in faſtis conſcripſit. Secutus eſt alter Cn. Centumalus item Cn. F. Cn. N. ſuperioris, ut creditur filius. Conſul fuit anno DXXIV. cum L. Poſtumio Albino II Anno proximo Procos. ex Illureis navalem egit X. Kalend. Quinct.
III. Tertius Cn. Centumalus Cn. F. Cn. N. conſul fuit cum P. Sulpicio Galba Maximo anno DXLII. Succeſſorque fuit Q. Fulvii Flacci quater conſulis, poſt ejus tertium conſulatum. Cognominis hujus origo mihi ignota eſt. Legi in Pandectis Florentinis *Centemmanum* appellatum fuiſſe Appium Claudium Cæcum. Ab eo nomine potuit hoc deduci, hoc eſt a *centum manibus*. Litteram vero N. in L. mutari *Mallii* pro *Manliis*, *gemelli* pro *ge-*
*minis* exemplo ſunt. Flaccorum primus M. Fulvius Q. F. M. N. Cos. fuit anno primo belli Punici primi, poſt urbem conditam an. CDLXXXIX. cum Ap. Claudio Caudice: triumphum egit de Vulſinienſibus Kal. Novemb. Magiſter equitum fuit Ti. Coruncanio Dictatore Comitiorum ha- I.
bendorum cauſſa ann. DVII. Hujus filius Q. Fulvius M. F. Q. N. quater Cos. Dictator, Cenſor, Magiſter equitum, & triumphalis, princeps hujus gentis fuit. Primum conſulatum egit nono poſt ſuperioris Dictaturam anno cum L. Cornelio Lentulo Caudino in eo de Liguribus triumphavit. Cenſor fuit cum T. Manlio Torquato an. DXXII. vitio tamen facti abdicarunt. Iterum Cos. fuit poſt ſeptem annos cum eodem Torquato II. etiam Cos. Magiſter equitum ann. DXL. Dictatore C. Claudio Centhone Dictatore Comitiorum cauſſa. His comitiis Cos. III. deſignatus eſt cum Ap. Claudio Pulchro: ab his Cos. & urbs obſidione Hannibalis liberata, & Capua capta eſt anno proximo, & Flaccus invito collega, & ſenatus litteris non lectis ſupplicium de ſenatoribus Campanis ſumpſit. Dictator fuit comitiorum cauſſa biennio poſt conſulatum, & his comitiis IV. Coſ. deſignatur cum Q. Fabio Max. Verrucoſſo V. Coſ. II.
Hujus tres filii fuiſſe dicuntur Q. & L. Flacci, tertius datus eſt in adoptionem L. Manlio Acidino. Duo fratres tum primum conſules eodem anno fuerunt Q. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus, & L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fulvianus anno DLXXIV. Ambo etiam ante conſulatum triumpharunt, Fulvius anno proximo Coſ. deſ. Proprætore ex Hiſp. citeriore, Fulvianus ann. DLXVIII. Proprætore ex eadem provincia ovans rediit. Iterum etiam in conſulatu Fulvius de Liguribus triumphavit. Cenſor poſtea fuit ann. DLXXIX. cum A. Poſtumio Albino: luſtrum fecerunt LI. in Cenſura L. Fulvium fratrem ſenatu movit, quod Tribunus Militum cohortem ſuam injuſſu conſulis do- III.
mum dimiſerit. Quartus eſt Q. Flaccus Cn. F. M. N. qui Coſ. ſuffectus fuit in locum C. Calpurnii Piſonis victrici ſui, qui in magiſtratu mortuus eſt ann. DLXXIII. Eorum collega fuit A. Poſtumius Albinus. Hujus mater Quarta Hoſtilia damnata IV.
eſt, quod virum ſuum occidiſſe diceretur. Quinctus Ser. Flaccus, cujus parentes ignoramus, Coſ. fuit cum Q. Calpurnio Piſone ann. DCXVIII. triumphum egit de Vardeis ex Illurico. Anno proximo C. Flaccus collega fuit P. Scipionis Africani V.
Æmiliani in ſecundo conſulatu. Hujus etiam pa- VI.
rentes ignorantur. Septimus M. Flaccus M. F. Q. N. Coſ. fuit ann. DCXXVIII. cum M. Plautio Hupſaco. Procoſ. biennio poſt de Liguribus Vocontieis, Salluvieiſque triumphavit. Hic cum M. Flacco Prætore filio, alioque prætextato anno DCXXXII. occiſus eſt cum C. Graccho Tr. Pl. a L. Opimio Coſ. Horum ſoror fuit Fulvia L. Cæſaris conſularis, & Cenſorii uxor mater Lucii Cæſaris conſularis, & Juliæ matris M. Antonii Triumviri reip. conſtituendæ, cujus uxor Fulvia, quæ VII.

C.

C. Curionis antea, & P. Clodii uxor fuerat & ingentes ſpiritus in Ciceronem, & poſtea in Auguſtum generum oſtendit. Sub Domitiano Aug. C. Fulvius Valens annos natus XC. Coſ. fuit cum C. Antiſtio Vetere, & in magiſtratu mortuus eſt ann. DCCCXLVIII. Sub Severo, & Antonino Impp. Fulvius Æmilianus conſul fuit cum M. Nummio Cejonio Annio Albino ann. CMLVIII. Alter ejuſdem nominis ultimo Gordiani Imperat. anno Coſ. fuit cum Peregrino anno urbis CMXCVI. Iterum poſt quinquennium cum Vettio Aquilino ſub Philippis Augg. Tertius Æmilianus Coſ. fuit poſt decennium a poſteriore conſulatu ſuperioris cum Pomponio Baſſo II. ſub Valeriano, & Gallieno Impp. Sub eodem Gallieno Imperatores Auguſti appellati ſunt tres Fulvii Macrianus Junior, & Quietus, pater cum duobus filiis, ſed ab Aureoli duce Domitiano victi, occiſi ſunt: ex eorum genere ſuperſtites Alexandri Magni imagine in omnibus ornamentis & poculis utebantur: eam Macrianorum familiam appellat Trebellius Pollio, & ex ea Cornelium Macrum. Poſtea collega M. Cl. Taciti Imp. in ſecundo conſulatu fuit Fulvius Æmilianus ann. MXXVIII.

### FURIA.

FURIA gens patricia, vel unico M. Camillo illuſtris, aliis etiam clariſſimis viris exornata eſt. Dividitur in Fuſorum, ſive Medullinorum, vel Pacilorum, atque in Camillorum ſtirpes frequentiores. Phili quoque, & Purpureones ejuſdem gentis ſunt, ſed pauci ex eis conſulares fuerunt. Hos omnes conſtat *Fuſios* primum dictos, ut *Valeſios*, & *Auſelios*, poſtea *Fourios*, ſive *Furios*. Idque *Fuſorum* cognomen indicat a Fuſo *Fuſios* dictos, ut ab Julo *Julios*, a Clauſo *Claudios*, a Valeſo *Valerios*, a Coſſo *Cornelios*, a Licino *Licinios*, a Plauto *Plautios*, a Tullo *Tullios*. Luſit in hoc nomine eleganter Ovidius,

*Cur ego non dicam Furia te Furiam?*

Sub Tullo Rege Sp. Fuſius pater patratus reperitur Livio teſte, quem ex hac familia fuiſſe certum eſt. Fuſos, & Medullinos, ac Pacilos XVII. invenio obtinuiſſe Pontificatum Max. Conſulatus XI. Tribunatus Militares XVII. Cenſuras duas. Camillos quinque aſſecutos fuiſſe invenio Dictaturas VII. Triumphos quinque, conſulatus quinque, Tribunatus militares VI. Cenſuram. Interreges fuiſſe ter. Philos duos totidem Conſulatus, Cenſuram, & triumphum adeptos fuiſſe. Purpureonem unum conſulatum, & triumphum conſecutum.
I. Primus Sex. Furius Medullinus Fuſus Coſ. fuit
II. cum Sp. Nautio Rutilo ann. CCLXV. Secundus
Sp. Furius Coſ. fuit poſt annos VII. cum K. Fabio
III. Vibulano II. Tertius L. Furius Coſ. fuit anno
CCLXXIX. cum A. Manlio Vulſone: luſtrum
fecerunt VIII. ante primos Cenſores anno XLI.
IV. Quartus P. Furius biennio poſt Coſ. fuit cum L.
V. Pinario Mamercino Rufo. Quinctus Sp. Furius
Coſ. fuit cum A. Poſtumio Albo Regillenſi ann.
CCLXXXIX. Hoc eodem anno P. Fuſus conſula-
ris frater conſulis occiſus eſt. Iterum Coſ. fuit ſuf-
fectus Sex. Quinctilio Varo, qui in hoc magiſtra-
tu occiſus eſt ann. CCC. eorum collega fuit P. Cu-
riatius Trigeminus. Sextus Q. Fuſius Fuſus Pont. VI.
Max. poſt quadriennium a ſuperiore ſecundo con-
ſulatu. Septimus Agrippa Medullinus Fuſus Coſ. VII.
fuit cum T. Quinctio Capitolino Barbato III. ann.
CCCVII. Octavus C. Fuſus Pacilus, qui poſt VIII.
quinque annos Coſ. fuit cum Manio Papirio Craſ-
ſo. Cenſor ſeptennio poſt conſulatum cum M. Gega-
nio Macerino: luſtrum fecerunt XII. Tribunus mili-
tum fuit ann. CCCXXVII. Nonus L. Furius Sp. IX.
F. Medullinus Trib. Mil. fuit ſexennio ante ſupe-
riorem. Iterum creatus anno proximo poſt ſuperio-
ris Tribunatum. Tertio anno CCCXXXIII. Deci- X.
mus L. Furius L. F. Sp. N. Medullinus, ſic enim
a Verrio appellatur. Coſ. fuit ann. CCCXL. cum
M. Cornelio Coſſo. Iterum quadriennio poſt cum
Cn. Cornelio Coſſo. Septies Tribunus Militum
fuit, quod huic, & Ser. Cornelio Maluginenſi tan-
tum conceſſum eſt. Primus Tribunatus fuit anno
CCCXLVI. biennio poſt conſulatum. Secundo
poſt alterum biennium. Tertius anno CCCLV.
Quartus anno proximo. Quinctus biennio poſt
quartum. Sextus anno ſequenti. Septimus anno
CCCLXII. Undecimus eſt K. Furius Pacilus, qui XI.
ſuperioris K. Fuſi Pacili filius, ut creditur, fuit.
Conſulatum geſſit cum Q. Fabio Ambuſto anno
CCCXLI. Hujus nepos, aut pronepos fuit C. Fu- XII.
rius C. F. C. N. Pacilus, qui Coſ. fuit cum L. Cæ-
cilio Metello ann. DII. Tertiuſdecimus fuit M. XIII.
Furius Fuſus Tribunus Mil. ann. CCCL. Quar- XIV.
tuſdecimus Sp. Furius L. F. Sp. N. Medullinus
Lucii bis Coſ. ſepties Tribuni frater, quamvis
hunc etiam *Lucium* Livius appellet, Tribunus
Mil. fuit ann. CCCLIII. Quinctuſdecimus Agrip- XV.
pa Furius Medullinus Fuſus alterius Agrippæ, ut
creditur filius Trib. Mil. fuit cum L. Medullino
VII. anno CCCLXII. Sextuſdecimus eſt L. Fu- XVI.
rius Sp. F. L. N. Medullinus, qui Trib. Mil. fuit
anno decimo poſt ſuperiorem cum M. Furio Ca-
millo VI. Iterum decennio poſt Cenſor fuit cum
M. Fabio Ambuſto ann. CCCXC. luſtrum fece-
runt viceſimum. Septimuſdecimus Sp. Furius ſupe- XVII.
rioris, ut creditur frater, Trib. Mil. fuit anno
CCCLXXV. Hanc numeroſam familiam nimis je-
june perſecuti ſumus; quod de ea hiſtorici non
ſatis certa ſcripſerint; & Verrii Faſti in his tra-
dendis deſiderentur. Camillorum primus ille prin- I.
ceps Romanæ Reip. *alter Romulus* dictus, cujus
parentes ignoramus, M. Furius Camillus, cujus
honore maximi, & frequentes fuerunt, nam quin-
quies Dictator, ſexies Tribunus Militum fuit,
quater triumphũ duxit, ſemel Cenſor, ter Interrex
factus eſt. Hic tamen tantus, ac talis vir num-
quam conſul fuit, & exilium paſſus eſt. Sed ex re-
legatione major ei gloria nata eſt, & patriam libe-
randi exilium ei occaſio fuit. Primus ei magiſtra-
tus Cenſura fuit, quam cum M. Poſtumio Albino
Regillenſi egit ann. CCCL. luſtrum fecerunt
XVI. Primus Tribunatus fuit biennio poſt, ſecun-
dus tertio poſtea anno, anno proximo Interrex.
Dictator anno CCCLVII. triumphum de Vejen-
tibus egit quadrigis albis, biennio poſt tertio Trib.
Mil. fuit, & ann. CCCLXI. Interrex II. Poſtea
in exilium ob invidiam miſſus capta a Gallis Seno-
nibus urbe ann. CCCLXIII. reſtitutus, & abſens

Dictator II. factus Gallos vicit, & de jeis trium-
phavit. Anno proximo Dictator III. fuit rei ge-
rundæ cauſſa III. triumphum egit de Volſceis,
Æqueis, Etruſceiſque eodem anno. Interrex
III. fuit. Quartum Tribunatum egit ann.
CCCLXVII. quinctum poſt biennium, ſextum
anno tertio poſt quinctum. Dictator IV. fuit ann.
CCCLXXXV. rei gerundæ cauſſa, ſed magis, ut
ſeditio de plebejo conſule ſedaretur, tamen cum vi-
deret majoris ſeditionis occaſionem ex delectu, &
edictis oriri, abdicavit. Anno proximo Dictator
V. triumphum quartum egit de Galleis Senoni-
bus: & conſule plebejo accepto a patribus, ac Præ-
tore urbano, & duobus Ædilibus Curulibus patri-
I. ciis creatis, ſeditio ſedata eſt. Primus Prætor urba-
II. nus fuit Sp. Camillus M. F. Alter L. Camillus
M. F. bis Dictator, ſemel Coſ. fuit. Priorem di-
ctaturam egit ann. CDIII. comitiorum habendo-
rum cauſſa, & eiſdem comitiis Coſ. deſignatus eſt
cum Ap. Claudio Craſſino Regillenſi, ambo patri-
cii fuerunt. Iterum Dictator fuit quarto anno poſt
III. conſulatum rei gerundæ cauſſa. Tertius Camillus
L. Furius Sp. F. M. N. conſul fuit ann. CDXV.
cum M. Mainio. Triumphum egit de Pedaneis,
& Tiburtibus IV. Kal. Octobr. Iterum Coſ. fuit
ann. CDXXVIII. cum D. Junio Bruto Scæva.
IV. Quartus longo intervallo M. Furius P. F. P. N.
Coſ. fuit cum Sex. Nonio Quinctiliano ann.
DCCLX. ſub Auguſto. Suetonius etiam auctor
eſt Ti. Claudium Cæſarem habuiſſe admodum
adoleſcentem ſponſas duas Æmiliam Lepidam Au-
guſti proneptem, & Liviam Medullinam Camil-
lam e genere antiquo Camilli Dictatoris, quam
ipſo die nuptiis deſtinato amiſit. Sed & ſub Ti.
Cæſare Aug. M. Furius M. F. P. N. Camillus
Scribonianus Coſ. fuit ſuffectus ex Kal. Jul. ann.
DCC. Nunc de Philis videndum eſt. Duos conſula-
res reperio eodem nomine utrumque *P. Furium
Philum* appellari, prior Coſ. fuit ann. DXXX.
cum C. Flaminio. Hic Sp. F. M. N. a Verrio no-
tatur. Triumphum egit in conſulatu de Galleis, &
Liguribus IV. Idus Mart. Cenſor fuit poſt annos
novem cum M. Atilio Regulo, ſed in eo honore
mortuus eſt, & Regulus abdicavit. Alter Philus
Coſ. fuit cum Sex. Atilio Serrano ann. DCXVII.
Hic laudatur, quod Q. Metellum, & Q. Pompe-
jum conſulares inimicos ſuos in provinciam Hi-
ſpaniam duxerit legatos invitus, teſtes ſuarum a-
ctionum. Purpureo unus L. Furius Sp. F. Sp. N.
ante conſulatum triumphum egit Prætor de Gal-
leis ann. DLIII. quadriennio poſt Coſ. fuit cum
M. Claudio Marcello. Sub Imp. Claudio anno
MXXII. conſulem invenio Furium Orfitum cum
Fl. Antiochiano. Idem Orfitus poſt triennium Præ-
fectus urbi fuit: quo anno conſules fuerunt M. Cl.
Tacitus, qui poſtea Imp. fuit, & M. Mæcius
Memmius Furius Balburius Cæcilianus Placidus
ſub Aureliano Imp. Poſt quadriennium Furius Lu-
pus Præf. urbi, & Coſ. collega Imp. Probi in ſe-
cundo conſulatu. Præfecturam tenuit eo, & aliis
duobus poſtea annis. Ante ſuperiores conſules Fu-
ria Sabinia Tranquillina Auguſta uxor Gordiani
III. Imp. fuit.

## JULIA.

JULIA Patricia majorum gentium in duas præ-
cipuas ſtirpes ſcinditur Julorum, & Cæſarum. A-
lia cognomina minus frequentia uſurparunt, ut
*Mento*, & *Libo*, de quibus poſterius dicemus. Ju-
lorum familia duodecim majoribus honoribus u-
ſos habuit, qui Decemviratum legibus ſcribendis,
Dictaturam, Cenſuram, Magiſterium equitum,
Conſulatus VII. Tribunatus Militares conſulari
poteſtate IX. conſecuti ſunt. Cæſares ante Augu-
ſtum quinque, Dictaturas quattuor, Cenſuram,
triumphos ſex, Pontificatum Max. conſulatus IX.
obtinuerunt. Mento unus conſul. Libo alter con-
ſularis, & triumphalis. Julorum primus C. Julius I.
L. F. Cos. fuit ann. CCLIV. cum P. Pinario
Mamercino Rufo. Hujus filius fuiſſe creditur C. II.
Julus C. F. L. N. qui Cos. fuit poſt ſeptem an-
nos cum Q. Fabio Vibulano II. Decemvir legibus
ſcribendis fuit ann. CCCII. legatus occiſus eſt
anno deinde XIII. Tertius fuit Vopiſcus Julius III.
Julus, qui Cos. fuit ann. CCLXXX. cum L. Ai-
milio Mamercino III. Hic fortaſſe ſuperioris fra-
ter fuit. Quartus C. Julius Cos. fuit cum M. Ge- IV.
ganio Macerino ann. CCCVI. Hic fortaſſe X. vi-
ri filius fuit: II. Cos. fuit poſt annos XII. cum
L. Verginio Tricoſto: qui anno proximo refecti
fuiſſe dicuntur, quod alii hiſtorici negant. Quin- V.
ctus L. Julus, qui Vopiſci filius fuiſſe creditur,
Tribunus Militum fuit cum Mamerco Aimilio,
& L. Quinctio Cincinnato ann. CCCXV. Ma-
giſter equitum fuit A. Poſtumio Tuberto Dicta-
tore rei gerundæ cauſſa. Anno proximo Cos. cum
L. Papirio Craſſo II. ann. CCCXXIII. Poſt VI.
hunc Sex. Julius poſt ſex annos Trib. Militum
fuit. Hujus parentes ignoramus. Septimus C. Ju- VII.
lus L. F. Vopiſci N. Trib. Mil. fuit ann.
CCCXLV. & triennio poſt iterum. Cenſor mor-
tuus eſt ann. CCCLXI. eique ſuffectus eſt M.
Cornelius Maluginenſis, qui cum L. Papirio
Curſore luſtrum fecerunt XVII. eo luſtro urbs a
Gallis capta eſt. Religio fuit deinceps aliquam in
demortui locum ſufficere; quaſi vero aliquid ad
eam rem pertinuiſſet. Hujus frater fuit L. Julius, VIII.
qui Tribunatum Militum geſſit ann. CCCLII.
& iterum poſt quadriennium. Ante hunc alter L. IX.
Julius eundem magiſtratum geſſit biennio ante
priorem ſuperioris Tribunatum: ejus parentes
ignoramus. Decimus eodem nomine appellatus X.
eſt. Tribunus Militum fuit ann. CCCLXV. Un- XI.
decimus ejuſdem nominis ſimilem Tribunatum
geſſit ann. CCCLXXIV. Duodecimus C. Julius XII.
Julus Dictator rei gerundæ cauſſa in Caſtris di-
ctus ann. CDI. Cæſarum primus Sex. Julius Sex. I.
F. L. N. Cos. fuit ann. DXCVI. cum L. Aure-
lio Oreſte. Poſt hunc alter Sex. Cæſar C. F. Sex. II.
N. a Verrio appellatur: Cos. fuit ann. DCLXII.
cum L. Marcio Philippo. Ejus ſucceſſor L. Cæ- III.
ſar L. F. Sex. N. ſuperioris frater patruelis cum
P. Rutilio Lupo anno primo belli Marſici con-
ſul fuit. Ab eo lex *Julia* appellata eſt, qua civi-
tas data fuit ſociis, qui in officio manſerunt, aut
qui cito redierunt. Cenſor fuit anno proximo poſt
con-

UNED

conſulatum cum P. Licinio Craſſo, luſtrum non fecerunt: biennio poſt occiſus eſt cum fratre C. Cæſare Strabone, qui Ædilis Curulis fuit, Quæſtor, Trib. Mil. bis, X. vir agris dandis, adtribuendis, judicandis, & Pontifex. Horum mater fuit Popillia, quam mortuam laudavit publice Q. Lutatius Catulus major, horum frater uterinus, eique mulieri tum primum is honos datus eſt, qui antea tantum viris haberi ſolebat. Uxor L. Cæſaris Fulvia M. Fulvii Flacci viri conſularis filia, qui cum C. Graccho occiſus eſt a L. Opimio Cos.

IV. Hujus filius L. Cæſar Cos. fuit cum C. Marcio Figulo anno DCLXXXIX. cujus ſoror Julia ex M. Antonio Marci oratoris filio Marcum Antonium Triumvirum, & Cajum, & Lucium Antonios ſuſcepit, poſtea P. Cornelio Lentulo Suræ conſulari nupſit, qui in conjuratione Catilinæ Cicerone Cos. occiſus eſt anno proximo poſt L. Cæſaris conſulatum. Hic ſemper optimarum partium fuit, nulla propinquitatis C. Cæſaris, vel M. Antonii habita ratione. Qua de cauſa proſcriptus eſt a Triumviris, conſervatus a ſorore invito filio ejus Antonio. Hujus filius fuit alter L. Cæſar, qui cum mandatis de pace miſſus eſt ad Cæſarem initio belli civilis.

V. Sequitur C. Julius C. F. C. N. Cæſar, cujus pater Prætor repentino mortuus eſt ann. DCLXIX. Avia paterna fuit Marcia Marcii Regis filia. Amita Julia C. Marii ſepties Cos. uxor, quam mortuam laudavit. In ea oratione dixit Julios a Venere, & Ænea; Marcios a Numa Rege ortos. Mater ei fuit Aurelia, quæ cum Pontificem Max. vidit, & neſcio, an Cos. Initium Pontificatus fuit idem ille annus conjurationis Catilinæ, in qua conſenſiſſe inſimulatus eſt. Quadriennio poſt Cos. fuit cum M. Calpurnio Bibulo ann. DCXCIV. Omnia ſolus per vim, & populum egit. L. Calpurnii Piſonis ſucceſſoris in conſulatu filiam duxit, Pompeja repudiata, ob P. Clodii Pulchri amorem, cum in Bonæ deæ ſacris domi ſuæ Aurelia mater reperit Clodium veſte muliebri indutum. Pompeja L. Sullæ Felicis neptis fuit, Q. Pompejo Rufo, & Cornelia nata. Habuerat ante hanc uxorem Corneliam L. Cinnæ quater Cos. filiam, ex qua Juliam ſuſceperat Cn. Pompeii Magni uxorem. Ante Corneliam Coſſutia Equitis Romani filia Cæſaris ſponſa fuit. Poſt conſulatum decem annos Gallias tenuit, poſtea cum exercitu adverſus Cn. Pompejum, & conſules Romam venit. Dictator a M. Lepido Prætore urbano dictus eſt ann. DCCIV. Iterum Cos. anno proximo cum P. Servilio Vatia Iſaurico: quo anno victo Pompejo II. Dictator reip. conſtituendæ, M. Antonium Mag. Eq. dixit: III. Cos. cum M. Aimilio Lepido anno DCCVII. fuit: & III. Dictator, anno proximo Cos. IV. ſine collega, cenſum vicatim egit. Eodem anno IV. Dictaturam iniit, quæ ei poſtea perpetua conceſſa eſt. In tertio conſulatu quater triumphum egit, primum de Galleis & Germaneis, ſecundum de Pharnace Ponti Rege ex Aſia, Tertium ex Ægypto de Rege Ptolemæo, Quartum de Juba Mauretaniæ Rege ex Africa. In quarto conſulatu quinctum egit ex Hiſpania. Anno DCCIX. Dictator IV. vel potius perpetuus, conſul V. occiſus eſt Eidibus Martiis. Ejus collega fuit M. Antonius. In hac quarta Dictatura ovans ex monte Albano VII. Kal. Febr. reverſus eſt. Sororem habuit Juliam nuptam M. Attio Balbo viro Prætorio, ex quo Attiam peperit. Attia C. Octavio C. F. C. N. C. Pron. nupta eſt, poſtea L. Marcio Philippo. C. Octavius Prætor fuit, & Procos. provinciam Macedoniam rexit, in qua Imperator appellatus eſt: ex priore uxore Ancharia Octaviam Majorem, ex Attia Octaviam Minorem, & C. Octavium, quem hæredem C. Cæſar teſtamento reliquit. Quamobrem C. *Julius* C. F. *Cæſar* appellatus eſt, quem etiam jure *Octavianum* aliqui vocant. Poſt Cæſares quinque de Mentone, & Libone agere polliciti ſumus. Cn. Julius Mento conſul fuit anno CCCXXII. cum T. Quinctio Penno Concinnato L. Julius L. F. L. N. Libo cum M. Atilio Regulo anno CDLXXXVI. & triumphum egit de Sallentineis VIII. Kal. Febr. cum M. Regulo collega. Sine cognomine antiquiſſima mentio eſt Proculi Julii Senatoris, qui Romulo a Senatoribus, ut creditur, occiſo juravit ſe eum vidiſſe poſtea mandantem patribus, & populo, ut *Quirinum* appellarent, ſeque ut deum colerent. Julios etiam plebejos fuiſſe video, ex quibus Tribuni plebis fuerunt Ap. Julius ann. CCCIV. C. Julius ann. CCCXXX. L. Julium Annalem, qui proſcriptus eſt a Triumviris, & Q. Julium Candidum, qui patrem proſcriptum prodidit, plebejos fuiſſe exiſtimo. De Sexto Annali teſte producto in reum, quem Cicero defendebat; notus eſt jocus, cum enim læſiſſet reum, & accuſator, dic aliquid M. Tulli ſi potes, de Sexto Annali; tum Cicero verſum ex ſexto Annali Ennii recitavit,

*Qui potis ingentes cauſſas evolvere belli.*

Primus ex his cognomen ex lege Julia Annali, quam pertulit, invenit. Sunt qui putent Annales non Julios ſed Villios fuiſſe, legemque *Villiam* non *Juliam* appellandam. Hæc de Juliis ante Auguſtum, a quo, & a majori avunculo C. Cæſare hæc familia ſuper alias omnes excelluit. Nam, ut verum fateamur, libertatis tempore non a patriciis ſolum. Valeriis, Corneliis, Fabiis, Æmiliis, ſed etiam a plebeiis Cæciliis, & Fulviis perſonarum, & honorum dignitate Julia familia victa eſt. A Cæſare, & Auguſto menſes duo, qui antea *Quinctilis*, & *Sextilis* dicebantur; *Julius* & *Auguſtus* appellati ſunt. Ab eiſdem omnes Imperatores *Cæſares*, & *Auguſti* dicti ſunt. Inter divos falſos hi relati ſunt, Divus Julius, Divus Auguſtus, Diva Auguſta, quæ *Julia* poſt mortem Auguſti appellata eſt, ut ex parte heres. Diva Druſilla C. Cæſaris Caligulæ ſoror. Diva Julia Divi Titi filia. Diva Julia Auguſta Severi Imp. uxor. Diva Julia Mæſa Elagabali, & Alexandri avia materna. Diva Julia Mamæa Alex. Imp. mater. Divus Philippus. Senior. Divus Philippus Junior: & quæ vere Diva dicta eſt, Fl. Julia Helena, quam *Sanctam Helenam* dicimus, & veneramur. Ex hac familia præter ſupradictos Imperatores & Auguſtas fuerunt: Ti. Julius Cæſar Auguſti Cæſaris filius adoptivus, C. Julius Cæſar Germanici filius Ti. N. Auguſti pronepos, Agrippina Auguſta eiſdem Germanici filia Ti. Claudii

Imp.

Imp. uxor mater Neronis Imp. Julia Sœmias Auguſta mater Elagabali Imp. Julia Aquilia Severa Auguſta uxor ejuſdem Imp. Julia Paula Auguſta cujus cognationem ignoramus. Maximinus Imper. & C. Julius Verus Maximus Cæſar ejus filius. C. Julius Æmilianus Imp. & Q. Julius Gallieni Imp. filius. Fl. Julius Criſpus Cæſar Conſtantini Max. filius, & Fl. Julius Conſtantius Jun. Imp. Ex tanta gloria iterum in obſcuras tenebras deciderunt: & vix fumi prætereuntis umbra, quaſi in ſomnis viſa ſit, levem quandam ſui memoriam reliquit.

Nunc de Auguſto, & ejus liberis videamus; poſtea de iis, qui ſub eo, & ceteris conſulatus geſſerunt. C. Octavius, ante adoptionem Magiſter equitum deſignatus fuit in locum M. Lepidi C. Cæſare IV. Dictatore ann. DCCIX. poſt adoptionem Cos. ſuffectus anno proximo, & III. vir Reip. conſtituendæ cum M. Aimilio Lepido, & M. Antonio ex ante diem V. Kal. Decemb. ad pridie Kal. Jan. Sextas: II. Triumvir in alterum quinquennium cum eiſdem fuit, ſed Lepidum abdicare coegit, M. Antonium hoſtem Reip. declaravit, & vicit: terdecies Cos. fuit, duas ovationes, tres triumphos egit, Tribuniciam poteſtatem XXXVII. accepit, Imperator XXI. appellatus eſt, Pontifex Max. fuit mortuo M. Lepido anno DCCXL. Poſt Actiacam victoriam, quæ DCCXXII. anno urbis accidit, ſolus imperium tenuit, optimuſque Imperator fuit ad annum DCCLXVI. quo mortuus eſt. Priores XII. annos tyranni inſtar egit. Sponſas habuit duas Serviliam P. Iſaurici filiam, hanc reliquit, ut privignam M. Antonii duceret, Claudiam Fulviæ ex P. Clodio Pulchro filiam: Sed eam intactam dimiſit mores ſocrus exoſus. Mox Scriboniam L. Libonis ſoceri Sex. Pompeii Magni ſororem, quæ duabus antea conſularibus nupſerat, & ex altero mater erat, duxit. Cum hac etiam divortium fecit. Tandem Liviam Druſillam, quæ poſtea *Livia Auguſta* dicta eſt, prægnantem ex Ti. Nerone duxit: quæ poſt tres menſes Neronem Claudium Druſum Imperatoris Ti. Claudii patrem peperit. Ex Scribonia Juliam ſuſceperat, quæ prius M. Marcello Octaviæ ſororis Auguſti filio, eoque mortuo M. Agrippæ nupſit, qui tunc Marcellam ejuſdem Octaviæ filiam habebat in matrimonio, & ex ea liberos: ſed eam repudiatam Octavia Antonio M. F. collocavit. Agrippa mortuo Julia Ti. Claudio Neroni privigno Auguſti nupſit, qui uxorem prægnantem, & ex qua Druſum filium habebat, dimittere coactus eſt. Ea autem erat Agrippina M. Agrippæ, de quo diximus filia ex Cæcilia Attica Q. Cæcilii Attici Pomponiani, & Piliæ filia, quæ poſt divortium abortum fecit, & nupſit C. Aſinio Gallo Pollionis F. qui Salonini ex eadem pater fuit. Nepotes Auguſti ex M. Vipſanio Agrippa, & Julia filia fuerunt tres Cajus, Lucius, & Agrippa Poſtumus: neptes duæ Julia, & Agrippina. Cajum & Lucium adoptavit emptos per æs, & libram a M. Agrippa patre. Ita ex Vipſaniis Julii facti ſunt. Juliam duxit L. Paullus Cenſoris filius, ex his Æmilia Lepida nata eſt Ti. Claudii Imp. ſponſa, poſtea repudiata, quod parentes Auguſtum offenderant, Agrippinam duxit Germanicus Neronis Druſi, de quo diximus, & Antoniæ Minoris filius. Erat autem Antonia M. Antonii Triumviri, & Octaviæ majoris minoris ſororis Auguſti, de qua diximus, filia. C. & L. Cæſare Pontifices, conſules deſignati quamvis aliqui Cajum Coſ. fuiſſe tradiderint, & principes juventutis mortui ſunt, Cajus in Lycia, Lucius Maſſaliæ. Tunc Agrippam Poſtumum tertium nepotem, quem mox abdicavit, & Tiberium Neronem privignum in foro per legem Curiatam adoptavit. Sic Nero ex Claudia familia in Juliam venit prænomine retento. Ti. Julius Auguſti F. *Cæſar* appellatus eſt. Duas Julias filiam, & neptem Auguſtus relegavit: natum ex nepte filium ali, adgnoſcique vetuit. A Tiberio Cæſ. Germanicus fratris filius adoptatus eſt, ita is quoque ex Claudio Julius effectus eſt. Ti. Cæſar vivo Auguſto patre adoptivo Tribuniciam poteſtatem XVI. accepit; Pontifex, & bis conſul fuit, Imperator VII. appellatus eſt. Poſt mortem Pontifex Max. conſulatum ter amplius accepit, Tribunic. poteſt. ad XXXVIII. auxit, Imperator Octavum appellatus eſt: triumphos duos egit, ovationem unam, triumphalia ornamenta bis conſecutus eſt. Uxores duas habuit, quas paullo ante retulimus, Agrippinam, ex qua Druſum ſuſcepit, & Juliam Auguſti filiam; ex hac nullos liberos habuit. Druſus Livillam ſive Liviam duxit Neronis Claudii Druſi, & Antoniæ Minoris filiam Ti. Claudii Auguſti, & Germanici Cæſaris ſororem, quæ ei Tiberium, & alios peperit. Sed a Sejano adultero perſuaſa virum veneno ſuſtulit. Tiberium Druſi filium C. Cæſar Imp. necari juſſit. Germanicus Cæſaris Ti. Cæſaris adoptivus filius ex Agrippina Juliæ filia, Auguſti vero nepte, ut antea dictum eſt, novem liberos procreavit: ex quibus tres infantes perierunt: tres mares Nero, Druſus, & Cajus, quem *Caligulam* dicebant; tres feminæ fuerunt Agrippina, Livilla, Druſilla, pro *Livilla* alii *Juliam* ſcribunt, quod ipſum denariis, & aſſibus C. Cæſaris confirmatur. Agrippinam duxit Cn. Domitius Antoniæ Majoris filius Ahenobarbus, quæ ei Neronem peperit Imperat. & poſtea Ti. Claudio Auguſto patruo nupſit, Nerone filio adoptato, a quo poſtea occiſa eſt. Julia M. Vinicio, Druſilla L. Caſſio Longino ſive M. Lepido nupſit. Has tres ſorores dicitur Caligula vitiaſſe, Druſillam in divos retuliſſe, duas alias relegaſſe. Agrippinam Germanici uxorem, & duos filios Neronem, & Druſum Tiberius Cæſar Imp. variis criminibus excogitatis mori coegit. Iſpum Germanicum per Cn. Piſonem ſuſtuliſſe creditum eſt. Piſo damnatus pœnas dedit. Cajus ſucceſſor Tiberii, cujus mortem acceleraſſe dicitur, ejus crudelitatis heres, quadriennium fere in imperio debacchatus eſt. Pontifex Max. Coſ. IV. Imp. II. Trib. poteſt. IV. & triumphalis occiſus eſt. Uxores habuit ante imperium Juliam Claudillam M. Silani filiam, poſtea Liviam Oreſtillam C. Piſonis Lolliam Paulinam C. Memmii uxores abreptas, & mox dimiſſas; & Cæſoniam impudicam trium filiarum matrem duxit, ex qua filiam procreavit Juliam Druſillam. Sed hanc cum matre percuſſores Caligulæ occiderunt. Hic finis Cæſarum fuit. Conſules ſub Auguſto tantum reperio Julios ipſum Au-

Au-

Auguſtum, & Ti. Cæſarem de quibus antea diximus, & Cajum, ac Lucium M. Agrippæ filios, nepotes Auguſti, quos a patre emptos adoptavit. Ex quibus C. Julius Aug. F. Cæſar Coſ. deſignatus fuit, ſed non iniit ann. DCCXLVII. Conſul vero fuit ann. DCCLIII. cum L. Æmilio Paullo. L. Julius Aug. F. Cæſar ſuperioris frater Coſ. deſignatus eſt ann. DCCXLIX. ſed non iniit. Tertius poſt hos Germanicus Cæſar fuit, cujus pater naturalis Nero Claudius Druſus fuit, adoptivus Ti. Julius Cæſar: hic conſul fuit ann. DCCLXIV. cum C. Fontejo Capitone: triumphum egit Procoſ. de Cheruſceis, Catteis, Angrivarieiſque, Germaneis: VII. Kal. Jul. ann. DCCLXIX. Iterum ſub Tiberio patre, ejuſdem in tertio conſulatu collega fuit anno proximo, ſed aut non iniit, aut ſtatim abdicavit. Sub eodem Tiberio Druſus Cæſar filius non adoptivus ſed naturalis Coſ. fuit cum C. Norbano ann. DCCLXVII. Iterum Coſ. poſt ſex annos cum ipſo Ti. Auguſto: IV. & anno proximo Tribuniciam poteſtatem in decennium accepit, ſed poſt annum mortuus eſt. Hic etiam *Germanicus* appellatus eſt, & ovans Procoſ. de Germaneis rediit ann. DCCLXXIV. Poſt Caligulam ante Maximinum Imp. hos conſules invenio. Primus eſt C. Julius Atticus Veſtinus, qui Coſ. occiſus eſt ann. DCCCXVII. ſub Nerone Imp. Ejus collega fuit P. Silius Nerva, quem etiam *Silianum* appellarunt. Sub eodem Imp. C. Julius Rufus Coſ. fuit biennio poſt cum C. Fontejo Capitone. Eiſdem Coſ. Cajus Julius Vindex Proprætore in Galliis primus adverſus Neronem cum exercitu ſe in libertatem vindicavit, Galbamque, ut idem faceret, exhortatus eſt. Sub Veſpaſiano Imp. Cn. Julius Agricola Julii Græcini eruditi viri filius Coſ. ſuffectus fuit cum Domitiano Veſp. Aug. F. VI. ann. DCCCXXIX. Hujus Agricolæ vitam conſcripſit P. Cornelius Tacitus ejus gener, ortum fuiſſe ait ex Forojulienſi Colonia, patre, quem diximus Græcino, quem C. Cæſar Caligula, quod noluerit M. Silanum accuſare, interfecit, matre Julia Procilla, utroque avo equite procuratore Cæſaris: uxor ejus Domitia Decidiana, allectus eſt a Veſpaſiano inter patricios: poſt conſulatum filia collocata in Brittaniam miſſus, ex victoria Britannica ornamenta ei triumphalia a Domitiano Imp. decreta, & ſtatua, ſucceſſore miſſo, annos natus ſex & quinquaginta Romæ mortuus eſt, ſub eodem Domitiano C. Antius, Julius Quadratus Coſ. fuit ex Kal. Juliis cum M. Lollio Paulino Valerio Aſiatico Saturnino ann. DCCCXLV. Sequitur Julius Ferox Coſ. ſuffectus cum Acutio Nerva ann. DCCCLII. ſub Trajano Imp. Quincto deinde anno Ti. Julius Candidus II. & A. Julius Quadratus II. Coſ. fuerunt, quorum conſulatus priores conſcripti non ſunt. Quamobrem ſuffectos fuiſſe credidimus. Biennio poſt C. Julius Servilius Urſus Servianus Coſ. fuit ex Kal. Juliis cum Surano II. Iterum ann. DCCCLXIII. etiam ex Kal. Juliis cum L. Fabio Juſto ſub eodem Trajano. Tertium Coſ. fuit ſub Hadriano, cujus ſororem duxerat, & ab eo XC. annos natus occiſus eſt. Hic etiam appellatur *Ser. Servianus*: ejus collega fuit C. Vibius Juventius Verus: conſules fuerunt ann. DCCCLXXXVI. Sub Trajano C. Julius Africanus bis Coſ. fuit. Priori conſulatu ann. DCCCLX. Coſ. ſuffectus cum Clodio Criſpino ex Kal. Jul. in ſecundo collega fuit Imp. Trajani in ſexto conſulatu poſt quadriennium. Secutus eſt Ti. Julius Alexander, qui Coſ. ſuffectus fuit ex Kal. Jul. ann. DCCCLXIX. cum M. Erucio Claro, ſub eodem Trajano. Sub Hadriano Q. Julius Balbus Coſ. fuit cum P. Juventio Celſo II. ann. DCCCLXXXI. Et ſexto poſtea anno L. Julius L. F. Atticus Acilianus cum Pompejano Luperco. Sub Pio Imp. C. Julius Severus, & M. Rufinus Sabinianus Coſ. fuerunt ann. CMVII. Sub Marco & L. Vero Imp. C. Julius Macrinus Coſ. fuit cum L. Cornelio Celſo poſt annos IX. Et ſub Imp. Pertinace C. Julius Fructus Clarus Coſ. fuit cum Q. Soſio Falcone ann. CMXLV. Sub Alexandro Imperat. Julius Lupus Cos. fuit cum Maximo anno CMLXXXIV. Maximinus Imp. patre Micea matre Ababa altero Gotho, altera Alana in Thracia natus a magnitudine corporis appellatus eſſe videtur. Cujus filius *C. Julius Verus Maximus* appellatus eſt: barbaris feriſque moribus pater biennio Imp. fuit P. M. Trib. Pot. III. Cos. II. Pater patriæ occiſus eſt cum filio Cæſare. Sub eodem Imp. Coſ. fuit C. Julius Africanus collega ejuſdem Imp. ann. CMLXXXVIII. & anno proximo Cos. ſuffectus ex Kal. Maii Julius Silanus cum Meſſio Gallicano. Sub Gordiano C. Julius Arrianus, & Æmilius Papus Coſ. fuerunt ann. CMXCV. Imp. M. Julius Philippus Pont. Max. Trib. Pot. VI. Coſ. III. cum filio ejuſdem nominis Pontifice Trib. Pot. III. Coſ. Procoſ. occiſi ſunt. C. Julius Æmilianus Imp. Pont. Max. Trib. Pot. Coſ. occiſus eſt. Q. Julius Licinius Saloninus Gallienus Cæſar Gallieni Imp. filius cum patre occiſus eſt. Jam vero C. Julius Capitolinus collega fuit in conſulatu ſecundo L. Domitio Aureliano Imp. ann. MXXVI. Fl. Julius Criſpus Cæſar Imp. Conſtantini Maximi nothus filius poſt triennium Coſ. fuit cum Imp. C. Aurelio Licinio V. & II. cum Fl. Valerio Conſtantino Juniore II. ann. MLXXII. ſub Conſtantino Max. & eodem Licinio Impp. Fl. Julius Conſtantius Imp. annis XXV. imperavit. Coſ. fuit decies: triumphum egit Coſ. VI. de Magnentio, Decentioque tyranneis ex Gallia Pridie Kal. Maii ann. MCVI. Conſulem poſtea unum tantum invenio Julium Felicem Valentinianum, qui cum Sex. Aurelio Victore Coſ. fuit ann. MCXX. ſub Valentiniano Valente & Gratiano Auguſtis.

## JUNIA.

JUNIA duplex & patricia, & plebeja, utraque nobilis fuit. Sed illa unico viro Conſulari præfulſit L. Junio Bruto, qui & primus Conſul fuit, & auctor libertatis populi Romani: plebeja in plures ſtirpes propagata XIII. Conſulares viros ante Auguſti imperium habuit. Eorum cognomina hæc ſunt: Bruti, Scævæ, Bubulei, Peræ, Pulli, Silani, & Peuni, Lucius ille Brutus M. Junii, & Tarquiniæ ſororis L. Tarquinii cognomento Superbi Regis filius, ſtultitiæ ſimulatione, ne a Rege ſuperbo, ut Marcus frater, & pater occideretur, *Bru-*

*ti*

*ti* cognomen accepit. Sed poſt illud Sex. Tarquinii facinus, qui Lucretiæ Sp. Tricipitini filiæ, L. Tarquinii Collatini uxori vim intulit, ſapientiam detexit, & primus Regibus exigendis auctor fuit: quamvis jam tum Tribunus Celerum eſſet, quo magiſtratu uſus eſt in abrogando Regibus imperio. Primus Conſul fuit, ſive Prætor (ſic enim a *præeundo* dicebatur) cum eodem L. Collatino, quem tamen abdicare ſe magiſtratu coegit, & in exilium abire extra urbem propter odioſum Tarquinii nomen; collega ſubrogato P. Valerio Publicola, quem tunc *Valeſium Popliculam* dicebant, in prœlio occiſus eſt. Aruntem enim Superbi filium ita invaſit, ut ambo ictu contrario ceciderint, ut Cicero in *Tuſcul.* auctor eſt. Id prœlium fuit pridie Kalendas Martias anno poſt urbem conditam ducenteſimo quadrageſimo quarto. Eum mortuum matronæ annum luxere. Uxor ejus fuit Vitellia, ſive Gellia, cujus fratres Marcum, & Manium, cum duobus filiis ſuis Tito, & Tiberio, & fratris filiis, ut quibuſdam placet, atque ſororis Collatini Lucio, & Marco filiis, & Aquilliis ob conjurationem interfecit: ſtatua ei decreta eſt, atque ſtatuta in Capitolio ex ære inter regum ſtatuas gladium diſtringentis habitu, ut Plutarchus affirmat. Idem Poſſidonium refert aſſerere ex tribus filiis duos ſecuri interfici juſſiſſe, tertium infantem relictum, a quo familia Brutorum deducta ſit. Alios ex Bruti diſpenſatore ortos fuiſſe, eos præſertim qui M. Bruti odio, qui C. Cæſarem cum D. Bruto, & C. Caſſio, ac cæteris conjuratis interemit, flagrarent. Hanc vero patriciam L. Bruti familiam Dionyſius a quodam Æneæ ſocio progenitam ſcribit. Plebejus vetuſtiſſimus L. Junius C. F. Paterculus, qui primus Tribunus plebis fuit cum L. Sicinio L. F. Veluto anno XVI. poſt Reges exactos, hoc eſt ann. CCLIX. ut ex Aſconio in *Corneliana* didicimus, quamvis pro *L. Junio Lavinium* quidam ſcripſere, hos *C. Licinium*, *L. Albinum* Livius appellat: Dionyſius *L. Junium Brutum*, *& C. Sicinium Bellutum*, & his tres alios additos *C. & P. Licinium*, *& C. Juſillium Rhuganum.* Brutum illum *Tribunum* appellatum fuiſſe, non quod ſanguine cum L. Junio Conſule conjungeretur, ſed quod eo nomine ab amicis laudaretur, ab inimicis irrideretur. Poſt hunc Q. Junius Tribunus Plebis fuit ann. CCCXIV. conſul primus D. Junius Brutus Scæva cum L. Furio Camillo, iterum ann. CDXXVIII. fuerat Magiſter Equitum ante quattuordecim annos Q. Publilio Philoni Dictatori rei gerundæ cauſſa. Alter eodem nomine D. Brutus Scæva conſul fuit anno CDLXI. cum Q. Fabio Maximo Gurgite. Hunc ſuperioris filium fuiſſe probabile eſt. Utrumque *Sævam* non *Scævam* quidam appellant, ſed plerique omnes *Scævam*, quod placet; cum videam *Scævolam* ſive *Scævulam* cognomen Muciorum ab hoc deductum; ſive a ſiniſtra, ſive ab omine, aut augurio bono. Siniſtra enim auſpicia Romanis meliora fuere; utpote quæ ſinerent rem fieri, ſic enim interpretabantur. Ea Græce *σκαιὰ* dicuntur. Sic Feſtus ait *Scævam* & in bona, & in mala revocari. Et Varro lib. VI. *de lingua Latina* pueris refert turpiculam rem ſuſpendi in collo, ne quid obſit bonæ Scævæ cauſa, unde *Scævola* appellatus eſt, *Scævumque* bonum eſſe omen dicit: quod ſiniſtra bona auſpicia exiſtimarentur. Bubulci Bruti duo item conſulares fuerunt, quorum alter ter Conſul, bis triumphalis, Dictator, Cenſorque ſemel, ac bis Magiſter Equitum: alter iterum Conſul triumphavit, ambo C. *Junii* dicti, Cajo patre, Cajoque avo prognati Verrio Flacco auctore ſunt. Prior enim Conſul fuit ann. CDXXXVI. cum Q. Aimilio Barbula, iterum quarto demum anno cum L. Papirio curſore quinctum conſule: anno proximo Magiſter equitum fuit C. Sulpicio Longo Dictatore rei gerundæ cauſſa. Tertium Conſul cum Collega ſuo Q. Barbula iterum eodem ann. deſignatus eſt, & de Samnitibus Nonis Sextilib. in conſulatu triumphum egit. Barbula de Etruſceis Idib. Sextil. Biennio poſt iterum Magiſter Equitum L. Papirio Curſore iterum Dictatore rei gerundæ cauſſa, quo anno, ut Verrius aſſerit, Dictator, & Magiſter Equitum ſine Conſulibus fuerunt. Cenſor cum M. Valerio Maximo ann. CDXLVII. luſtrum fecit XXVII. L. Antonium ſenatu movit, quod virginem repudiaſſet ſine amicorum conſilio. Dictator de Æqueis III. Kalend. Sextil. anno CDLI. iterum triumphum egit. Ædem ſalutis, quam conſul voverat, Cenſor locaverat, Dictator dedicavit. Eam ædem qui primus ex Fabiis *pictor* appellatus eſt, pinxit. Hujus filius ut creditur, Conſul fuit ann. CDLXII. cum L. Poſtumio Megello tertium, qui Interrex erat. Iterum Conſul de Lucaneis, & Bruttieis Non. Januar. anno CDLXXVI. triumphum egit. Ejus collega fuit P. Cornelius Rufinus iterum Conſul. Poſt hos tres conſulares Brutos accepimus fuiſſe, nullo alio cognomine diſtinctos. Quorum primus M. Junius M. F. L. N. conſul fuit cum A. Manlio Vulſone anno poſt urbem conditam DLXXV. Hujus, ut arbitror pater Prætor Urbanus fuit tertio decimo antea anno: annoque ei proximo P. Junius Brutus Prætor Tuſcos provinciam obtinuit, & poſtea Proprætore in ulteriorem Hiſpaniam profectus eſt. His temporibus, ut Valerius Max. ſcribit, Marcus, & Decimus Bruti primi in funere patris gladiatores dederunt anno DXLI. ſed Florus lib. XVI. id D. Bruto ſoli defert bello Punico primo. Alter conſularis D. Brutus, quem M. F. Cicero in *Bruto* fuiſſe ſcribit, in Conſulatu collega fuit P. Cornelii Scipionis Naſicæ *Serapionis* cognomento appellati anno urbis DCXV. Poſt Conſulatum *Callaicus* appellatus eſt, & triumphum geſſit proconſule de Luſitaneis, & *Callaiceis* ex Hiſpania Ulteriore. De hoc Plutarchus poſt Ciceronem refert non ut ceteros menſe Febr. ſed Decembri parentaſſe. Eundem Attio familiarem fuiſſe, & ab eo templa de manubiis ornata verſibus Attii decoraſſe alii conſcripſerunt. Hujus filius ex Clodia uxore D. Brutus D. F. M. N. a Verrio cenſetur, collega Mamerci Lepidi Liviani ann. DCLXXVI. Non deſunt, qui ſupra ſcriptis inſerant M. Junium Pennum, quem M. F. M. N. Verrius appellat, & fuiſſe exiſtiment M. Bruti conſularis filium, ac patrem D. Bruti Callaici. Hic Conſul fuit cum Q. Ailio ſive Allio Paito anno urbis DLXXXVI. Hujus filius M. Pennus laudatur a Cicerone, utpote qui in tribu-

bu-

bunatu plebis C. Gracchum exagitarit Quæſtorem anno. DCXXVI. Eumque Ædilicium mortuum fuiſſe aſſerit. Ante hos tamen M. Junius Pennus Prætor Urbanus fuit anno DLII. & poſt annos XXIX. alter M. Pennus Hiſpaniam citeriorem Prætor optinuit, quem illius filium eſſe exiſtimo, hunc vero eundem illum Conſulem. *Peræ* cognomine duos Conſulares reperio, quorum alter Cenſorius, & bis triumphalis, alter Dictator, & Cenſor fuit. Prior D. Junius D. F. D. N. Conſul fuit anno CDLXXXVII. cum N. Fabio Pictore, & in eodem Conſulatu bis triumphum egit V. Kal. Octob. de Saſſinatibus, & Non. Febr. de Sallentineis, Meſſapiciſque. Cenſor fuit anno quingenteſimo cum L. Poſtumio Megello, qui Prætor etiam erat, & eo in magiſtratu mortuo D. Pera abdicavit. Sunt, qui ſuſpicentur hunc Peram D. Scævæ Conſularis filium fuiſſe, & alterius Scævæ Conſularis nepotem: quod a temporum ratione alienum non eſt. Sed id, ut incertum omittamus. Alter Conſularis M. Pera D. F. D. N. ſuperioris ut arbitror filius, conſul fuit cum M. Aimilio Barbula anno DXXIII. & cenſor quinquennio poſt cum C. Claudio Ap. F. Centhone, luſtrum fecerunt XLII. Dictator vero rei gerundæ cauſſa poſt pugnam Cannenſem ann. DXXXVII. Magiſtrum Equitum dixit Ti. Sempronium Gracchum Ædilem Curulem. Eiſdem temporibus *Pulli* cognomine L. Junium C. F. L. N. Conſulem fuiſſe invenio cum P. Claudio Pulchro anno urbis DIV. urgente bello Punico primo: Sed ambo conſules claſſem amiſerunt, & pulcher damnatus a populo eſt, Pullus necem ſibi conſcivit. Eiſdem Conſulibus tertii ludi ſæculares acti Antiate, & Livio auctoribus. In hæc etiam tempora incidit, quod Plinius lib. XXXIV. cap. VI. ſcribit P. Junio, & Ti. Coruncanio interfectis a Teuca Illyriorum regina tripedaneas ſtatuas poſitas fuiſſe. Sed Polybius lib. II. eos C. & L. *Coruncanios* appellat, & unum tantum ex his occiſum fuiſſe ann. DXXIII. Ad Silanos Conſulares ventum eſt, quos ex Manliis Torquatis originem duxiſſe indicant Ciceronis verba lib. I. *de finib.* cui Valerius Max. lib. V. cap. VIII. & Florus lib. LIV. ſubſcribunt. Nam T. Manlius A. F. T. N. Torquatus, qui cum Cn. Octavio Conſul fuit anno urbis DLXXXVIII. cum Decimo Silano, filium in adoptionem dediſſet, iſque Prætor Macedoniam optinuiſſet, de provincialium querellis domi audivit, erat autem juris civilis, & Pontificii peritiſſimus; cumque contra filium pronuntiaſſet, in conſpectum ſuum venire vetuit, filius eadem nocte laqueo ſibi necem intulit: at pater adoleſcentis funeri non interfuit, & ſe conſulentibus aditum patere juſſit. Hac de cauſa titulum extare ſcio cujuſdam ſepulchri Virginis Veſtalis Maximæ, cujus apud Tacitum lib. III. mentio fit, ut C. Silani pro Conſulis Aſiæ ſub Tiberii Cæſaris ſororis, quæ cum C. Silani filia eſſet, Junia Torquata dicta ſit. Ex veteribus Silanis M. Junium Prætorem fuiſſe cognovimus anno urbis Quingenteſimoquadrageſimoprimo. Hunc arbitror a Boiis occiſum fuiſſe poſt annos XVI.

Primus M. Silanus Conſul fuit anno Sexcenteſimoquadrageſimoquarto cum Q. Metello Numidico. Hic male cum Cimbris pugnavit, & accuſatus eſt a Cn. Domitio Tribuno plebis quinquennio poſt apud populum, duæ tantum tribus Sergia, & Quirina damnarunt. Hujus filius, ut arbitror D. Silanus M. F. Conſul fuit cum L. Licinio Murena anno urbis Quingenteſimononageſimoprimo. Hic primus in Senatu a Cicerone Conſule rogatus, cum deſignatus eſſet, ſententiam in P. Cornelium Suram, & Cethegum Catilinæ ſocios dixit. Hujus uxor Servilia fuit ſoror M. Catonis mater M. Bruti, qui adoptione in Serviliam gentem inſertus eſt. Itaque appellatur in *Philippicis*, & in denariis ejus nomine ſignatis *Q. Servilius Q. F. Cæpio Brutus.* Hujus ſorores tres fuere *Juniæ* dictæ ex Silano, ut arbitror, patre natæ, quarum una M. Aimilio Lepido Pontifice Maximo, & poſtea Triumviro reipub. conſtituendæ nupſit, altera C. Caſſio percuſſori Cæſaris, quam *Tertiam*, ſive *Tertullam* cognominatam fuiſſe accepimus, de qua notus eſt Ciceronis jocus. Nam cum male audiret Servilia, quod a Dictatore prædia emeret minimo prætio: *nil mirum*, inquit ille, *Tertia deducta eſt.* De alia Junia ſorore nihil accepimus. Tacitus in calce libri tertii, Juniam C. Caſſii uxorem obiiſſe ait ſexageſimoquarto poſt Philippenſem pugnam anno. Viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatas, Manlios, Quinctios, aliaque ejuſdem nobilitatis nomina, Serviliæ, & Catonis mater fuit Livia M. Druſi Tribuni plebis ſoror. M. Bruti percuſſoris Cæſaris pater poſt mortem Sillæ bellis civilibus a Pompejo occiſus eſt, eum Florus *M. Brutum* appellat libro nonageſimo.

Alii duo eodem prænomine, & cognomine fuerunt, M. Brutus pater vir Prætorius, juris civilis peritiſſimus, qui multis in locis a Cicerone, & a Pomponio in *Digeſtis* laudatur; & M. Brutus filius accuſator dictus, quem L. Craſſus multis jocis vexavit. Fuit etiam percuſſor Cæſaris D. Brutus Marci propinquus: hic ab A. Poſtumio Albino adoptatus *A. Poſtumius Bruti filius Albinus* appellatus eſt. Conſul deſignatus Mutinæ a M. Antonio obſeſſus eſt. Ab eodem poſtea occiſus eſt, & parum viriliter collum percuſſori præbuit, ut Valerius obiicit. At M. Bruti uxores duæ Claudii Appii Pulchri filia, & Porcia Catonis avunculi filia, quæ prius ex M. Calpurnio Bibulo Cæſaris in Conſulatu collega filium habuit. Porciæ, Bruti interitus a multis laudantur, quos ego minime laudo. At eorum igniculos virtutis ſuſpicio. Fuerunt enim in Bruto magna quædam animi ingenii, & eruditionis atque loquentiæ bona. Reliquit orationes, & de philoſophia libros, qui non exſtant.

Ad Silanos redeo, quorum cognomen a Siro deductum eſſe cenſeo, non ut quidam exiſtimant a Sylla, qui eos Sillanos conſcribunt. Silus Sergiorum, & Liciniorum cognomen eum ſignificat, ut Feſtus refert, qui naſo ſurſum verſus repando ſit, & Galeæ Silæ dicebantur ab eadem ſimilitudine. Hos patricios fuiſſe, ut Torquatos, a quibus originem ducunt, quærendum cenſeo: auget ſuſpicionem, quod collegas habuerint plebejos in Conſulatu: alter Metellum Numidicum, alter Murenam.

Sub Auguſto tres Conſules Silanos invenio. M. Silanum collegam Auguſti nono Conſulatu, anno Septingenteſimovigeſimooctavo, quo anno Janus Clauſus eſt. Hunc D. F. M. N. quidam appellant, ut ceteris Conſularibus conjungant C. Silanum C. F. qui poſt octo annos Conſul cum C. Furnio fuit, quo anno ludi ſæculares quincti acti ſunt. C. Silanum Caii filium Marci Nepotem Flaminem Martialem, qui anno Septingenteſimoſexageſimoſecundo Conſul fuit cum P. Cornelio Dolabella. Sub Tiberio Cæſare duo Conſules Silani fuerunt, M. Junius M. F. qui cum L. Norbano Balſo Coſ. fuit anno Septingenteſimoſeptuageſimoprimo & Ap. Silanus, qui nono poſtea anno Conſul fuit cum P. Silio Nerva Marci Silani filia Junia Claudilla nupſit C. Caligulæ ante adeptum imperium, quæ ex partu mortua eſt. Socerum idem Imperator ad necem compulit. Marci frater D. Silanus Juliæ neptis Auguſti adulter exilium voluntarium ſuſcepit, ut Tacitus libro tertio ſcribit. Temporibus Ti. Claudii Imperatoris D. Silanus Appii filius Conſul fuit cum Q. Haterio Antonino anno Optingenteſimoquinto. Hunc Proconſulem Aſiæ, & fratrem Lucium generum Ti. Claudii Imperatoris Agrippina Neronis mater occidi juſſit, ne filio præferretur in imperio. Eos Tacitus initio libri decimitertii appellat Divi Auguſti abnepotes. Plinius vero libro ſeptimo, cap. decimotertio naturalis hiſtoriæ: „ Marcus Silanus, *inquit*, nepos neptis Auguſti, natus quo anno exceſſit e vita Auguſtus, Aſiam obtinuit poſt Conſulatum, a Nerone veneno ſublatus". Idem Tacitus libro decimoquinto refert Torquatum Silanum mori coactum a Nerone, qui Divum Auguſtum atavum ferebat, & libro decimoſexto hujus ſororem Lepidam C. Caſſii uxorem, & amitam L. Silani, quem etiam occidi juſſit.

Sub Hadriano Imperatore Junius Silanus Siſenna cum Hibero Conſul fuiſſe dicitur anno DCCCXXCV. In titulo tamen quodam Præneſtini monumenti exſtat mentio horum Coſ. Q. Junii Silani, & L. Septimii Valeriani, in quo titulo mentio fit Ælii Auguſti liberti. Sub Commodo duo Silani eodem anno Conſules fuerunt Caſſiodoro anno CMXLI. alterum *Junium* alterum *Servilium* quidam appellant. Maximini vero temporibus Conſules ſuffecti ex Kal. Maii Junius Silanus, & Meſſius Gallicanus anno CMXXCIX. Sub quibus Maximino abrogatum imperium eſt, & Gordiani Africani Imperatores appellati ſunt. Maximino filio C. Julio Maximo Cæſare Junia Fadilla proneptis Antonini Imp. ſponſa conjuncta non eſt, ſed poſt ejus cædem Toxotio nupſit ejuſdem familiæ Senatori, & poſtea Prætori, cujus poemata legit Julius Capitolinus. Enumerat idem ex Junii Cordi indagatione arras, & munera regia ſponſæ data. Sed nos ceteros conſulares Junios per-
I. ſequamur, quorum varia cognomina fuerunt. Pri-
mus ſub Caligula Sex. Junius Celer cum Sex. No-
nio Quinctiliano Conſul ſuffectus ex Kal. Juliis
II. fuit anno DCCXCII. Alter Q. Ruſticus collega
Imperatoris Hadriani in tertio Conſulatu anno
III. DCCCLXXI. Tertius ejuſdem nominis, quem
etiam Præfectum Urbis fuiſſe ſub M. Antonino, &
L. Vero Ulpianus ſignificat, ejus collega in Conſulatu Vettius Aquilinus, vel ut in titulo cujuſdam monumenti eſt, Q. Flavius Tertullus Kal. Jul. anno CMXIV. Hunc exiſtimo bis Conſulem fuiſſe, eumque eſſe, quem Julius Capitolinus ait ſummum philoſophum Stoicæ diſciplinæ, cujus adjutor Marcus Imperator fuit, eique mortuo ſtatuas
a Senatu poſtulavit. Anno proximo A. Junius Pa- IV.
ſtor Conſul fuit cum L. Papirio Æliano, ſive
cum M. Pontio Læliano. Quinquennio poſt Titus V.
Junius Montanus cum L. Vettio Paullo. Altero VI.
anno hoc eſt CMXXII. ſub eodem Marco
Imp. L. Junius Clarus cum M. Aurelio Severo,
quem etiam *Cethegum* quidam vocant. At ſub VII.
Valeriano, & Gallieno Junius Donatus cum Cor-
nelio Sæculari iterum Conſule ann. CIↃXII. quo
anno Valerianus Imp. a Perſis captus eſt. Sub Pro- VIII.
bo Junius Meſſalla Conſul fuit cum Grato anno
CIↃXXXI. Item C. Junius Tiberianus anno pro- IX.
ximo collega Imp. Probi IV. Secundus ejuſdem X.
Conſulatus fuit cum Caſſio Dione an. CIↃXLII.
ſub Diocletiano, & Maximiniano, quo tempore
idem Tiberianus Præfectus Urbi fuit. Inter hos XI.
duos Conſulatus M. Junius Maximus, qui etiam
Urbis Præfectus fuit, bis Conſul fuit. Namque an-
no CIↃXXXV. Conſul ſuffectus ex Kal. Jul. cum XII.
M. Aurelio Maximiano, qui poſtea imperium ob-
tinuit, & biennio poſt Conſul ordinarius fuit cum
Vettio Aquilino ſub Diocletiano Imp. Fuit alter XIII.
Junius Maximus cum Imp. Maxentio IV. Con-
ſul ſuffectus anno CIↃLX. Sub Conſtantino, &
Licinio Flavius Junius Rufinus Coſ. fuit quar- XIV.
todecimo ann. poſt ſuperiorem cum Acilio Severo.
Poſtremo Junius Quartus Palladius collega fuit XV.
in Conſulatu Septimo Imp. Theodoſii Minoris
anno CIↃCLXIX. & eiſdem temporibus idem Palladius Præfectus urbis, & Præfectus Prætorio fuit. Hæc de Conſularibus Juniis. Triumphalia ornamenta C. Junius Blæſus tulit anno urbis DCCLXXV. Proconſul Africæ permittente Tiberio Cæſare quod avunculus Ælii Sejani Præfecti Prætorio eſſet, qui tum plurimum poterat, eidemque permiſſum eſt, ut Imp. more majorum ſalutaretur a militibus poſt victoriam de Tacfarinate & Numidis, ut Tacitus lib. III. & IV. refert. Hujus fortaſſe filius fuit a Vitellio Imp. occiſus Juniis, & Antoniis avis clarus, ut Tacitus lib. XIX. refert: de quo fortaſſe Suidas in *Apicio*. Tulit etiam ſimilia ornamenta L. Silanus Appii filius, cui Octavia Ti. Claudii Imp. filia deſtinata fuit, quam Nero Imp. duxit uxorem, cum legatus de Britanneis victoriam obtinuit anno DCCXCVI. Hunc, ejuſque patrem de medio ſuſtulit idem Claudius Imperator, ejuſque fratrem Decimum Silanum Aſiæ Proconſulem Agrippina poſt Tiberii mortem, ut ſupra diximus.

## LICINIA.

LICINIA Familia plebeja, ſed clara, ac nobilis in quattuor conſulares præcipuas cognominibus diſtinctas ſtirpes propagata eſt: Calvorum, Craſſorum, Lucullorum, & Murenarum. Sed & Vari, & Getæ, & Nervæ, aliique minus clari extitere, de quibus poſtea dicemus. Primus Tribunus

ple-

plebis C. Licinius fuit anno CCLIX. ut Livius ſcribit, C. & P. Licinii cum aliis trib. ut Dionyſius, ac poſt XIII. annos Sp. Licinius. Primus quoque Tribunus Militum conſulari poteſtate de plebe Licinius Calvus anno CCCLIII. ita ceteri plebeii cedere debent Liciniis, quod primi & plebejos, & patricios magiſtratus fuerint conſecuti. Magiſter
I. Equitum e plebe primus C. Calvus, conſul plebejus ſecundus fuit C. Licinius Calvus Stolo, quem conſtat auctorem fuiſſe, ut alter Conſul plebejus eſſe poſſet. Namque ut Livius refert, M. Fabio K. F. M. N. Ambuſto, qui Tribunus militum bis, Cenſor, & Pontifex Maximus fuit, duæ filiæ natæ ſunt, quarum alteram duxit Ser. Sulpicius Rufus prætextatus, qui Tribunus militum fuit anno CCCLXII. Minor huic C. Calvo Stoloni nupſit. Hanc ferunt invidia ſororis, quæ patricio nupta ampliſſimis magiſtratibus domum exornatam cerneret, impetraſſe a patre, & a viro, ut in hanc rem maxime incumberent: ut plebeii patricios magiſtratus conſequi poſſent. Tum Calvus Tribunus plebis leges promulgavit, quarum alteram facile pertulit, ne quis civis Romanus ſupra quingenta jugera poſſideret: alteram de plebeiis conſulibus de qua magnæ contentiones ortæ ſunt. Sed ita in ea re perſtitit Calvus, ut non permiſerit comitia ulla haberi, niſi hac lege perlata. Ita idem Calvus cum L. Sextio Laterano refectus quinquies Tribunus plebis fuit, & curulibus magiſtratibus toto eo quinquennio Roma caruit: quorum primus fuit poſt urbem conditam annus CCCLXXVII. Conſul fuit anno CCCLXXXIX. cum C. Sulpicio Petico, iterumque triennio poſt cum eodem collega. Sed quarto poſt alterum conſulatum anno ſua lege Licinia damnatus eſt, quod ultra quingenta jugera cum filio emancipato, cui donationem in fraudem legis fecerat, poſſideret. Hunc primum *Stolonem* dictum fuiſſe Varro ait: quod nullus ſtolo in ejus agris reperiretur, eoſque identidem tolli juberet. Sunt autem ſtolones arborum ſtirpes, ac radices, quæ arantibus obſunt. Verrius hoc ei cognomen non adſcripſit, qui eum dixit fuiſſe C. F. P. N. ſuſpicor ejus avum fuiſſe eum, qui primus Tribunus militum e plebe fuit cum quinque patriciis. Cujus filius P. Calvus quadriennio poſt patrem eundem magiſtratum obtinuit, poſt quem alter C. Calvus P. F. P. N. anno CCCLXXV. Tribunus etiam Militum fuit, & decimo poſtea anno Magiſter Equitum primus e plebe P. Manlio Capitolino Dictatori ſeditionis ſedandæ, & rei gerundæ cauſſa, qui M. Furio Camillo Dictatori abdicanti ſuffectus eſt; & eo anno duo Dictatores, & duo Magiſtri Equitum ſine aliis Curulibus magiſtratibus fuerunt. Ita quattuor Calvi duos Conſulatus, Tribunatus Militares tres, ac Magiſterium Equitum obtinuerunt. Celebris longo poſtea intervallo fuit C. Licinii Calvi optimi oratoris & poetæ fama, cujus pater C. Licinius Macer vir Prætorius accuſatus Cicerone Prætore repetundarum, cum damnaretur, ſe ipſum interemit. Erat tum Calvus filius annos natus XVII. Macri autem hiſtoria a veteribus celebratur, ſed oratio Calvi in P. Vatinium illuſtrior fuit. Quæ cum haberetur, dum multi exclamarent; ſurgens Vatinius, *num*, inquit, *quia hic diſertus eſt, ego innocens damnandus ſum?* Fuit autem Calvus Atticorum imitator verbis, & ſententiis valde preſſus, quod Cicero improbare videtur non ſine aliqua moleſtia, ne dicam invidia, quod a multis doctis viris id genus orationis Tullianæ præferretur. Craſſi feliciores Calvis fuerunt. II.
Nam ſeptem Conſulares viri, octo Conſulatus, Cenſuras quattuor, Pontificatus Maximos duos, triumphum, & ovationem, & Magiſterium Equitum ante Cæſarem Dictatorem obtinuerunt. Pri- I.
mus P. Craſſus Dives P. F. P. N. Pontifex Maximus anno DXLI. in locum L. Cornelii Lentuli cooptatus eſt, biennio poſt Magiſter Equitum Q. Fulvio Flacco Dictatori comitiorum habendorum cauſſa, & eodem anno Cenſor cum L. Veturio Philone, qui in eo magiſtratu mortuus eſt, quamobrem Craſſus abdicavit, ut poſt urbem captam a Gallis factum ſemper eſt. Conſul cum P. Scipione Africano majore fuit anno DXLVIII. duobus, & viginti annis poſt Conſulatum vixit. Ejus funeris cauſſa viſceratio data, & gladiatores CXX. & ludi funebres triduo, & poſt ludos epulum, ut Livius lib. XXXIX.
ſcribit. Alter P. Craſſus C. F. P. N. Coſ. fuit anno II.
primo belli Perſici cum C. Caſſio Longino, hoc eſt ann. DLXXXII. Prætor is fuerat ante quinquennium, & in Hiſpaniam provinciam ire recuſavit. Tertio poſtea anno C. Craſſus eiſdem paren- III.
tibus natus, ut fratrem germanum eſſe non dubites, M. Verrio teſte, cum L. Aimilio Paullo iterum Conſul fuit, qui ante quadriennium Prætor Urbanus fuerat. Tertius P. Craſſus, quem Verrius IV.
P. F. P. N. appellat, Paterculus *Mucianum* cognomento, alii *Divitem*, Pontifex Maximus in locum P. Scipionis Naſicæ Serapionis ann. DCXXI. cooptatus eſt, proximo anno Conſul fuit cum L. Valerio Flacco Flamine Martiali, cum quo poſtea de provincia contendit, & Flaminem vetuit a ſacris diſcedere. Sed ipſe in Aſia occiſus eſt ab Ariſtonico, primus extra Italiam Pontifex Maximus profectus. Hunc ferunt P. Mucio Scævola Conſulari, & triumphali viro natum a P. Craſſo Divite adoptatum fuiſſe, fratremque germanum fuiſſe P. Scævolæ Pontificis Maximi, & Conſularis viri, qui juris civilis peritiſſimus fuit. De hoc Sempronius Aſellio, *quinque maxima conſecutus eſt Mucianus, quod eſſet ditiſſimus, nobiliſſimus, eloquentiſſimus, juriſconſultiſſimus, & Pontifex Maximus.* Ejus duæ filiæ fuerunt, quarum alteram C. Sulpicius Servii Galbæ oratoris, & Conſularis filius, alteram C. Gracchus optimus orator duxit. Hujus filium videtur Cicero appellare P. Craſſum Vinuliæ filium, & vivo patre mortuum eſſe ſuſpicari. Quartus P. V.
Craſſus M. F. P. N. ex Faſtis Capitolinis conſul fuit anno DCLVI. cum Cn. Cornelio Lentulo. Hujus pater M. Craſſus, is eſt, quem ſemel in vita riſiſſe Lucilius ſcripſit, avum fuiſſe eum exiſtimo, quem ſecundo loco conſtituimus P. Craſſum. Pro conſule de Luſitanis triumphat quarto anno poſt Conſulatum pridie Idus Junias. Cenſor quadriennio poſt triumphum cum L. Junio Cæſare factus eſt: adverſus unguenta exotica, & ſumptus ambo edixere. Iidem a C. Mario, & L. Cornelio Cinna occiſi ſunt anno DCLXVI. quamquam hic ſibi

Nn 2 ma-

manus intulit. Occiſus etiam eſt P. Craſſus filius, & C. Cæſar frater L. Cæſaris, & alii inſignes viri.

VI. Superſtes patris fuit M. Craſſus, quem *Divitem* plerique appellant, Cn. Pompei Magni in duobus Conſularibus collega. Eos geſſit anno DCLXXXIII. & DCXCVIII. Ante Conſulatum priorem anno proximo pro prætore de Spartaco, & fugitivis ovans Laurea, non myrtea corona ut ceteris ex ſenatuſconſulto urbem ovans ingreſſus eſt. Hujus divitiæ, & potentia a multis celebratur, quæ fere in tyrannidem evaſit trium virorum clariſſimorum Cn. Pompeii, C. Cæſaris, & M. Craſſi. Cenſor fuit quincto anno poſt priorem Conſulatum cum Q. Lutatio Catulo, ſed diſſenſione inter eos orta abdicarunt. A Parthis cum Publio filio magnæ ſpei adoleſcente occiſus eſt, adverſus quos cum exercitu profectus Proconſule eſt. Uxor ejus Tertulla, M. Luculli Conſularis viri, & triumphalis filia, parum pudica, C. Cæſari fuiſſe traditur. Sunt etiam, qui ſuſpicentur Cæciliam Metellam Q. Cretici filiam ejuſdem uxorem fuiſſe, quod in titulo ejuſdem monumenti *Craſſi*

VII. nomen adſcriptum ſit. Venio nunc ad L. Craſſum diſertiſſimum illum oratorem, quem maxime laudat M. Cicero. Conſul is fuit cum Q. Mucio P. F. Scævula Pontifice Maximo anno urbis DCLVIII. Hic ne triumpharet, collega impedimento fuit, ut ex Cicerone, & Aſconio *in Piſoniana* didici. Cenſor triennio poſt cum Cn. Domitio Ahenobarbo, cum quo ſæpe contendit. Anno proximo L. Philippo Conſule annos natus fere quinquaginta mortuus eſt, ut Cicero initio libri tertii *de Oratore*, & *in Bruto* ſignificat. Tribunum plebis fuiſſe Lucilius refert. Hujus parentes ignoramus, uxor ejus fuit Mucia Q. Scævulæ auguris, qui Conſul fuit anno DCXXXVI. filia, & Læliæ Majoris C. Lælii ſapientis filiæ. Filias duas reliquit, ex quarum altera, quam P. Scipio Naſica duxit, nepotem teſtamento in filium adoptavit, qui *L. Craſſus* dictus eſt; fraterque fuit Q. Metelli Scipionis Corneliæ patris, quæ prius uxor P. Craſſi M. F. a Parthis occiſi fuit, mox Cn. Pompeii Magni. Alteram duxit C. Marius C. Marii ſepties Conſulis filius. Sed & idem Marius pater alteram Muciam ejuſdem Q. Scævulæ Auguris filiam uxorem habuit. Ante quam ab hac Craſſorum gente diſcedam, commemorare libet, quæ Valerius Max. lib. VI. cap. XI. ſcriptum reliquit, Craſſum quendam cognomine *Divitem* decoxiſſe, bonaque ejus a creditoribus fuiſſe divendita, ita non ſine riſu veteri divitis nomine poſtea ſalutatum. Eodem fortaſſe pertinet, quod Cicero Attico ſcripſit, *Noſter amicus magnus, cujus cognomen una cum Craſſi divitis cognomine conſeneſcit.*

## LUCULLORUM.

LUCULLORUM tres tantum Conſulares fuiſſe invenio, duos ex his etiam triumphales. Ante hos L. Lucullus, & Q. Fulvius Ædiles Curules ludos Romanos anno DLI. ter inſtaurarunt. Pecuniam ex ærario non ſine Luculli infamia ſcribas, & viatores ſumpſiſſe compertum eſt. Sexto poſtea anno C. Lucullus T. Romulejus, & P. Porcius Læca primi Triumviri Epulones facti ſunt: & poſt XII. annos M. Lucullus Prætor inter cives, & peregrinos jus dixit. Eſt etiam apud Salluſtium P. Luculli Tr. Pl. mentio, qui Jugurthini belli tempore continuare magiſtratum nitebatur ann. DCXLIII. Primus L. Lucullus Conſul fuit anno DCII. cum A. Poſtumio Albino biennio ante bellum Punicum Tertium. Sub hoc in Hiſpania Scipio Africanus minor militavit. Hujus filius Lucius Cæciliam Q. Metelli Numidici ſororem L. Metelli Calvi filiam duxit, qui anno nono poſt Luculli conſulatum Conſul fuit: ex ea Lucium, & Marcum filios reliquit. Sed ambo conjuges infami nota famoſi vixerunt: alter furti, ſeu repetundarum Servilio augure accuſante damnatus, Cæcilia parum pudica vulgo credita. His parentibus ortus L. Lucullus præſtanti vir ingenio clariſſimus, & fortiſſimus fuit. Litteriſque tam Græcis, quam Latinis in primis eruditus, philoſophiæ quoque, ut Cicero, & Plutarchus conſcribunt, operam dedit. Conſul fuit anno DCLXXIX. cum M. Aurelio Cotta: poſt undecim annos M. Cicerone Conſule de Regibus Mithradate, & Tigrane triumphum Proconſule egit. Uxores habuit duas Clodiam Ap. Pulchri filiam, & Serviliam M. Catonis ſororem, ex qua pupillum reliquit Catonis tutelæ commiſſum: quamvis ita poſt triumphum vixit, ut parum gratus Catoni eſſet, in omni genere luxus, & deliciarum ſumptus effundens. Hujus & cœnæ, & piſcinæ, & villa ut regii ſplendoris, & magnificentiæ celebrantur. Lucii Luculli frater patruelis ni fallor fuit M. Lucullus M. F. quem adoptatum fuiſſe conſtat a M. Terentio Varrone. Ita a quibuſdam *M. Licinius Lucullus*, ab aliis *M. Terentius Varro Lucullus* appellatus eſt. Conſul is fuit cum C. Caſſio Varo anno proximo poſt L. Luculli fratris Conſulatum: & biennio poſt ſuum Conſulatum triumphum de Thracibus, & Dardanis egit ex Macedonio. Eum Cicero in *Bruto* videtur juris publici, & privati peritum appellare. Hujus filium, ut antea diximus, M. Craſſus Dives uxorem duxit: quæ de C. Memmii cum uxore ejus adulterio prodita ſunt, ſileamus. Occiſum a M. Antonio Triumviro Valerius ait, ejuſque amicum ſummum C. Volumnium. Nunc ad Murenas venio, quos *Murænas* Græci, ut piſces ejuſdem nominis appellant. Triumphalis, & Conſularis familia fuit. Namque anno DCLXXIII. L. Licinius Murena Proprætore de Rege Mithradate, ex Ponto & Aſia triumphum egit. Hujus filii duo fuere Lucius, & Cajus. Lucius Murena Conſul fuit cum Divo Junio Silano anno DCXCI. Hunc Coſ. deſignatum ambitus accuſatū a Ser. Sulpicio, & M. Catone defendit M. Cic. Conſul, extatque pulcherrima ejus defenſio. Vitricus hic fuit L. Pinarii Nattæ, & Pinariæ uxoris P. Clodii Ap. F. Pulchri Tribuni plebis, qui eundem Ciceronem aqua, & igni interdicendum ſua rogatione curavit. Incerti temporis eſt, quod D. Murena Valerio teſte adverſus Libertinos Volſinienſes fecit, qui cum omnem publicam diſciplinam corrumperent, a Senatu Romano miſſus Murena omnes aut in carcere necari, aut veteribus dominis reſtitui juſſit. Atque etiam P. Murena, cujus Cicero in *Bruto* mentionem facit, bello civili Mariano occiſus. Ante hos omnes Craſſos, Lucul-

los.

los. Murenas C. Licinius Varus P. F. P. N. Conſul fuit anno DXVII. cum P. Lentulo Caudino, quo tempore ludi ſæculares tertii facti ſunt. Anno vero DXLIII. P. Licinius Varus, & L. Veturius Ædiles Curules ludos Romanos diem unum inſtaurarunt. Biennio Poſtprætor urbanus idem P. Varus fuit. Poſt centum & viginti annos a C. Vari Conſulatu C. Licinius Geta Conſul fuit cum Q. Fabio Maximo Eburno, & poſt Conſulatum anno octavo Cenſor fuit cum Q. Fabio Allobrogico, luſtrumque fecerunt LXIII. Cum tamen proximo luſtro fuiſſet poſt conſulatum Senatu motus a L. Cæcilio Metello Calvo, & Cn. Domitio Ahenobarbo Cenſoribus. Hactenus Conſulares Licinios enumeravimus ante Cæſarum imperium. Ipſum Licinii nomen a Licinio deductum eſſe arbitror: ut *Julii* ab Julo, *Poſtumii* a Poſtumo, *Planci* a Planco, atque alia nomina eadem ratione. *Licinii*, & *Fabii*, & *Porcii* dicti ſunt a Liciis fortaſſe quibus telæ texuntur. Porcii quoque *Liciniani* dicti Licinia priore uxore Marci Catonis Cenſoris orti, *Saloniani* vero Salonina poſteriore. Nervas Licinios duos Prætores invenio, quorum alter C. Nerva Hiſpaniam Ulteriorem anno DLXXXVI. & proximo anno A. Nerva Prætor aut eandem, aut citeriorem Hiſpaniam provinciam optinuit. M. Cicero in Bruto C. Licinium Nervam Tribunum plebis cum L. Calpurnio Beſtia conjunxit, utrumque non indiſertum appellat, ſed Nervam civem improbum fuiſſe, alterum bonis initiis orſum Tribunatum, quod P. Popillium a C. Graccho expulſum ſua rogatione reſtituerit, triſti eventu Conſulatum geſſiſſe, damnatus enim eſt Mamilia lege, quod a Jugurtha corruptus pecunia fuerit. Pollionis cognomine Livius L. Licinium quendam appellat a Senatu miſſum cum Sex. Cæſare, & L. Cincio Alimento ad Conſulem T. Quinctium Criſpinum poſt obitum M. Claudii Marcelli collegæ ann. DXLV. L. Damaſippi Prætoris crudelitas celebrata eſt, qui partes Marianas ſecutus adverſæ partis nobilitatem trucidare juſſit, in quibus Q. Scævulam Pont. Max. ad ædem Veſtæ, C. Carbonem Prætorium, Antiſtium Ædilicium, cujus uxor Calpurnia Beſtiæ filia ſe ipſam interemit. Acta hæc anno urbis DLXXI. Sacerdotis cognomen C. Licinius Prætor habuit, qui ante C. Verrem Siciliam optinuit. Apud Florum quoque invenio Sex. Licinium Senatorem a C. Mario VII. Coſ. de ſaxo eiici juſſum eſſe: & apud Valerium Liciniam virum ſuum Claudium Aſellum necaſſe, & a propinquis ſtrangulatam, cujus rei Florus quoque lib. XLVIII. mentionem facit. Liciniam quoque Veſtalem abſolutam poſtea inceſtus eſſe damnatam a L. Caſſio, alii tradiderant. Vid. Flor. lib. LXIII.

## CRASSORUM.

CRASSORUM familia quinque Conſulares eodem prænomine ſub Cæſaribus habuit, quorum
I. unus cognomento *Mucianus* ter Conſul fuit. Primus M. Craſſus M. F. M N. collega Auguſti fuit in quarto Conſulatu anno DCCXXIII. biennio poſt Proconſule ex Thracia, & Geteis IV. Nonas
II. Jul. triumphum egit. Alter eodem prænomine Craſſus M. F. Conſul fuit cum Cn. Cornelio Lentulo anno DCCXXXIX. ſub Auguſto. Hunc ſuperioris eſſe filium ſuſpicantur. Tertius poſt annos III.
XL. Conſul fuit cum L. Calpurnio Piſone ſub Tiberio Cæſare. Hunc etiam proximi filium eſſe exiſtimant. Quartus M. Craſſus Mucianus IV.
ter Conſul ſuffectus ex Kalend. Jul. fuit, in primo Conſulatu cum L. Cornelio Sulla anno DCCCIV. ſub Ti. Claudio Imp. in ſecundo collega Domitiani Cæſaris, temporibus Veſpaſiani ann. DCCCXXII. in tertio vero Conſulatu collega ejuſdem Domitiani quinquennio poſt fuit, quamquam hæc non certis indiciis, ſed ſuſpicionibus quibuſdam collecta ſunt. Quinctus M. Craſſus Frugi Coſ. fuit cum C. Lecanio Baſſo anno DCCCXVI. ſub Nerone. Hic ex Calpurniis Frugi in Liciniam familiam adoptione translatus eſt. Hujus, ut arbitror, filia Licinia Magna L. Piſonis Pontificis uxor fuit. Nam ſe in titulo cujuſdam monumenti Craſſi Frugi Pontificis filiam appellat. Eiſdem temporibus L. Piſo Frugi M. Craſſi filium adoptat, qui *L. Piſo Frugi Licinianus* dictus eſt. Hunc poſtea Ser. Galba Imp. adoptavit. Reliqui Conſulares Licinii ante Imp. Valerianum, qui ex eadem familia fuit, ſex fuerunt, quorum unus Nerva Silianus, duo Cæcinæ, ex quibus alter etiam *Largus*, unus *Sura*, qui ter Conſul fuit, duo Sacerdotes appellati ſunt. Primus I.
A. Licinius A. F. Nerva Silianus cum Q. Metello Cretico Conſul ann. DCCLIX. ſub Auguſto. Hic
P. Silii filius ab A. Nerva adoptatus eſt, ut Pater- II.
culus aſſerit. C. Cæcina Largus, quem Aſconius Longum appellat, Conſul fuit cum Ti. Claudio Imp. iterum Coſ. ann. DCCXCIV. Hic in magiſtratu mortuus eſt. At vero A. Cæcina Conſul ſuf- III.
fectus ex Kal. Sept. ann. DCCCXXI. cum C. Fabio Valente. Sed ultimo die bimeſtris Conſulatus magiſtratus ei abrogatus eſt, quod a Vitellio Imp. ad Veſpaſianum defeciſſet, & in eum diem Conſul Dialis, ut Cicero luſit, cum de C. Caninii Rebili ſimili Conſulatu ornati a C. Cæſare ageret, Roſſius Regulus creatus eſt. Anno proximo C. Cæcina Pætus, & L. Annius Baſſus menſe Novembri Conſules fuerunt, ſub Veſpaſiano Imp. Sed an hic Cæcina Licinius fuerit, incertum eſt.
Quartus L. Sura ter conſul cum C. Soſio Senecione IV.
fuit ſub Trajano Imp. Primo conſulatu ſuffecti fuerunt ex Kal. Jul. anno DCCCL. Alter conſulatus Suræ, tertius Seneſioni fuit quadriennio poſt, & poſtea quincto ab hoc anno tertius conſulatus Suræ, quartus Seneciani. Hoc *Suræ* cognomen P. Cornelio Lentulo acceſſit, qui a Cicerone Conſule ob conjurationem Catilinæ ex S. C. occiſus eſt. Fieri poteſt, ut adoptione a Corneliis in V.
Licinios venerit. Sacerdotum alter cum Tertullo VI.
temporibus Pii Antonini ann. DCCCCX. alter collega M. Antonini Elagabali Imp. in ſecundo conſulatu poſt annos unum & ſexaginta. Triumphalia ornamenta hoſtibus devictis acceperunt A. Cæcina Severus legatus Ti. Cæſaris Imp. de Germaneis ann. DCCLXVIII. M. Licinius Craſſus Frugi legatus Ti. Claudii Imp. bis ante annum DCCXCVI. ex Britannia, & M. Craſſus Mucianus legatus Veſpaſiani Imp. de Sarmateis ann. DCCCXXII.

DCCCXXII. Valerianus Imperator, ejuſque filii Valerianus minor, & Gallienus Licinii fuerunt, quamvis adoptione ex Valeria familia, ut ipſum Valeriani nomen ſignificat, & quod pater Valerius fuerit, ut Trebellius Pollio teſtatur. Victor cognomen Colobii addit Valeriano; alii nomen Aurelii & Valerii. Sed in nummis eodem tempore ſignatis *P. Licinium Valerianum* tantum legimus. Cenſor ante Imperium fuit ſub Decio Imp. anno urbis MIII. ſine collega, & luſtrum non fecit, quater Conſul fuit, Tribuniciam poteſtatem ſepties accepit, annos LXXVII. natus in prælio victus a Perſis captus eſt. Ex duabus uxoribus duos filios habuit, quorum alter *P. Licinius Gallienus Aug.* alter *P. Licinius Valerianus Cæſar* dictus eſt. Gallieni uxor fuit Cornelia Salonina Pipa Marcomannorum Regis filia; ex hac duos filios procreavit, quorum alter *P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus Cæſar* appellatus, alterum ſunt qui *Q. Julium Licinium Saloninum Gallienum Cæſarem* appellent. Gallienus cum patre Imperium adeptus eſt, poſteaque filios *Cæſares* appellavit, Conſul ſepties fuit, Tribuniciam poteſtatem XV. accepit. Triumphum de Perſis egit. Valerianum fratrem, & Cæſarem, & Conſulem iterum, & deinde Auguſtum fecit. Ambo fratres, & Q. Julius filius Gallieni ſimul occiſi ſunt, Cornelius Saloninus ante ſex annos occiſus fuerat. Poſt horum cædem quadrageſimo anno Galerio Maximiano & Conſtantino Maximo, & Maxentio Auguſtis adjectus eſt Valerius Licinianus Licinius. Hic inter agricolas natus fortis miles fuit, bonarum litterarum non ſolum expers, ſed etiam hoſtis, ut ſpadonum, & palatinorum, quos tineas & mures palatii appellabat. Uxorem duxit Conſtantiam Conſtantini Imp. ſororem, Filium habuit Valerium Licinianum Licinium Cæſarem. Conſulatus quattuor optinuit, Tribuniciam poteſtatem XV. coactus eſt abdicare ſe imperio a Conſtantino, & poſtea occidi juſſus; nec multo poſt Licinianus Cæſar filius, qui ſemel tantum Conſul fuit. Poſt hos neminem Licinium Imp. aut Conſulem fuiſſe accepimus.

## LIVIAM.

Liviam familiam, quamvis plebejam olim floruiſſe admodum, octo Conſulatibus, Cenſuris duabus, triumphis tribus, dictatura ac magiſterio Equitum honeſtatam Suetonius in Tiberio Cæſare auctor eſt. Sed cum ejus verba cum his faſtis Conſularibus, qui hodie circumferuntur, contuli, ante ejuſdem Imp. tempora ſeptem Conſulatus, Magiſteria Equitum duo invenio, cætera eodem modo. Quo fit, ut exiſtimem alterum magiſtrum Equitum, non Magiſtrum ſed Conſulem in illis faſtis, quos Suetonius ſecutus eſt, proditum fuiſſe. Liviorum cognomina fuerunt Denter, Salinator, Druſus, Libo, Æmilianus, Claudianus. C. Denter incertis ſuſpicionibus Magiſter equitum fingitur C. Claudio Craſſino Regillenſi dictatori comitiorum habendorum cauſſa anno XDV. Hujus nepos M. Denter Conſul fuit anno XDLI. cum M. Aimilio Paullo. Hic etiam ornatur a quibuſdam Magiſterio Equitum poſt annos XVI. Q. Hortenſio dictatore ſeditionis ſedandæ cauſſa a quo lex Hortenſia de plebiſcitis lata eſt. Sed nos incertis hærere nolumus. Ad Salinatores venio, quorum primus M. Livius M. F. M. N. Magiſter decemvir ſacris faciendis fuit cum Manio Aimilio Manii filio ludis ſæcularibus tertius anno DXVII. ex Verrio Flacco. Idem, aut alius ejuſdem nominis patre & avo ortus ſimili etiam prænomine appellatus Conſul fuit cum L. Aimilio Paullo ann. DXXXIV. qui proximus fuit ante ſecundum bellum Punicum ambo Conſules de Illurieis triumphum egerunt. Peculatus accuſatus ob invidiam multa ei irrogata eſt omnium tribuum una excepta Mæcia ſuffragio. Iterum Conſul poſt duodecim annos urguente Hannibale creatus cum C. Claudio Nerone, cum quo inimicitias geſſerat, eas reip. cauſſa depoſuit. Maximamque rem ambo geſſere victo Aſdrubale, & Pœnis, de quibus triumphum iterum Salinator, in cujus Provincia res geſta fuit, egit. Nero ovans Urbem ingreſſus eſt. Eodem anno Dictator comitiorum cauſſa a collega dictus eſt. Triennio poſt Cenſores ambo fuerunt, qui cum equitum centurias recognoſcerent, in quibus adhuc ambo cenſeri ſoliti fuerant, in Pollia tribu Salinator a collega equum vendere juſſus eſt, quod olim populi judicio fuiſſet damnatus. At is omnes tribus una excepta Mæcia ærarias reliquit, quod magna inconſtantia in ſe uſæ fuerint, quem & damnaverint, & iterum Conſulem, atque Cenſorem fecerint. De collega queſtus eſt, quod non ſincera fide cum eo in gratiam redierit: & quod falſum in ſe teſtimonium dixiſſet. Ob quas cauſſas eum vendere equum juſſit. Ambo Cenſores cum a Cn. Bæbio Tribuno Pl. rei agerentur ob nimis aſpere actam Cenſuram, Senatus, ne cauſam dicerent, decretum interpoſuit. *Salinatoris* cognomen in cenſura inveniſſe Livius exiſtimat vectigali novo ex ſalaria negotiatione inducto. Sed aliis antiquum cognomen fuiſſe videtur. Poſt hunc C. Salinator M. F. M. N. ſuperioris, ut arbitror filius, Conſul fuit cum M. Valerio Meſſalla anno DLXV. Ante Conſulatum anno XIV. Prætor Brutios provinciam optinuit: hujus ut arbitror patruus eodem prænomine; at hic idem triennio ante Prætor claſſem provinciam ſortitus eſt. Druſorum primus Conſularis C. Livius, quem Verrius M. Aimiliani filium, Marci nepotem fuiſſe affirmat. Conſul is fuit cum P. Scipione Africano Aimiliano anno DCVI. Druſi cognomen a Druſo hoſtium duce occiſo primum inveniſſe Suetonius ſcribit: eundemque Proprætore ex provincia Gallia aurum retuliſſe Senonibus Capitolium obſidentibus datum. Hujus abnepotem ob eximiam adverſus Gracchos operam patronum Senatus dictum. Hunc ipſum patronum M. Cicero *M. Druſum C. F.* appellat, qui in Tribunatu C. Gracchum collegam iterum fregerit, eumque & C. Druſum fratrem laudat. Fuit autem C. Druſus, ni fallor, juris peritiſſimus, cujus ſenis, & cæci domum multi frequentabant, ut Cicero lib. V. *Tuſcul.* & Val. lib. VIII. ſcripſerunt. Nec diſplicet nobis eorum opinio, qui eundem ipſum eſſe arbitrentur M. Druſum, qui Conſul fuit cum L. Calpurnio Piſone Cæſonino ann. DCXLI. & ſuperioris Conſularis C. Druſi filium. Idem M. Druſus triumphum anno proximo

poſt Conſulatum Proconſule egit de Scordiſceis ex Thræcia. Cenſor biennio poſt fuit cum M. Aimilio Scauro luſtro mors Druſi impedimento fuit. Ex Cornelia uxore M. Druſum, qui Tribunus Pl. occiſus eſt anno DCLXII. & Liviam matrem M. Catonis, & duarum Serviliarum, & Q. Servilii Cæpionis procreavit: Serviliarum altera M. Bruti, & trium Juniarum mater, altera L. Luculli Conſularis, & triumphalis viri uxor fuit. Hos Druſos ab Æmiliis ortos fuiſſe *Æmiliani* nomen docet, & pro ſenatu Tribunos plebis ea de cauſſa ſtetiſſe credimus. Gratior tamen patris Druſi Tribunatus fuit, ob quem filius prætextatus diligebatur. Parva de re ob anulum forte orta cum Q. Cæpione ſororis ejus viro contentio maximas tragædias in perniciē reipublicæ excitavit. Plurimas leges promulgavit, quas omnes L. Philippo Conſule auctore eo prætextu, quod adverſus auſpicia latæ eſſent, Senatus abrogavit. Dum civitatem Latinis pollicetur, cauſſa belli ſocialis extitiſſe creditur. Hunc exiſtimo aut ejus filium adoptaſſe aliquam ex Claudia Pulchrorum familia, qui *Livius Druſus Pulcher Claudianus* appellatus ſit. Namque tranquillus refert Tiberium Cæſarem paternum genus a Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro ducere, qui ambo Appii Claudii Cæci filii fuerint. Inſertumque Liviorum familiæ adoptato in eam materno avo. Mater Tiberii Livia Druſilla filia fuit Livii Druſi, quem nobiliſſimum, & fortiſſimum virum appellat Paterculus, licet falſo *Calidianum*, pro *Claudiano*, eumque victis Bruto, & Caſſio ſe ipſum interemiſſe, & Aufidiæ Lingonis filiæ. Hanc cum ex Tiberio Nerone priori viro Tiberium, quem diximus, filium haberet, & prægnans eſſet Auguſtus, duxit, quam ſemper unice dilexit. Hunc Tiberium adoptavit, & Germanicum Druſi Neronis filium, quem Livia in domo Auguſti peperit poſt tres menſes a die nuptiarum, Tiberius idem adoptavit. Hæc Livia poſtea obitum Auguſti *Julia Auguſta* appellata eſt ob teſtamenti condicionem; poſt obitum vero ob conſecrationem *Diva Auguſta* dicta. Tertius Druſus Conſularis fuit temporibus Auguſti M. Livius L. F. Druſus Libo, qui cum L. Piſone Coſ. fuit ann. DCCXXXVIII. Ex Scribonia familia adoptatum *Libonis* nomen indicat, & Tacitus lib. II. refert mortem Libonis Druſi, cujus proavus Pompejus, amita Scribonia Auguſta uxor, conſobrini Cæſares eſſent ann. DCCLXVIII. Druſi cognomen Claudio cuidam Suetonius addit, quem refert ſtatua ſibi cum diademate ad Appii forum poſita Italiam per clientelas occupare temptaſſe. Antiquiſſimam Liviorum memoriam reperio apud T. Livium lib. IX. cum de Caudinæ pacis expiatione ageretur ann. CDXXIII. Nam L. Livius, Q. Mælius Tribuni Pl. impedire deditionem Conſulum cœperunt. Sed Cicero lib. III. *Officiorum* eoſdem Tribunos T. Numitium Q. Æmilium appellat. At cum ſe P. Decius P. F. Mus Coſ. devovit, M. Livius Pontifex verbis ſollemnibus præivit ann. CDLVIII. & cum lictoribus Decii Proprætore Gallos vicit. Ex Liviis Mamercus Aimilius Lepidus ortus eſt, qui Conſul fuit anno DCLXXVI. ac poſtea Cenſor, & princeps Senatus, quem a M. Verrio *Lepidum Livianum* appellari didicimus. An autem is D. Druſi filius fuerit, nobis incertum eſt, quamvis id alio loco retulerimus. Non omittam primum illum Latinum poetam L. Livium Andronicum, & T. Livium Patavinum optimum hiſtoricum huic familiæ decus adjeciſſe. Ille primus fabulam dedit ann. DXIII. ſed ejus ſcripta vix digna judicantur a Cicerone, ut iterum legantur: hujus eloquentiam mirantur omnes. Nunc Livias quaſdam referam, quæ aut Imperatorum uxores fuerunt, aut celebres. Nero Claudius Druſus Germanicus Liviæ, & Ti. Neronis, ut ſupra ſcripſimus, filius ex Antonia Minore M. Antonii filia Germanicum Cæſarem, & Ti. Claudium Druſum qui poſtea *Auguſtus* quoque appellatus eſt, & Liviam ſive Livillam, quæ Druſo Tiberii Cæſaris Imp. filio, & Agrippinæ Atticæ filiæ nupſit, eique filium Tiberium peperit. Hæc Livia ab Ælio Sejano corrupta virum veneno ſuſtulit, ut Sejano nuberet: ſed pœnas ambo dedere, ut Tacitus, & alii ſcripſerunt. Germanicus Cæſar ex Agrippina Juliæ filia C. Caligulam Imp. & quinque Sorores, quarum una *Livilla* dicta eſt, procreavit. Inter Caligulæ uxores Livia Oreſtilla fuit, quam is C. Piſoni nubentem ſibi vindicavit, & poſt paucos dies repudiatam biennio poſt relegavit. At Tiberii Claudii Imp. ſponſa fuit Livia Medullina Camilla, quæ genus ducere a M. Furio Camillo dicebatur, hanc ipſo nuptiarum die amiſit. Ad hæc Livia Rutilii uxor ſeptimum & nonageſimum annum vixiſſe memoriæ proditum eſt. Denique Livia Ocellina Ser. Sulpicii Galbæ Imp. noverca eundem adoptavit, & L. Livius Ocella uſque ad imperii tempus appellatus eſt.

## LUCRETIA.

LUCRETIA patricia familia cum Tarquiniis Regibus propinquitate conjuncta, & ab eis propter injuriam deſciſcens vindicandæ libertati cauſſam præbuit, & exactis Regibus intra CXXX. annos ſeptem viri Conſulatus ſex, Tribunatus Conſulari poteſtate totidem, Triumphos duos obtinuerunt. Omnes cognomine *Tricipitini*, uno excepto Flavo, ſunt appellati. Primus Conſul Sp. Lucretius pater illius caſtiſſimæ & infeliciſſimæ feminæ Lucretiæ L. Tarquinii Collatini uxoris, quæ vim paſſa a Sex. Tarquinio ſuperbi Regis filio, & ſi infamiam timens conſenſit, ne ſervum cum ea ſimul occideret, ut Sextus minabatur, ſe ipſam in viri, & patris, & aliorum conſpectu interemit. Erat tum Præfectus Urbis a Rege conſtitutus idem Sp. Tricipitinus Tribunus Celerum L. Junius Brutus, imperio Regibus obrogato, ab eodem Præfecto comitia centuriata habita ſunt, & primi Conſules quos tunc *Prætores* appellabant, creati idem L. Brutus, & L. Collatinus Lucretia conjuge orbatus, quorum alter Tarquinia ſorore Regis natus erat, Collatinus fratris patruelis, ut multi, aut ſobrini ejuſdem Regis filius, ut Dionyſius affirmat, & altera ſorore Superbi natus. Sed abdicanti Collatino & Lavinium abeunti P. Valeſius Poplicula ſufficitur, & L. Bruto in prælio occiſo Sp. Lucretius magnus natu, & infirmis viribus, qui paullo poſt moritur, cui M. Horatius Pulvillus ſucceſſit. Erat is annus CCXLIV. poſt Urbem conditam

M.

II. M. Verrio Flacco, quem libens ſequor, teſte. Alter T. Lucretius anno proximo cum eodem P. Valeſio iterum Conſul fuit, & luſtrum quinctum condiderunt. Tunc enim Conſulum munus erat, quod poſtea Cenſoribus, quos Magiſtros morum dixerunt, proprium fuit. Antea Ser. Tullius Rex quater luſtrum condidit, & primus centuriata comitia inſtituit. Iterum Conſul fuit poſt quadriennium cum eodem Poplicula IV. Conſule. Ambo Conſules de Sabineis, & Vejentibus triumphum egerunt.
III. Tertius L. Tricipitinus T. F. T. N. Conſul fuit cum Sp. Vetuſio Craſſo anno urbis CCXCI. Hunc ſuperioris filium fuiſſe exiſtimant, ex patris, & avi prænominibus a Verrio adjectis. Trium-
IV. phum Conſul de Volſceis, & Æqueis egit. Sequitur Hoſtus Lucretius, ſive Hoſtius, incertum enim vetuſtas facit, & in hoc fere ſingulare prænomen, quo ex Valerio Julius Paris ait vocatos eos, qui peregre apud hoſpites, quos tunc *hoſtes* dicebant, naſcerentur. *Perduelles* enim a *duello* hoc eſt bello dicti ſunt, quos nunc *hoſtes* dicimus, unde *perduellionis crimen* nomen accepit, quamvis ea nomina una tantum L. littera tunc & ſcriberentur, & proferrentur. Hic igitur Lucretius Conſul fuit cum L. Sergio Fidenate iterum ann. CCCXXIV.
V. Hujus filius P. Lucretius decimo poſtea anno Tribunus Militum fuit cum Agrippa Menenio Lanato Sp. Nautio, Rutilo, & C. Servilio Axilla, & poſt unius anni otioſi intervallum iterum cum eodem Agrippa, & L. Servilio iterum, atque Sp. Ve-
VI. tuſio Craſſo. Poſt hunc quater Tribunus Militum fuit L. Lucretius Tricipitinus ab anno CCCLXII. ad ſeptuageſimum ſecundum, inter primum & ſecundum Tribunatum vacui honoribus anni duo, inter ſecundum & tertium anni quattuor, inter duos poſtremos annus relictus eſt. Collegas enume-
VII. rare operoſum, & moleſtum eſt. Unus *Flavii* cognomine L. Lucretius Conſul fuit cum Ser. Sulpicio Camerino anno urbis CCCLX. Præter hos ſine aliquo cognomine P. Lucretium Præfectum Urbis fuiſſe invenio anno CCXCIV. & Sp. Lucretium Ædilem Plebis creatum Prætorem in ann. DXLVIII. Ariminum, ſive Galliam ei provinciam obtigiſſe, nec non alterum Sp. Lucretium Prætorem Hiſpaniam ulteriorem anno DLXXXI. provinciam optinuiſſe. Anno proximo C. Lucretius Gallus Pretor etiam fuit. Paullo ante idem ſive alter C. Lucretius cum C. Matieno Duumvir navalis creatus eſt anno DLXXII. Sed hic Gallus Prætor, cui claſſis provincia etiam fuit, cum ea in Aſia, & Græcia avare verſatus magiſtratu exacto a populo damnatus eſt, multaque ei decies æris dicta. Ante hæc tempora anno primo belli Punici ſecundi, hoc eſt urbis DXXXV. duo Quæſtores Romani a veniente in Ligures Hannibale intercepti ſunt C. Fulvius, & L. Lucretius. Sub Auguſta Q. Lucretius Q. F. Veſpillo Coſ. fuit cum C. Sentio Saturnino anno DCCXXXIV. Fuerat autem is a Triumviris proſcriptus. Primus ex ea familia hoc cognomine appellatus eſt is Lucretius Ædilis, qui Tiberii Gracchi occiſi a P. Scipione Naſica corpus in Tiberim projecit. Veſpæ, & *Veſpillones* Feſto dicuntur, qui Veſperi eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Annus Gracchanæ cædis fuit DCXX. A Cicerone in *Bruto* Q. Lucretius Veſpillo inter oratores enumeratur, qui in privatis cauſis verſaretur, & laudatur, ut acutus, & juris peritus. *Offellæ* cognomine Lucretium quendam legi fuiſſe, occiſum a L. Sulla Felice dictatore, ſive a L. Bellieno avunculo L. Catilinæ ex ejus auctoritate, quod auſus eſſet petere Conſulatum contra ejus voluntatem; quod cum populus Romanus indigne tuliſſet, advocata concione omnes ſe id juſſiſſe certiores fecit, ut verba a tyranni facto non diſcreparent. Hunc Florus & Aſconius *Aſellam* appellant non ſine mendo, ut credimus. Sed ego eos omnes, quos poſt Tricipitinos, & Flavum primo excepto enumeravi, ſuſpectos habeo, ut ex patriciis Lucretiis non fuerint; & in eam opinionem propenſior ſum, ut credam plebejos fuiſſe. Quamobrem duplicem Lucretiam, ut pleraſque facere oportet patriciorum, & plebejorum familiam.

## LUTATIORUM.

LUTATIORUM plebeja familia, ſed nobiliſſima fuit clariſſimis viris, atque ornatiſſimis illuſtris Conſulatus quinque, cenſuras duas, Triumphos tres, & Principatum Senatus quinque tantum viri conſecuti ſunt. Omnes *Catuli* cognomine, uno excepto Cercone, & ipſi eorumque parentes ſolo *Caii*, aut *Quincti* prænomine nuncupati. Primus I.
C. Lutatius C. F. C. N. Catulus Conſul cum A. Poſtumio Albino Flamine Martiali anno urbis conditæ DXI. inſignem victoriam de Pœnis optinuit, & finem bello Punico primo poſt XXIII. anno impoſuit. Anno proximo IV. Nonas Octob. Proconſule navalem triumphum egit. Cum Q. Valerio Prætore contendit Atilio Calatino ſponſionis judice, & facile vicit; ut quamvis, dum prælium commiſſum eſſet, conſul in lecto Claudus accubuerit, Prætorque pugnaverit: tamen cum imperium Conſulis fuerit, & auſpicium, eidem jus triumphandi competiiſſe. Eodem anno Q. Cerco II.
frater & Conſul fuit cum A. Manlio Torquato iterum, & triumphavit de Faliſceis Kal. Mart. Quinquennio poſt idem Quinctus Cenſor fuit cum L. Cornelio Lentulo Caudino, & in magiſtratu mortuus eſt: *Cerconis* cognomen a cauda dictum credimus, unde *cercalopex*, & *cercopithecus*. Eodem cognomine Cn. Lutatius ad Regem Perſen cum alius legatus profectus eſt ann. DLXXX. Sequitur III.
C. Catulus, qui cum L. Veturio Philone Conſul fuit ann. DCCCIII. Hujus parentes ignoramus, ſed ex ſuperioribus fuiſſe credimus. Poſt hos fuere IV.
duo Q. Catuli inſignes viri, quos Cicero ita diſtinguit, ut alterum patrem, alterum filium appellet. Pater collega C. Marii in quarto Conſulatu fuit ann. DCLI. & ambo Conſules de Cimbreis, aliiſque barbaris gentibus præclariſſima victoria potiti, anno proximo proconſulibus triumphum egerunt. Hujus mater Popillia poſt mortem Q. Catuli prioris viri L. Julio Cæſari nupſit, ex quo liberos duos L. Cæſarem, & C. Cæſarem Strabonem ſuſcepit. Laudata Popillia eſt a Q. Catulo filio ſuo poſt mortem exemplo ſingulari. Hic eſt ille Q. Catulus, quem Cicero cum C. Cæſare fratre finxit lib. II. de oratore interfuiſſe illi ſermoni, quo L. Craſ-